


НБ ОНУ імені І.І. Мечникова


НБ ОНУ імені І.І. Мечникова



НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ

ARISTOTELIS OPERA OMNIA GRAECE

AD OPTIMORUM EXEMPLARIUM FIDEM RECENSUIT,
ANNOTATIONEM CRITICAM, LIBRORUM ARGUMENTA,
ET NOVAM VERSIONEM LATINAM
ADIECIT

IO. THEOPHILUS BUHLE
PROF. PHILOS. IN ACAD. GEORG. AUGUSTA
SOC. REG. SCIENT. GOTTING. SOD. E. O.



VOLUMEN PRIMUM

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIↃIↃCCXCI

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Наукова бібліотека
Одеського університету
ім. І. І. Мечникова

DUUMVIRIS

INGENIO DOCTRINA VIRTUTE MERITIS

INTER GERMANOS EXIMIIS

VIRO ILLUSTRI

CHRISTIANO GOTTLOB HEYNE

PRAESTANTISSIMO ANTIQUITATIS

INTERPRETI

NEC NON

VIRO ILLUSTRI

IO. GEORG. HENR. FEDER

PHILOSOPHO

ERUDITISSIMO, SAGACISSIMO

HONESTISSIMO

НБ ОНУ імені І.Мечникова

HANC

NOVAM LIBRORUM ARISTOTELIS

EDITIONEM

IN

PIETATIS OBSERVANTIAE OFFICII

MEMORIAM

D. D. D.

EDITOR.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ARISTOTELIS
OPERA

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

PRAEFATIO.

EXSPECTARI poterat iam ab eo inde tempore, quo Graecae literae inter nos denuo reviviſcere laetiuſque effloreſcere coeperunt, ut Ariſtoteles, quippe omnium Graecorum ſcriptorum iure meritoque princeps vulgo habitus, haud minus, quam alii, obtineret ſoſpitatorem ſuum. Etenim fuit is, quem vere dicas cognita & perſpecta habuiſſe literiſque conſignata ad poſteritatem tranſmiſiſſe fere omnia, quae ea aetate ſcitu digna & erant & videbantur; quod certe temere pronuntiatum putabit nemo, qui divinum eius ingenium, immenſam doctrinae copiam, & vel eorum modo librorum, quos ab eo relictos fortuna nobis haud invidit, numerum indolemque conſideraverit. Vixit praeterea iis temporibus, quibus non ſolum Graecorum bellica virtus ad ſummum faſtigium erat evecta, ita ut Graeci nominis fama omnem terrarum orbem pervagaretur, ſed quibus etiam

in artibus literisque excolendis & maxime in philosophia & naturae scientia tanta studiorum aemulatione illi elaboraverant, ut suboriri iam necesse esset desiderium, congestos habendi & uni quasi obtutui subiectos Graecae sapientiae fructus, quandoquidem nec, quousque adhuc progressa esset mens humana, sine tali adiumento perspicere licebat, nec perperam tradita corrigi, nec obscuris lux affundi, nec denique maiorum copiae augeri & in usum converti poterant. Cui quidem desiderio ab omni parte satisfecit Aristoteles, qui antiquiorum philosophorum scripta diligenter enucleando, atque insuper perscrutando ipsam rerum naturam proprio Marte & maxima animi intentione, multo longius, quam eum qui aetate anteceſſerunt, progressus, opes maiorum industria partas non solum in unum ambitum collegit, sed mirifice adeo locupletavit. Contigit enim ei, quod raro aliis, ut Philippi & Alexandri, Macedoniae regum, munificentia liberaliter adiutus otio frui, bibliothecam condere, & omnia, quibus ad literas ornandas & amplificandas indigeret, sibi parare posset. Non mirum igitur, libros eius, uti ab aequalibus & posteris ditissimi doctrinae fontes semper illi existimati sunt, ita etiamnum digniſſimos haberi, qui omnium usibus accommodatiores editi exstarent.

Enimvero, libros de poëtica & arte dicendi inter ferveſcentia elegantiorum artium studia saepius recensitos & expositos, paucosque alios mi-

noris momenti * si excipias, parum ceteroquin nostri homines de Aristotele illustrando solliciti fuerunt. Conversa potius nonnunquam vidimus eorum studia ad inanes Sophistarum, Rhetorum & Grammaticorum paleas, quas utinam ventis dedisset bona aliqua fortuna, dum contemtui habebant iidem negligebantque varia & multiplici doctrina refertas summi viri reliquias, quae tamen ut illustrarentur, tam philosophorum, omniumque disciplinis addictorum, quae in eruendis naturae legibus explicandisque rerum naturalium virtutibus versantur, quam Graecis omnino literis operam navantium magis interesse debebat. Quid? quod contendere ausim, Aristotelem ex omnibus Graecis scriptoribus non solum minime Criticorum curam expertum, sed minime adeo a viris doctis nostrae aetatis lectum fuisse; non enim toties hallucinati essent illi in describendis Stagiritae placitis & in philosophiae antiquioris historia, nisi loca singula ab aliis laudata inspicere tantum, quam libros integros ex ordine perlegere & excutere maluissent. Subiit haud raro animum meum miratio,

* Sic nuperrime librum *de mirabilibus auscultationibus* Aristoteli adscriptum docto commentario dilucidavit *Beckmannus*, Collega mihi coniunctissimus. Alii novas nonnullorum librorum Aristotelis editiones polliciti sunt, ex quibus nominasse sufficiat *Schneiderum*, Virum eruditissimum, novam *historiae animalium* editionem parantem, quam avide exspectamus; (v. Epist. ad Camperum editioni Aeliani de histor. anim. praefixam) & *Beckium*, Professorem Lipsiensem, auscultationum physicarum editorem futurum. Praef. ad Harlesium in edit. Plutarchi de phys. philos. decret. p. 35.

qui hoc factum sit, & reperire mihi visus sum causam in eo potissimum, quod medio aevo, ubi doctrina Aristotelis philosophica si non ipsa regnabat, saltem regnanti substrata erat, in legendo & interpretando Aristotele perverso more occupati fuerunt viri docti, quare ab eorum diligentia, critica subtilitate & subacta interpretandi facultate destituta, parum lucis ei affulsit; qua tamen doctrina post recentioris philosophiae auctores e scholis exsulante, & in contemtum adducta, nostri homines non modo ipsius nunc obliti sunt, sed etiam librorum, unde eam maiores nostri hauserant. Quot enim quaeso erunt vel ex eorum numero, qui hodie philosophiam profitentur, a quibus serio interrogatis responsum feras, se in Aristotelis Organum aut Metaphysica diligenter incubuisse? Nòn ego is sum, cui Aristotelem in pristinum regnum reducere animus sit; maneat ille in loco suo, nec in rempublicam philosophorum imperium exerceat; verum ab altera parte exsulem, honore debito prorsus exutum, situ sordibusque squalentem negligi nolim; nam insunt in eo multae dotes praeclarae & egregiae, quas forte in uno vel altero eum alto supercilio despicientium desideres; insunt in eius scriptis, quae legentis animum, etsi ab eius philosophandi ratione alieniſſimum, alliciant tamen, teneant, & enutriant.

Critici autem nostrae aetatis cur libros Aristotelis tam diu neglexerint, causa in difficultatibus quaerenda est, quibuscum conflictandum est

ci, qui aut textus corruptelas sanare, aut verborum sensum aliis explanare studet. Commentatorum & interpretum Aristotelis antiquiorum immensa quidem seges est, sed primum ad veram lectionem restituendam parum in iis praesidii reperitur; tum quod maxima eorum pars de lectione emendanda ne cogitavit quidem, unice id sectati, ut singula verba prolixo commentario diluerent, in quo aut verbosa & inani loquacitate taedium faciunt, aut clara obscura reddunt, obscuris maiorem adhuc caliginem inducunt; tum quod novam qui textus recensionem a se institutam iactant, raro quibus codicibus aut editionibus usi, aut qua ratione adducti hanc vel illam lectionem mutaverint, declarare solent. Omnino Aristotelica lectio, praeterquam quod Organon Iulius Pacius a Beriga diligentius recensuit, nondum constituta est; nam Sylburgii & Isaaci Casauboni, quem, cum presso pede secutus eum sit Duvallius, iure noviſſimum editorem dicas, opera fuit tumultuaria. * Adsperſere illi varias lectio-

* Casaubonus in praef. sub finem: Ad Aristotelis, inquit, expolitionem, cum ab amicis viris, qui eam curarunt, etiam atque etiam rogatus essem, velut symbolam conferre; etsi etiam iis adminiculis parum suffultus, quae ad tantum opus desiderantur, feci tamen non invitus, ut operam aliquam in recensendis ipsius scriptis ponerem, & cum variantis scripturae diversitates, quas vel editionum collatio peperisset, vel aliquot veterum codicum, qui mihi ad manum erant, tum meas etiam locorum aliquam multorum emendationes, ad oram libri annotarem. Quo in negotio, haud sane ita facili, ac nasutulis quibusdam scio videri, qui cum sint ipsum ignavum fuci pecus, nihil aliud, quam alienae industriae monumenta dente Theonino rodere & livoris atramento norunt perfundere, *etsi non plus temporis est impensum, quam quan-*

nes partim ex veteribus Graecis interpretibus, qui tamen multo plures exhibent, quam illi enotarunt, partim ex libris scriptis, quorum nec numerum, nec aetatem & virtutem definierunt, partim ex prioribus editionibus saepius ne quidem indicatis; partim denique ex coniectura, aut sua, aut aliorum; in textu ipso pauca tantum mutarunt. Nec farragine variarum lectionum Casauboniana nunc recte uti licet, quoniam illae plerumque nude appositae sunt, nec annotatum est, codicibusne an editis debeantur an coniecturae. Maior itaque labor suscipiendus erat, quam quem vulgo nunc suscipere amant viri docti; inquirendum erat inprimis in lectionis Aristotelicae, qualis ea nunc se habet, originem & fontes, quae quidem disquisitio maxima cum molestia coniuncta est; comparandi denuo erant interpretes Graeci & codices vetustiores, consulendae editiones primariae, quae reliquarum familiam duxere, uti & versiones Latinae antiquiores ex codicibus factae, evolvendi denique scriptores, qui ex Aristotelis fonte uberrimo prata sua irrigarunt. Novam porro difficultatem obiicit & Critico & interpreti sermonis Aristotelici obscuritas, ipsiusque librorum argumenti tum varietas, tum in philosophicis spinosa subtilitas. Magna librorum Aristotelicorum pars ut recte intelligatur, non modo requiritur,

tum partim operae vix aliquando interiungentes, partim aliae occupationes nobis concedebant, spero tamen non defuturos gratos homines, qui nostro hoc labore se adiutum iri fateantur. -- Vide quoque Sylburgii praef. qui tamen omnium aliorum editorum vicit diligentiam.

qui in intimam cum sermone Graeco familiaritatem se insinuaverit, sed etiam, quoniam multo altius Aristoteles ratiocinandi artem rimatus est, quam recentiores eam rimari solent, ita ut non nisi ex Aristotele ipso discas demum Aristotelem intelligere, desideratur qui philosophiae & ratiocinandi maxime artis sit peritissimus; id quod peculiare sibi studium poscit. Alii porro Aristotelis libri nonnisi ab homine disciplinis mathematicis & naturae scientia imbuto, omnino intelligi & explicari possunt, cum adeo contineant, quae vel his instructus interpres a se enodari posse desperet; raro autem contingit, ut qui bonus sit mathematicus, aut in rebus naturalibus cognoscendis diligentem operam locaverit, idem etiam sit Graecis literis doctrinaque illa critica & grammatica satis institutus, ut ad crisin & interpretationem Aristotelis seu cuiuscunque alius scriptoris antiqui cum fructu se accingat. Ipso denique sermone Aristotelico, puriſſimo quidem per se & perfectissimo, at eodem tamen difficillimo, cum multa ille habeat sibi propria, nec nisi saepius iterata lectione & meditatione recte percipi queat, quia plurimis vocibus a philosopho usurpatis & diverso a vulgari sensu acceptis singularis quaedam vis subesse solet, & quia eius elocutio tam brevis, concisa & haud raro tam contorta est, ut in sexcentis locis ipse potius optes ad interpretem confugere, quam aliis verum sensum declarare ausis, difficillima & crisis & interpretatio redditur. Quae quidem omnia quisquis apud animum reputaverit, is mi-

rari desinet, nostrae aetatis viri docti cur ab Aristotele critica face illustrando abstinuerint. Plura poscimus nunc ab Aristotelis critico & interprete, quam quae maiores nostri poposcisse videntur, quibus satisfeciisse arbitrabantur editores Aristotelis, si textum, qualis esset, recudi curassent, adiecta forte variantium lectionum silva hinc illinc temere collecta, aut addito commentario qualicunque; cum nos contra, ut integritati, quantum licet, restituat scriptorem, ut quovis alio modo lectorum studia adiuvet, ab editore flagitamus.

Diu equidem dubius haesi, iisdemne causis, quae doctissimos viros ab recensendo Aristotele adhuc deterruisse videntur, me quoque deterreri paterer. Arduum bene quidem ab initio statim sentiebam esse opus, quod perficiendum aggrederer, nec sane illud aggressus essem, si tum, cum primum edendi Aristotelis consilium inirem, vel minimam, quae mihi superandae forent, difficultatum partem praevidissem; nunquam enim vanam cogitationem in animum induxi, me esse illum, qui ferre valeat, quod aliorum humeri recusaverint. Verum incideram iuvenis forte fortuna in Aristotelem, cuius legendi mihi *Heynius* propterea auctor suasorque fuerat, quod discrimen inter exotericos & acroamaticos Aristotelis libros a me accuratius declaratum dari vellet; vidi tum, cum paulo altius in eius studium descendissem, quam immerito hic scriptor neglectus esset, &, ut fert iuvenilis aetas, haud magno labore eo

me perventurum esse, spem cepi, ut, si non omnia Aristotelis opera, saltem nonnullos eius libros multo castigatiores aliquando edere, quam illi vulgo leguntur, atque sic praestare possem, quo Graecarum literarum studia haud leve incrementum caperent. Contigit postea praeter exspectationem meam, ut *Heynius*, cui disquisitione *de distributione librorum Aristotelis in exotericos & acroamaticos eiusque rationibus & causis*, studium meum Aristotelis approbaveram, dignum me haberet, quem *Extero*, doctissimo & de literis meritissimo viro, tum de editione Aristotelis, impensis Societatis Bipontinae evulganda, cogitanti, curae huic haud imparem designaret. Noluit enim vir summus, pro suo in bonas literas amore & indefesso eas provehendi studio, tam praeclaram bene de Aristotele merendi occasionem, quam alio tempore frustra forsitan aliquis quaesiviſſet, sine ullo ad hunc scriptorem fructu dimitti, & facile persuasit Societati, cum, nisi inter bibliothecae opipare instructae copias, quibus quidem ego uti possem, consilium edendi Aristotelis exsequi posset nemo, ut dilata editione in aliquot annos, otium mihi praeberet, quod Aristoteli, quo ornatior ille prodiret, impenderem. Debetur itaque *Heynio* consilium editionis a me curandae, non meae cuidam temeritati; neque etiam, nisi tanto auctore, ad eam adornandam excitatus fuissem, inprimis cum Aristoteles iam longe a me, aliis curis distracto, sepositus esset; hunc tamen cum in manus iterum resu-

merem, non potui mihi temperare, an satisfacere saltem conarer summi viri votis, quem non solum cum aliis omnis humanitatis exemplum, omnisque liberalioris doctrinae antistitem, sed etiam praeceptorem & fautorem meum veneror. Ab eo inde tempore, quidquid mihi superfuit otii, id religiose in incepto opere absolvendo consumsi, & quamvis mihi ipsi nequaquam satisfecerim, & valde dubitem, quin opera mea eorum, quos mihi iudices sedere velim, suffragia latura sit, habebo tamen hoc solatium, me omnia feciſſe, quae meo loco, mea aetate & pro virili facere potui.

Liceat mihi nunc paucis exponere, & quid omnino in hac nova Aristotelis editione propositum habuerim, & quatenus id exsequi mihi licuerit. Et quidem in editione omnium operum Aristotelis, ne nimiam in molem ea excresceret, id tantum me sectari debere arbitratus sum, ut textum exhiberem emendatiorem, addita simul lectionis varietate; singulorum deinde librorum versiones Latinas, quibus in hoc scriptore nemo forte lubens careat, cum illae in prioribus editionibus, (etsi de omnibus, utpote a diversis viris profectis, idem iudicium ferri nequeat,) verbis Graecis saepe obscuriores, barbaro & horrido Latino sermone conscriptae, omninoque non ita fideles & clarae reperiantur, ut locis difficilibus atque dubiis commentario quasi inserviant, aut refingerem aut prorsus novas facerem; porro quo facilius rerum seriem & nexum uno intuitu per-

ſpicerent lectores, praeclarum *Tiedemanni* V. Cl. exemplum ſecutus, ſingulis libris argumenta diligentius elaborata, quam ea vulgo habentur, praemitterem; fragmenta denique librorum Ariſtotelicorum deperditorum, quorum larga adhuc meſſis eſt, ſedulo colligerem, indiceſque tam verborum quam rerum aegre adhuc deſideratos ſubiicerem. Contineri his circiter autumavi, quae hodie ab Ariſtotelis editore iure quodam exigantur; ſi quis enim praeterea commentarium perpetuum, quem vocant, aut locorum ſaltem obſcuriorum interpretationem poſtulet, eius deſiderium mea quidem opinione unus idemque homo, ſi vel totam vitam Ariſtoteli dicaverit, explere vix unquam poterit. Verum omnium Ariſtotelis operum editio correctior ſi exſtiterit, a qua ſordes, quibus adhuc ea inquinata fuere, maximam partem deterſae ſint, tum eſſe quoque velim, qui diligentiam ſuam in libris ſingulis doctius illuſtrandis ponant; via per dumeta ſemel munita, facilius erit eandem ornare; & eſt Ariſtoteles is ſcriptor, qui docta expoſitione omnium maxime indigeat, in quo etiam dilucidando optime oſtendas te doctum interpretem; nec adminicula deerunt, ſi vel ſoli interpretes Graeci excutiantur. Equidem imbecillitatis meae probe conſcius; ideo accuratiori interpretatione librorum Ariſtotelis prorſus mihi abſtinendum eſſe ratum habens, uni tantum vel alteri loco, ubi lectio mihi mutanda viſa eſt, aut de cuius ſenſu in verſione Latina expreſſo lectores dubitare poſſe praevi-

debam, paululum in notis immoratus sum, ut, cur ita nec aliter locus legendus aut intelligendus esset, rationes afferrem.

Intentiori potius animo, quae ad recensionem textus pertinerent, circumspexi, & quoniam emendatiori textu hanc Aristotelis editionem potissimum commendari velim, monere quaedam de lectionis Aristotelicae praesidiis necesse est. Habentur in praecipuis & nobilissimis subsidiis criticis antiqui codices ad scriptores recensendos nondum adhibiti, & quidem recte, modo isti codices sint satis antiqui, & boni, nec ipsis impressis mendosiores. Nam primariae veterum scriptorum editiones saepe ex libris corruptis aut lacunosis, cum forte meliores non adessent, expressae sunt; in sequioribus autem textus & operarum incuria & ipsorum editorum negligentia, aut indocto & perverso nonnullorum emendandi & mutandi pruritu, ita nonnunquam deformatus est, ut non nisi denuo codices conferendo lectio vera & ab ipso auctore profecta revocari possit. Sic quoque post Aldum Manutium, Ioannis Baptistae Camotii, Morelii, Iulii Pacii, Sylburgii, Casauboni aliorumque industria, qua in editionibus aut omnium operum Aristotelis aut singulorum librorum a se curatis, codicibus usi sunt, Aristotelis lectio nonnihil lucrata esse videri debet, quamvis minime ad pristinam integritatem redacta sit & redigi potuerit. Igitur fuisset etiam mei officii, codices, quos a nemine adhuc inspectos sciebam, conquirere, eosque consulere, aut ab aliis in meum usum con-

fulendos curare; quam tamen officii partem me obire in plurimis Ariſtotelis libris (nonnullorum enim codices, etſi paucos, eoſque partim Latinos *, partim quidem Graecos, ſed recentioris aetatis, ad manum habui) tum rationes meae tum aliae cauſae vetuerunt. Etenim parum eum effeciſſe puto, qui ex immenſa illa codicum Ariſtotelis copia, ſi vel ii ſolum numerentur, qui in meam notitiam venere, unum vel alterum temere, ut fors ferret, arreptum contulerit, dum ſexcenti adhuc conferendi remaneant, praeſertim cum eorum pretium raro ſatis notum rectеque aeſtimatum ſit, necdum qui unicuique eorum locus aſſignandus, qui ceteris anteferendus ſit, inter nos conſtet, plurimi autem in bibliothecis aſſerventur, ex paucis vetuſtioribus in pueriles & ſcholaſticos uſus confecti. Sunt enim ſaepenumero una eademque manu exarati & quidem ad unum exemplum, quod forte & ipſum recentius erat, ut exinde patet, quod conſentiunt inter ſe, uti in librorum ordine, diviſione & in capita ſe-

* E Latinis unum nactus ſum exhibentem verſionem, ex qua Ariſtotelis Analytica priora & poſteriora, Topica, & Sophiſtici Elenchi expreſſa ſunt Venetiis per Philippum Venetum 1481, fol. de qua editione vid. Mittarellii Bibl. Codd. monaſt. S. Michaël. Venet. App. libr. impr. ſec. XV, p. 12 & 25. Cf. Morelii Catal. bibl. Pinellianae Venet. T. I, p. 218. Aſſervatur hic codex Gottingae in bibliotheca *Kulenkampii*, literatiſſimi viri, cuius inſigni erga me benevolentiae & humanitati multis nominibus mihi ſignificatae innumera debeo. E Graecis accepi inter alios unum ex bibliotheca publica *Erlangenſi*, miſſum ad me ab *Harleſio*, doctiſſimo viro, cuius, ut & ampliſſimi Senatus Academici Erlangenſis bene de Ariſtotele meo merendi ſtudium honoris & gratum animum publice teſtandi cauſa hic commemoro.

ctione, ita etiam in lacunis, quo unius codicis familiam facile agnoscas; adeo ut, etiamsi quis magnum codicum numerum inspexerit, non plures ille, sed unum tantum codicem inspexisse, iure dici possit, omnibus non nisi librariorum vitiis, nec vera lectionis diversitate, a se invicem discrepantibus. Indignum autem studiis his, ut *Heynii* mea verba faciam, quibus iudicium & sensus acui debebat, stupores barbarorum monachorum religiose enotare, & non tam variantium lectionum, quam sordium monachicarum mole, rem criticam onerare. Praeterea ignoramus, quos codices ex iis, qui supersunt, priores editores iam in usum vocaverint; loquuntur enim isti semper de codicibus omnino, a se comparatis. Aldus Manutius & Camotius plures codices adhibuere; sunt ex his haud dubie nonnulli in bibliotheca Veneta, verum delitescunt alii in aliis literariis copiis; Morelius in recensendis Aristotelis libris physici argumenti duobus codd. Parisiensibus usus est, sed quis eos distinguat a librorum Aristotelis physicorum codd. in bibliotheca regia magna copia asservatis? Quam facile igitur fieri potest, ut omnis labor frustra susceptus sit, si quis in codicem forte inciderit iam excussum, quod certe nemo facile praesentiat, lectionis Aristotelicae varietate nondum in unum congesta, sed hic illic in variis editionibus aut alibi dispersa? Quod si autem omnis Aristotelicae lectionis varietas aliquando collecta fuerit, tum demum de codicum nondum inspectorum bonitate iudicari iisque pretium suum sta-

tui poterit, loca ex iis singula cum varietate lectionis ex aliis libris iam excerpta comparando. Quamobrem contexui elenchum codicum in bibliothecis adhuc latentium, addita accuratiori eorum notitia, qui e pluribus mihi sive propter vetustatem, sive aliis de causis maxime insignes visi sunt: nam omnes ac singulos eadem diligentia persequi taedii multum, utilitatis parum habuisset.

Quod iam supra innui, summo labore & studio etiamsi omnes, qui supersunt, codices excusserit editor, tamen quia corruptelae origo iam a primis fatis repetenda est, quae Aristotelis manuscripta post eius mortem experta sunt, Aristotelis textui pristinam integritatem nemo unquam reddet. Aristotele vita defuncto, bibliotheca eius ad Theophrastum Eresium, post huius mortem ad Neleum Scepsium, Coriſci filium & Theophrasti discipulum, pervenit. * Neleus libros Aristotelis Scepsin deportatos heredibus suis, hominibus a literarum humanitate alienis, reliquit, qui codices aliquamdiu sub claustris seriſque retentos, ** cum regum Pergami, quibus Scepsii parebant, libros ad bibliothecam regiam instruendam conquirendi studium intelligerent, ne sibi eriperentur illi, metuentes, in recessu quodam subterraneo occultarunt; unde aliquando demum luci redditos, corruptos humore blattisque arrosos, magno tamen pretio emtos, Apellico Teius

* Strabo Geogr. XIII, p. 609. Plutarch. in vita Sullae Opp. T. I, p. 468 A. ed. Ff. cf. Heynii Opusc. acad. Vol. I, p. 126. not.

** Salmas. ad Tertullianum de pallio p. 128.

Наукова бібліотека
ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО
УНІВЕРСИТЕТУ
імені І. І. МЕЧНИКОВА

accepit. Is quidem, libris Athenas translatis, ut erat homo magis librorum, quam doctrinae, studiosus, erosas a tineis particulas reparaturus, in nova libros transcribi exempla curavit, suppletis ex suo ingenio, quae deficerent, ita ut eos multis vitiis deformatos emitteret. Apellicone mortuo, Sulla Athenis potitus (Ol. CLXXIII, 4.) bibliothecam eius Romam transtulit; ibique Tyrannio Amisenus, Grammaticus eruditione clarus & Aristotelis amans, bello Mithridatico a Lucullo captus, Murenae, quem Consulem designatum Cicero defendit, dono datus, & ab hoc, invito Lucullo, servi loco habitus, postea vero manumissus, * a bibliothecae Sullanae praefecto obtinuit, ut librorum Aristotelicorum sibi permitteretur usus; ex quo tempore forte illi in bibliothecam quoque Lucullianam & Ciceronianam illati sunt. ** Per Tyrannionem libri Aristotelis innotuere Andronico Rhodio, *** qui deinde eos in πραγματείας distribuit, pluribusque bibliopolis describendos divulgandosque dedit, quorum tamen incuria, cum illi ineptis uterentur librariis, neque conferrent cum antiquo exempla nova,

* Plutarch. in Lucullo, Opp. T. I, p. 504 B. Suidas v. Τυραννίων. cf. Patricii discuss. Peripat. T. I, Lib. IV, p. 36. Bayle dict. crit. Art. *Tyrannion*.

** Cic. de fin. III, 3. Epist. ad Atticum IV, 4. 8.

*** Plutarch. in Sulla l. l. Porphyr. in vita Plotini cap. XXIV. Simplic. ad auscultatt. phys. fol. 216 a. Severinus Boëthius in Arist. lib. de interpretat. ed. 2. prooem. Idem in Categor. praef. lib. IV. cf. etiam Bayle Art. *Andronique*.

vitiorum segetem immense auctam esse, veteres conquesti sunt. *

* His ex Strabone & Plutarcho a me expositis repugnare pluribus visus est locus Athenaei Deipnos. I, p. 3 B. Loquitur Athenaeus de Laurentio quodam: ἦν δὲ ἡ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ ἀρχαίων ἑλληνικῶν τε (καὶ ῥωμαίων) τοσαύτη, ὡς ὑπερβάλλειν πάντας, ὡς ἐπὶ συναγωγῇ τεθαυμασμένους, Πολυκράτη τε τὸν Σάμιον, καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων τύραννήσαντα, Εὐκλείδην τε τὸν καὶ αὐτὸν Ἀθηναῖον, καὶ Νικοκράτη τὸν Κύπριον, ἔτι δὲ τοὺς Περγάμου βασιλέας, Εὐριπίδην τε τὸν ποιητὴν, Ἀριστοτέλη τε τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν τὰ τούτων (τούτου recte emendavit Casaub.) διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα, παρ' οὗ ΠΑΝΤΑ φησὶ πριάμενος ὁ ἡμεδαπὸς βασιλεὺς Πτολεμαῖος, Φιλάδελφος δὲ ἐπίκλην, μετὰ τῶν Ἀθήνηθεν καὶ τῶν ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν καλὴν Ἀλεξάνδρειαν μετήγαγε. Quo loco cum Neleus ille, penes quem libri Aristotelici essent, *omnia* sua Ptolemaeo Philadelpho vendidisse perhibeatur, dubitari sane potest, an non ipsam quoque Aristotelis bibliothecam una cum ceteris, quas corraserat, eum vendidisse credendum sit, quamvis Strabo & alii eam Nelei demum posteros Apelliconi vendidisse tradiderint. Quid? quod Ammonius Hermeae ad Aristot. Categ. (fol. 3. a. lin. 3 a fine p.) narrari dicit, in bibliotheca magna s. Alexandrina (Philopon. ad Analyt. prior. fol. 4. a. generatim ait ἐν ταῖς παλαιαῖς βιβλιοθήκαις) fuisse Analyticorum quadraginta volumina, categoriarum duo, e quibus horum quidem unum, illorum quatuor pro germanis habita essent. Verum enimvero his omnibus meo saltem iudicio probari nequit, bibliothecam Aristotelis Ptolemaeo venditam, abductamque Alexandriam esse, neque confugiendum eo esse arbitror, ut duo Neleum apographa habuisse ponatur, quorum unum Ptolemaeo committeret, alterum heredibus relinqueret. Primum enim Athenaeus non diserte testatur, *Aristotelis bibliothecam* cum ceteris venditam esse Philadelpho; quod si intelligi voluisset, sibi ipse contradixisset; nam alio loco Deipn. V, p. 214, Apelliconem Teium eam emisse affirmat, omisso tamen, unde lis pendet, utrum a Neleo ipso, an ab eius heredibus. Deinde alia loci interpretatione omnis difficultas tolli potest, nempe ut ex antecedentibus in πάντα supplea-mus τὰ (ἄλλοθεν) ξυνηγμένα ὑπ' αὐτοῦ, & verba τὸν τὰ Ἀριστοτέλους διατηρήσαντα βιβλία non addita sint, nisi ad insigniendum Neleum, qui alias eandem ob causam Scepsius dicitur, & sane ab illa etiam re appellari potuit, quod librorum Aristotelis heres vulgo notus esset, praesertim hoc loco, facta modo Aristotelis mentione. Qua interpretatione saltem efficitur, ut Aristotelis bibliothecam ab illis libris, quos

Hinc explicandum est, quod iam Graecorum Aristotelis interpretum temporibus, Alexandri Aphrodisei, Porphyrii, Themistii, Ammonii Hermeae filii, Simplicii, Ioannis Philoponi & aliorum, apographa librorum Aristotelicorum tam erant corrupta & inter se discrepantia, ut illi iam de iis conferendis, & in locis, quibus sanus sensus non inesse videbatur, de lectione mutanda cogitarent. In commentariis maxime Simplicii, doctissimi interpretis, variae lectiones e pluribus codicibus excerptae obviae sunt, quae etiam a nostra lectione vulgata abeunt, uti ipsa textus Aristotelis lectio, cui commentarium ille subiecit. Quo etiam factum est, ut interpretes Graeci haud raro textum Aristotelis pro lubitu mutare, interpolare, eique de suo aliquid addere auderent, quae mutationes postea sine auctoris nomine in libros ad eorum exemplа scriptos transierunt. Ita Themistius totum fere caput secundum libri sexti Auscultationum physicarum paulo liberius pro-

Philadelpho vendiderit Neleus, seiunctam fuisse, & apud Neleum remansisse, per ipsa verba statuere liceat. Neque aliter locum intellexisse video Vossium *de sectis philosophorum* cap. XVI, p. 89, qui eum de libris capiendum esse, *qui alium quam Aristotelem haberent auctorem*, pronuntiavit. Ceterum Ammonii locus supra excitatus huc nihil facit; immo contrarium ex eo evinci potest: Philadelphus enim Aristotelis libros germanos & integros e manibus Nelei si accepit, cur amplius de libris Aristotelis sollicitus fuit, adeo ut suppositititis sibi imponi pateretur? Denique si locum Athenaei ita interpretari malis, ut sive ipsa Aristotelis manu scripta, sive apographa Alexandriam deportata esse, inde elicias, mirationem saltem facit, quod Galenus, qui plura studii exempla, quo Ptolemaeus in libros congerendos ferebatur, exposuit, (vid. Heynii opusc. Vol. I, p. 127) emtorum Aristotelis librorum a Neleo plane oblitus sit.

pter obſcuritatem mutavit, pro ipſis Ariſtotelis verbis paraphraſi ſua inſerta. Ex Themiſtii codice fluxere alii, ex quorum uno editio Veneta Camotii expreſſa eſt, ſicut ex eadem Codicum ſtirpe fuit is, quem vetus interpres Latinus ante oculos habuit; nam & Camotius & vetus interpres non ipſa Ariſtotelis verba, ſed Themiſtii expoſitionem in textum receperunt. Conradus Geſnerus autem & Simon Grynaeus in editione Baſileenſi alium codicem ſecuti ipſa Ariſtotelis verba reſtituerunt, paraphraſi huius loci Themiſtiana, cum ea in ipſo Themiſtii commentario in Auſcultationes phyſicas non reperiatur, ad calcem librorum phyſicorum reiecta; id quod etiam in Moreliana editione obſervatum eſt. Textum editionis Baſileenſis vere Ariſtotelicum eſſe, docet Simplicius, qui Themiſtii fraudem ſimul aperuit, ut adeo huic rei fides derogari nequeat. * Quis nunc quaeſo in auctoritate codicum noſtrorum, quorum plurimi ſeculis XIV, XV & XVI exarati ſunt, & antiquiſſimi non ultra ſecula X & XI aſſurgunt, tuto acquieſcat, poſtquam codices Ariſtotelis manu ſcriptos, madore & tineis iam corruptos, ab Apellicone Teio ſuppletos & emendatos, alios a librariis Romanis & Graecis deformatos, alios Graecorum denique interpretum induſtria interpolatos eſſe audierit? Quis nobis unquam perſuadere po-

* Simplic. ad Ariſt. auſc. phyſ. fol. 245 a. ed. Ald. Ἰστέον δὲ, ὅτι Θεμίστιος, ἐν οἷς ἀνέγνων ἐγὼ βιβλίοις, ἀπὸ ταύτης τῆς ῥήσεως, Ἅπαν δὴ τὸ φερόμενον, ἢ αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖται, ἢ ὑπ' ἄλλου, ἤρξατο τοῦτο τὸ βιβλίον παραφράζειν, τῶν μέχρι τοῦδε ῥηθέντων ἐν αὐτῷ καταφρονήσας, καὶ οὐδὲ ἐν τοῖς ἑξῆς τὴν συνέχειαν φυλάττει.

terit, codicum aliquem ex eorum numero, quos nunc habemus, bonitate saltem aliquatenus vel ad Apelliconeum accedere? Igitur fore ut codicum ope & criticis curis ad pristinam integritatem scripta Aristotelica aliquando plane rediguntur, desperandum est.

Verumtamen ex iisdem, quae modo diximus, facile apparet, cum Graeci Aristotelis interpretes non modo de lectione Aristotelica emendanda solliciti fuerint, sed etiam ipsi novum textus librorum Aristotelis quasi recensum fecerint, nihil magis ad editionem Aristotelis criticam requiri, quam ut variae lectiones ab illis servatae diligenter enotentur, ipseque textus Aristotelis, qualis apud interpretes est, cum eo, qui in editionibus ipsorum librorum Aristotelicorum exstat, diligenter conferatur. Codices ad manum habuerunt isti interpretes, qui vetustate, quotquot exstant, omnes nostros anteeunt; ergo variae lectiones ab illis commemoratae maiorem auctoritatem prae se ferunt; etsi has quoque non minus suspicari aliquis possit, esse in recentioribus commentariorum codicibus iterum forte depravatas, aut ad lectiones codicum ipsius Aristotelis mutatas; id quod probabilitate non destitutum videri debet, quandoquidem horum commentariorum codices mirum in modum dissentiunt, deficientibus in nonnullis, quae in aliis leguntur, omninoque commentario in hoc codice aliter constituto, ac in altero; cuius rei praecipua causa esse videtur, quod commentarii non semper ab ipsis eorum

auctoribus publici iuris facti, sed ex eorum ore a discipulis & familiaribus calamo excepti & ad posteros transmissi sint, ubi saepius fieri oportuit, ut, interpretatione unius eiusdemque libri Aristotelici ab eodem interprete coram discipulorum coetu iteratis vicibus instituta, ipsoque interprete aut nonnunquam mentem suam aliter explicante, modo fusius, modo brevius, aut de locis quibusdam aliter statuente, aut discipulis diverso modo, quae audirent, scribentibus, statim ab initio magna codicum, commentarios interpretum exhibentium, discrepantia oriretur; ad quod serioribus temporibus librariorum aliorumque interpolationes accesserunt. Interea tenendum est, varias textus Aristotelici lectiones ab interpretibus laudatas, postea, nisi forte librarii cuiusdam incuria aut stupore, vix mutatas aut corruptas esse; quae quidem ut eaedem manerent, omnia suadebant; discrepantiam quoque codicum, uti nonnullorum comparatio docuit, magis commentatoris, quam Aristotelis, verba, quippe quae non tam facile mutari possent, attinere; loca denique textus Aristotelici, in quibus codices interpretum iam olim dissentiebant, vix a serioribus librariis aut discipulis mutata esse, quos quidem commentator, addita lectionis varietate, magis rationis memores fecerat, qua ipse in talibus locis textum constituerat. Ita, quamvis Graecorum interpretum commentarii valde corrupti & diversissima conditione ad nos pervenere, ex collatione tamen textus Aristotelici in iis

ſervati, cuius corruptelae propter rationes modo allatas non adeo frequentes ſunt, haud levem fructum ad vulgatae lectionis Ariſtotelicae emendationem capi poſſe, ipſa experientia edoctus ſum; nam interpretum Graecorum ope innumera Ariſtotelis loca mendoſa ſanavi, ubi in codicibus adhuc excuſſis nihil ſubſidii reperiebam. Quo puriorem autem interpretum textum haberem, diverſas eorum editiones inſpexi; codices commentariorum aliis, veſtigia mea forte aliquando inſiſtentibus, conferendos relinquens.

Ingenue adhuc expoſui, quibus rationibus adductus fuerim, ut de conquirendis codicibus ad recenſendos Ariſtotelis libros minus anxius eſſem. Enotavi tamen varias lectiones omnes, quas a primis editoribus, aut in virorum doctorum commentariis e libris ſcriptis excerptas reperi. Omnino autem diligenter inter ſe comparavi priores editiones, tam omnium operum Ariſtotelis, quam ſingulorum librorum, quarum infra elenchus a me concinnatus eſt, in quo mihi ſolus fere Sylburgius praeivit, a quo Venetae, Moreliana & Iuntina excuſſae ſunt, etſi non ubique eadem conſtantia, quare, cum eas ipſe quoque ad manus haberem, denuo ſingula loca non ſine novo lucro inſpexi; conſului porro verſiones Latinas vetuſtiſſimas, quas e codicibus Graecis factas eſſe conſtabat, ſed in locis dubiis tantum; nam ſingula verſionum verba appendere, ut forte hinc lectiones quaſdam, nec id quidem ſatis tuto, expiſcarer, taedium immenſum, quod praeſentie-

bam mihi istum laborem facturum esse, vetuit, & nimis brevis vita est humana, quam ut in tali opera bonas horas perdas. Contulere quoque nonnullas antiquas versiones Latinas cum vulgato Graeco Sylburgius iam & Morelius. Praeterea adii Graecos interpretes fere omnes, quotquot editi exstant, & ad rem criticam facientia sedulo ex iis collegi; ex recentioribus quoque in Aristotelis libros commentariis, quorum copiam satis largam bibliotheca nostra Academica mihi suppeditabat, quae consilio meo inservirent, depromere studui; sicut denique virorum doctorum, inprimis Batavorum, in alios veteres scriptores commentarios, num forte locorum Aristotelicorum mendis aliquam medicinam ἐν παρέργῳ attulissent, & *libros*, quos vocant, *criticos*, curiose perlustravi. Ne autem ipsius ingenii mei qualiscunque vis, nimia ista variantium lectionum farragine obtunderetur, antequam eam congererem, Aristotelis libros sine interprete, & ne versione quidem Latina in locis obscuris, intricatis aut ulcerosis adhibita, perlegi, maxima diei parte lectioni impensa, eo consilio, ut demum intelligerem, quid assequerer ipse, quid non, quomodo huius vel alterius loci sensum explicarem, mente aliorum interpretatione nondum praeoccupata, ubi ipse haererem, ubi mendum deprehendere mihi viderer, ubi rerum nexum desiderarem, & quid de philosophi ratiocinandi modo & argumentis ab eo ad hoc vel illud probandum usurpatis sentirem. Habet haec veteres scriptores, quos critica face illustrare conaris, tra-

ſtandi ratio, quam equidem ſecutus ſum, tantum utilitatis, ut eam omnibus non ſatis commendare poſſim. Obſervamus tum non modo, quouſque nobis ipſis progredi liceat, & quatenus interprete aliiſque adminiculis ipſi non indigeamus, ſed animadvertimus etiam innumera ab aliis editoribus & interpretibus praetermiſſa loca dubia & obſcura, in quibus forte & alii haereant; ſubnaſcuntur quoque nobis in locis ulceroſis medelamque exigentibus coniecturae emendationeſque liberiores & meliores, iudicio noſtro non turbato, ſed ſibi ipſi relicto, curarumque noſtrarum in ſcriptorem exſiſtunt certi fines limiteſque. Maximus itaque fructus e lectione ſcriptoris ita inſtituta percipiendus erit, ut rectius totum apparatum criticum in uſum convertere diſcamus, nec priorum editorum interpretumque ſententiis, vanis haud raro, nulloque idoneo fundamento ſuperſtructis, tam facile nos decipi patiamur; contra ad alios ſtatim confugientem, priuſquam ipſe ſolus virium ſuarum periculum fecerit, in plurimis etiam ab illis pendere, ab illis relictum ipſum quoque deſperare, ſibique ſaepius, quam illis, diffidere videmus.

In ipſo autem textus Ariſtotelici recenſu hanc mihi legem praeſcripſi, ut lectionem vulgatam editionis Duvallianae, quam typis exſcribendam operis dedi, non mutarem, niſi ſumma neceſſitate urgente; ubi tamen manifeſtum in loco errorem animadverterem, qui ex codicibus aut certa coniectura tolli poſſet, aliam lectio-

nem in textum recipere non dubitarem. Nolui in his similis esse morosi critici, librariorum stupores, etiamsi illi in aprico sint, operarumque errores in vulgatis editionibus, vix ac ne vix quidem corrigere ausi. Nam quid iuvat, magna variarum lectionum copia coacervata, textum tamen ipsum scriptoris exhiberi non multo emendatiorem, quam antea ille habebatur? Mirari soleo equidem in tali opera editoris sedulitatem, ingenium & acumen criticum desidero; quod enim editori faciendum erat, ut textum in meum aliorumque commodum vitiis mendisque purgaret, id nunc, priusquam lectioni me accingam, faciendum mihi restat. Deinde, cur novas veterum scriptorum recensiones paramus, si animus nobis non est, eos meliores atque integriores edere, quam illi vulgo legebantur? cur criticus ipse lectionis varietate non utatur ad textum emendandum, cum tamen emendandi licentiam eum lectoribus permittere oporteat? Proponat ille itaque iudicium suum de vulgata lectione, mutet & emendet, si placuerit, modo non sine causa hoc faciat, modo necessitatem mutandi bene ponderet: quod si lector vulgatum praetulerit, aut alia lectio magis ei arriserit, utetur is non minus libere suo quoque iudicio.

Duo potissimum ad crisin textus Aristotelici spectant, quae mihi maxime digna visa sunt, in quibus diligentissime versarer, primum ut & vulgarem librorum Aristotelis in capita & sectiones distinctionem, & singulorum locorum interpun-

ctionem mutarem; alterum, ut, quantum poſſem, interpolationes, quibus nullus fere ſcriptor tam obſitus & depravatus eſt, quam Ariſtoteles, detegerem, manifeſtaſque uncinis includerem. Quod primum attinet, ne temere id a me factum eſſe aliquis dicat, monendum eſt, librorum Ariſtotelis diſtributionem & in capita paragraphoſque diſtinctionem non ab Ariſtotele, nec a proximis eius aetati interpretibus, ſed a recentioribus profectam eſſe. Non ſolum interpretes Graeci, ſed codices quoque Ariſtotelici hac in re mirum in modum variant; alii ex pluribus libris unum faciunt; alii rurſus unum vulgo habitum in plures diſpeſcunt; capita ſingulorum librorum & ſectiones, quemadmodum in noſtris editionibus ſunt, plane ignorant. Recentiorum autem editorum propriam quiſque & peculiarem libros diſtribuendi & in capita paragraphoſque diſpeſcendi rationem amplexus eſt; ab Aldo Manutio diſceſſere Conradus Geſnerus & Simon Grynaeus; ab his iterum Iulius Pacius; a Iulio Pacio, uti a Geſnero quoque, cui tamen in pleriſque adſtipulatur, Sylburgius, a Sylburgio denique in poſtremis Metaphyſicorum libris Duvallius. Quidni igitur mihi liceat, paulo aliter librorum capita & ſectiones conſtituere, cum praeſertim vulgo in hoc peccatum eſſe viderem, & divulſa eſſe, quae nimis cohaererent, nec bene divelli poſſent, ita ut ſaepenumero ipſa ſeparatione ſenſus offuſcaretur, qui, cohaerentia ſi cohaerere iuberes, ſatis perſpicuus eſſet? Ex qua tamen innovatione ne ad lectores

aliquid incommodi rediret, cum numerus quoque capitum & paragraphorum mutandus esset, in margine semper distinctio capitum editionis Casaubonianae, Sylburgianae & Duvallianae, quae in eruditorum manibus versantur, a me adscripta est. Interpunctionis innovatae non est quod causas multis exponam; esse hanc textum emendandi rationem optimam maximeque salutarem, in Aristotelis vero scriptis plane necessariam, unicuique, qui vulgatas Aristotelis editiones vel a limine tantum salutaverit, in oculos incurret. Ceterum iam per se patebit, me ita interpunxisse, quemadmodum loci sensum caperem ipse. Fieri quidem potuit, ut hunc vel illum locum, male a me intellectum, male etiam interpungerem: ab altera tamen parte innumera loca adhuc obscura & minus perspicua sola meliori interpunctione a me explanata esse eo certius persuasum habeo, quo acrius & religiosius in verborum Aristotelicorum sensum inquisiverim; priusquam enim Aristotelis libris criticam facem admoverem & ad interpunctionem mutandam accederem, eos partim in sermonem vernaculum, partim in Latinum transtuli, ubi mihi loca mala interpunctione laborantia facile apparere debuerunt; si tamen de cuiusdam loci sensu dubitavi, id in notis criticis singulis libris a me subiunctis indicatum est.

Praeterquam vero, quod lectionis emendandae curam suscepi, novas quoque versiones Latinas plurimis libris addidi, aliorum veteres sal-

tem refinxi. Experientia edoctus nemo diffitebitur, quam parum adiumenti, nisi quis Graecorum verborum vim per se assequatur, in locis salebrosis vulgatae versiones afferant; inhaerere solent nimis tenaciter ipsis verbis Graecis, quae translator plerumque totidem Latinis reddidit, nulla saepe totius loci sensus ratione habita; nec inique eum iudicare contendere ausim, qui Latina maximam partem Graecis obscuriora pronuntiet, versio Latina quamvis commentarii perpetui instar esse debeat; alium saltem ad Graece doctos fructum mihi apud animum cogitare non possum. Gratum itaque fore lectoribus speravi, si aut veterum versionum defectus supplerem vitiaque corrigerem, aut, quando id mihi non satisfaceret, novas concinnarem.

In argumentis singulorum librorum elaborandis, ut iam supra dixi, exemplum *Tiedemanni*, eruditissimi & acutissimi viri, ante oculos habui; a quo tamen eatenus mihi discedendum putavi, ut iudicium meum de Aristotelis placitis rarius interponerem, rariusque ea cum recentiorum philosophematibus compararem: quem enim fructum ab istis argumentis ad lectores redundare volui, eum minorem fore ratus sum, saepius a me intertextis, quibus rerum a philosopho tractatarum series interrumperetur; verendum quoque erat, ne nimis prolixa tum argumenta evaderent, praesertim cum mihi etiam de librorum sinceritate, & quatenus illi recte Aristoteli adscribantur, disceptandum esset.

Prodit itaque Aristotelis Volumen primum, quod Vitas Aristotelis antiquas a Diogene Laërtio, Dionysio Halicarnasseo in epistola ad Ammaeum, Pseud-Ammonio, Anonymo apud Menagium, Suida, Hesychio Milesio conscriptas, cum varietate lectionis; Vitam Aristotelis a me exemplo Andreae Schotti per annos digestam; commentationem *de discrimine librorum Aristotelis exotericorum & acroamaticorum;* elenchos codicum & editionum; denique Porphyrii introductionem in Categorias ad Chrysaorium & Aristotelis librum Categoriarum s. de praedicamentis comprehendit. Reliqua volumina haud longa mora interposita subsequentur. Scribebam Gottingae in Academia Regia alma Georgia Augusta. Cal. Sept. cIↃIↃCCXCI.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΒΙΟΣ

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΒΙΟΣ
ΚΑΤΑ ΔΙΟΓΕΝΗ ΤΟΝ ΛΑΕΡΤΙΟΝ.

Ἀριστοτέλης Νικομάχου καὶ Φαιστίδος, Σταγειρίτης. ὁ δὲ Νικόμαχος ἦν ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους· καὶ συνεβίω Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, ἰατροῦ καὶ φίλου χρείᾳ. οὗτος γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν· τραυλὸς τὴν φωνὴν, ὡς φησι Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ Βίων· ἀλλὰ καὶ ἰσχνοσκελής, φασιν, ἦν καὶ μικρόμματος, ἐσθῆτι τε ἐπισήμῳ χρώμενος, καὶ δακτυλίοις, καὶ κουρᾷ. ἔσχε

ARISTOTELIS
VITA
AUCTORE DIOGENE LAERTIO.

Aristoteles, Nicomachi & Phaestidis filius, Stagiris oriundus. Nicomachus autem patrem habuit Nicomachum, Machaonis filium & Aesculapii nepotem, ut Hermippus in libro de Aristotele refert, vixitque apud Amyntam, Macedonum regem, medici & familiaris loco. Fuit is praestantissimus discipulorum Platonis; lingua balbus, ut tradit Timotheus Athenienſis in libro de Vitis; cruribus etiam, aiunt, gracilibus, parvisque oculis, usus simul veste insigni, & annulis, & tonsura. Sustulit autem filium

δὲ [καὶ] υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς παλλακῆς, ὡς φησι Τιμόθεος. ἀπέστη δὲ Πλάτωνος ἔτι περιόντος· ὥστε φασὶν εἰπεῖν, Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισε, καθαπερεὶ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα. φησὶ δ' Ἕρμιππος ἐν τοῖς Βίοις, ὅτι πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων, σχολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἐλθόντα δὴ αὐτὸν, καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολὴν, ἑλέσθαι περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ· καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν· ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι· οἱ δ', ὅτι ἐκ νόσου περιπατοῦντι Ἀλεξάνδρῳ συμπαρὼν, διελέγετο ἅττα. ἐπειδὴ δὲ πλείους ἐγίνοντο, ἤδη καὶ ἐκάθισεν, εἰπών;

Αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ἰσοκράτη δ' ἐᾷν λέγειν;

καὶ πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητὰς, ἅμα καὶ

Nicomachum ex Herpyllide pellice, ut ait Timotheus. Defecit a Platone adhuc ſuperſtite: quare hunc dixiſſe ferunt, *Ariſtoteles nos calce petiit, ut pulli modo geniti matrem.* Tradit Hermippus in Vitis, dum Ariſtoteles Athenienſium cauſa legatione fungeretur apud Philippum, ſcholae in Academia interea praefectum fuiſſe Xenocratem: illum igitur reducem, & ſcholam ſub alio videntem, delecto ſibi peripato in Lyceo, uſque ad unctionis horam deambulando cum diſcipulis philoſophatum eſſe, atque inde *Peripateticum* dictum; alii tamen [*hoc nomen ei adhaeſiſſe volunt*], quod cum Alexandro ex morbo reconvaleſcente & deambulante variis de rebus confabulari ſoleret. Ubi iam plures eum frequentarent, etiam conſedit, dicens,

Turpe eſt ſilere, dum Iſocrates loquitur,

docuitque diſcipulos diſputare de theſi propoſita, ſimul

ῥητορικῶς ἐπασκῶν. ἔπειτα μέντοι ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον Ἀταρνέως ὄντα τύραννον· ὃν οἱ μέν φασι παιδικὰ γενέσθαι αὐτοῦ, οἱ δὲ καὶ κηδεῦσαι αὐτῷ, δόντα τὴν θυγατέρα ἢ ἀδελφιδῆν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων· ὃς καὶ δοῦλον Εὐβούλου φησὶ γενέσθαι τὸν Ἑρμείαν, γένει Βιθυνὸν ὄντα, καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα. Ἀρίστιππος δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς φησιν, ἐρασθῆναι τὸν Ἀριστοτέλην παλλακίδος τοῦ Ἑρμείου. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, ἔγημέ τε αὐτὴν, καὶ ἔθυεν ὑπερχαίρων τῷ γυναίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι τῇ Ἐλευσινιάδι Δήμητρι· τῷ τε Ἑρμείᾳ παιᾶνα ἔγραψεν, ὃς ἔνδον γέγραπται. ἐντεῦθέν τε γενέσθαι ἐν Μακεδονίᾳ παρὰ Φιλίππῳ, καὶ λαβεῖν μαθητὴν παρ' αὐτοῦ τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον, καὶ αἰτῆσαι ἀναστῆσαι αὐτοῦ τὴν πατρίδα, κατασκαφεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου, καὶ τυχεῖν· οἷς καὶ νόμους θεῖναι. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ σχολῇ

more rhetorum eos exercens. Poſtea autem ad Hermiam eunuchum, Atarnae tyrannum, ſe contulit, quem alii amaſium eius fuiſſe, alii cum eo affinitatem iunxiſſe volunt, data in matrimonium filia aut nepte, ut auctor eſt Demetrius Magnes in libris de aequivocis poëtis & ſcriptoribus; qui etiam Hermiam, genere Bithynum, & Eubuli ſervum fuiſſe, dominumque ſuum occidiſſe ait. Ariſtippus autem in libro primo de luxu veterum deperiiſſe tradit Ariſtotelem Hermiae pellicem. Quo etiam concedente, duxit eam uxorem, & laetitia exſultans ſacra fecit mulierculae, velut Cereri Eleuſiniae Athenienſes, compoſuitque in Hermiam paeanem, qui infra adſcriptus eſt. Deinde in Macedonia apud Philippum fuiſſe, ab eoque filium Alexandrum in diſciplinam accepiſſe dicitur: a quo cum petiiſſet, ut patriam urbem, a Philippo everſam, reſtauraret, voto da-

νομοθετεῖν, μιμούμενον Ξενοκράτην, ὥστε κατὰ δέκα ἡμέρας ἄρχοντα ποιεῖν. ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγενῆσθαι Ἀλεξάνδρῳ, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον· ὃν καὶ παῤῥησιαστικώτερον λαλοῦντα τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ πειθόμενον αὐτῷ, Φασὶν ἐπιπλήξαντα εἰπεῖν·

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἵ ἀγορεύεις.

καὶ δὴ καὶ ἐγένετο. δόξας γὰρ Ἑρμολάῳ συμμετεσχηκέναι τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐπιβουλῆς, ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ, φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος· καὶ τέλος λέοντι παραβληθεὶς, οὕτω κατέστρεψεν. ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ τρία πρὸς τοῖς δέκα τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη, ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου, ἢ Δημοφίλου, ὥς φησι Φα-

mnatus est, novaeque civitati leges scripsit. Sed eum in schola quoque leges tulisse volunt, imitatione Xenocratis, ita ut singulis denis diebus scholae aliquem praeficeret. Postquam vero visus est sibi satis cum Alexandro fuisse, Athenas rediit, suffecto in locum suum Callisthene Olynthio, cognato suo; quem etiam paulo liberius cum rege loquentem, nec ei obtemperantem, increpasse dicitur his verbis:

Mors te, gnate, manet cita, qualia loqueris.

Atque ita etiam evenit. Creditus enim insidiarum ab Hermolao Alexandro structarum conscius fuisse, in cavea ferrea circumductus, pediculis ac squalore obsitus, leoni denique obiectus periit. Aristoteles quidem Athenas reversus, postquam ibi per tredecim annos scholae praefuerat, clam Chalcidem concessit, impietatis accusatus ab Eurymedonte hierophanta, aut Demophilo, ut ait Phavorinus

βωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν· ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀνδριάντος, τοιοῦτον·

Τόνδε ποτ' οὐχ ὁσίως παραβὰς μακάρων θέμιν ἁγνὴν,
Ἔκτεινεν Περσῶν τοξοφόρων βασιλεύς·
Οὐ φανερῶς λόγχῃ Φονίοις ἐν ἀγῶσι κρατήσας,
Ἀλλ' ἀνδρὸς πίστει χρησάμενος δολίου.

ἐνταῦθα δὴ πιὼν ἀκόνιτον ἐτελεύτησεν, ὥς φησιν Εὔμηλος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν, βιοὺς ἔτη ἑβδομήκοντα. ὁ δ' αὐτός φησιν αὐτὸν καὶ Πλάτωνι τριακοντούτην συστῆναι· διαπίπτων. βεβίωκε γὰρ τρία μὲν πρὸς τοῖς ἑξήκοντα· Πλάτωνι δὲ, ἑπτακαιδεκέτης συνέστη. ὁ δὲ ὕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον·

Ἀρετὰ πολύμοχθε
Γένει βροτείῳ,

in Variis hiſtoriis, quod hymnum feciſſet in Hermiam ſupra memoratum; ſed exſtat etiam epigramma in ſtatuam Delphis poſitam huiuſcemodi:

Hunc olim infanda caede violata ſancta fide Deorum
Peremit Perſarum rex ſagittiferûm:
Non in aprico armis cruento certamine victor,
Sed hominis uſus ope dolosi.

Ibi ergo aconitum bibens vitam finiit, ut tradit Eumelus libro quinto hiſtoriarum, annos natus ſeptuaginta. Idem etiam tradit, eum ad Platonem acceſſiſſe, cum triginta annorum eſſet; in quo errat. Vixit enim annos ſexaginta tres; Platoni autem ſe adiunxit anno aetatis decimo ſeptimo. Hymnus vero ita ſe habet:

VIRTUS, multi laboris
Generi mortalium,

νομοθετεῖν, μιμούμενον Ξενοκράτην, ὥστε κατὰ δέκα ἡμέρας ἄρχοντα ποιεῖν. ἐπειδὴ δὲ ἐφάνη ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγενῆσθαι Ἀλεξάνδρῳ, ἀπῆλθεν εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλυνθίου· ὃν καὶ παῤῥησιαστικώτερον λαλοῦντα τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ πειθόμενον αὐτῷ, φασὶν ἐπιπλῆξαντα εἰπεῖν·

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, ὦ ἀγαθεύς.

καὶ δὴ καὶ ἐγένετο. δόξας γὰρ Ἕρμιππος συμμετεσχηκέναι τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐπιβουλῆς, εἰ σαφῶς πεπραγμένα γνοίεσαν, Θέμιδι καὶ Δικαιοσύνῃ καὶ τοῖς λοιποῖς παραβλητέος, οὕτω κατεστάθη. ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐλθὼν εἰς τὴν Χαλκίδα, καὶ τὰ τῆς τῶν δέκα τῆς σχολῆς ἀνηγορευμένης ἐπ' ἐνιαυτὸν εἰς Χαλκίδα. Πυθομένους αὐτὸν τοὺς ἑταίρους διὰ ἀνηδίαν γηραλέαν, ἢ Δημοσθένει, ὡς ὅτι Φε-

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

βωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν· ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ ταῦ ἐν Δελφοῖς ἀνδριάντος, τοιοῦτον·

Τόνδε ποτ' οὐχ ὁσίως παραβὰς μακάρων θέμιν ἀγνὴν,
Ἔκτεινεν Περσῶν τοξοφόρων βασιλεύς·
Οὐ φανερῶς λόγχῃ Φονίοις ἐν ἀγῶσι κρατήσας,
Ἀλλ' ἀνδρὸς πίστει χρησάμενος δολίου.

ἐνταῦθα δὴ πιὼν ἀκόνιτον ἐτελεύτησεν, ὥς φησιν Εὔμηλος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν, βιοὺς ἔτη ἑβδομήκοντα. ὁ δ' αὐτός φησιν αὐτὸν καὶ Πλάτωνι τριακοντούτην συστῆναι· διαπίπτων. βεβίωκε γὰρ τρία μὲν πρὸς τοῖς ἑξήκοντα· Πλάτωνι δὲ, ἑπτακαιδεκέτης συνέστη. ὁ δὲ ὕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον·

Ἀρετὰ πολύμοχθε
Γένει βροτείῳ,

in Variis hiſtoriis, quod hymnum feciſſet in Hermiam ſupra memoratum; ſed exſtat etiam epigramma in ſtatuam Delphis poſitam huiuſcemodi:

Hunc olim infanda caede violata ſancta fide Deorum
Peremit Perſarum rex ſagittiferûm:
Non in aprico armis cruento certamine victor,
Sed hominis uſus ope dolosi.

Ibi ergo aconitum bibens vitam finiit, ut tradit Eumelus libro quinto hiſtoriarum, annos natus ſeptuaginta. Idem etiam tradit, eum ad Platonem acceſſiſſe, cum triginta annorum eſſet; in quo errat. Vixit enim annos ſexaginta tres; Platoni autem ſe adiunxit anno aetatis decimo ſeptimo. Hymnus vero ita ſe habet:

VIRTUS, multi laboris
Generi mortalium,

Θήραμα κάλλιστον βίω,
Σᾶς πέρι, παρθένε, μορφᾶς
Καὶ θανεῖν, ζαλωτὸς Ἑλλάδι πότμος,
Καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς
Ἀκάμαντας· τοῖον
Ἐπὶ φρένα βάλλεις
Καρπόν τ' ἀθάνατον,
Χρυσοῦ τε κρέσσω καὶ γονέων,
Μαλακαυχητοῖό θ' ὕπνου.
Σεῦ δ' ἕνεχ' οὐκ Διὸς Ἡρακλέης,
Λήδας τε κοῦροι πόλλ' ἀνέτλασαν,
Ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν.
Σοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλλεὺς
Αἴας τ' Ἀΐδαο δόμους ἦλθον.
Σᾶς δ' ἕνεκα φιλίου μορφᾶς
Καὶ Ἀταρνέως ἔντροφος

Venatio pulcherrima vitae,
Tuam propter, Virgo, ſpeciem
Vel mori, beata Graeciae ſors,
Et labores perferre duros
Indefeſſum; talem
In pectora iacis
Fructum immortalem,
Auro meliorem atque parentibus
Mollique ſomno.
Tui gratia Iove natus Hercules
Ledaeque pueri multa tulerunt,
Factis tuum venantes decus.
Deſiderio tui Achilles
Aiaxque Orci domus ingreſſi.
Tuam propter amabilem ſpeciem
Et Atarnae proles

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Ἠελίου χήρωσεν αὐγάς.
Τοίγαρ ἀοίδιμος ἔργοις,
Ἀθάνατόν τε μιν αὔξουσι Μοῦσαι,
Μναμοσύνας θύγατρες,
Διὸς Ξενίου σέβας αὔξουσαι
Φιλίας τε γέρας βεβαίου.

Ἔστι δ' οὖν καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν, οὕτως ἔχον·

Εὐρυμέδων ποτ' ἔμελλεν Ἀριστοτέλην ἀσεβείας
Γράψασθαι, Δηοῦς μύστιδος ὢν πρόπολος.
Ἀλλὰ πιὼν ἀκόνιτον, ὑπέκφυγε· τοῦτ' ἀκονιτὶ
Ἦν ἄρα νικῆσαι συκοφάσεις ἀδίκους.

τοῦτον πρῶτον Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, λόγον φησὶ δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι, ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίκῃ, καὶ λέγειν, ὡς Ἀθήνησιν

Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Solis viduavit lumen,
Quare inclitus factis,
Immortalemque eum ornabunt Musae
Mnemosynes filiae,
Iovis Xenii laudem celebrantes
Et firmae decus amicitiae.

Exstat quoque in Aristotelem epigramma nostrum huiusmodi:

Sacra Deae temerata querens morti cupiebat
Eurymedon mystes tradere Aristotelem:
Ille aconita bibens litem fugit: hoc ἀκονιτὶ
Nempe erat iniustos vincere scire dolos.

Hunc primum Phavorinus in Variis Historiis scripsisse ait pro se libellum defensorium in hac ipsa causa, & dixisse, Athenis

Pirum super piro senescere, & ficum super fico.

Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, γεννηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐννάτης καὶ ἐννενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος· παραβαλεῖν δὲ Πλάτωνι, καὶ διατρίψαι παρ' αὐτῷ εἴκοσιν ἔτη, ἑπταικαιδεκέτη συστάντα, καὶ εἰς τε Μιτυλήνην ἐλθεῖν ἐπὶ ἄρχοντος Εὐβούλου, τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Πλάτωνος δὲ τελευτήσαντος τῷ πρώτῳ ἔτει ἐπὶ Θεοφίλου, πρὸς Ἑρμείαν ἀπᾶραι, καὶ μεῖναι ἔτη τρία. ἐπὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐννάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος. εἰς δ' Ἀθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ ἐν Λυκείῳ σχολάσαι ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα. εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν που καὶ ἑξήκοντα νόσῳ, ὅτε καὶ Δημοσθένην καταστρέψαι ἐν Καλαυρίᾳ ἐπὶ Φιλοκλέους.

Tradit autem Apollodorus in Chronicis, natum esse eum anno primo Olympiadis nonagesimae nonae; adiunxisse se Platoni anno aetatis decimo septimo, & versatum esse cum illo viginti annos; Mitylenen vero venisse Eubulo archonte, anno quarto Olympiadis centesimae octavae. Platone autem mortuo primo anno Theophilo archonte, secessisse ad Hermiam, ibique annos egisse tres. Pythodoto autem archonte venisse ad Philippum, anno secundo Olympiadis centesimae nonae, Alexandro iam quindecim annos nato. Athenas porro adiisse anno secundo Olympiadis centesimae undecimae, & scholae in Lyceo vacasse annos tredecim. Inde profectum esse Chalcidem anno tertio Olympiadis centesimae decimae quartae, & obiisse morbo anno aetatis circiter sexagesimo tertio, quo tempore etiam Demosthenem in Calauria

λέγεται δὲ διὰ τὴν Καλλισθένους πρὸς Ἀλέξανδρον σύστασιν, προσκρούσαι τῷ βασιλεῖ· κἀκεῖνον ἐπὶ τούτῳ λυπῆσαι, Ἀναξάρχον μὲν αὐξῆσαι, πέμψαι δὲ καὶ Ξενοκράτει δῶρα. ἀπέσκωψε δ' εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα καὶ Θεόκριτος ὁ Χῖος, οὑτωσὶ ποιήσας, ὥς φησιν Ἀμβρύων ἐν τῷ περὶ Θεοκρίτου·

Ἑρμείου εὐνούχου, ἠδ' Εὐβούλου ἅμα δούλου,
Σῆμα κενὸν κενόφρων τεῦξεν Ἀριστοτέλης.

[Ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν, εἵλετο ναίειν,
Ἀντ' Ἀκαδημίας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.]

ἀλλὰ καὶ Τίμων αὐτοῦ καθήψατο, εἰπών,

Οὐδ' ἄρ' Ἀριστοτέλους εἰκαιοσύνης ἀλεγεινῆς.

καὶ οὗτος μὲν ὁ βίος τοῦ Φιλοσόφου. Ἡμεῖς δὲ καὶ διαθήκαις αὐτοῦ ἐνετύχομεν, οὕτω πως ἐχούσαις·

Ἔσται μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης· ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων καὶ διαπαν-

Philocle archonte exſtinctum eſſe aiunt. Fertur autem propter Calliſthenis in Alexandrum coniurationem in offenſionem regis incidiſſe, qui, ut eum dolore afficeret, Anaxarchum auxerit, & Xenocrati dona miſerit. Irriſit autem eum & Theocritus Chius, facto hocce epigrammate, ut ait Ambryo in libro de Theocrito:

Hermiae eunucho ſimul & Eubuli ſervo
Monumentum inane inanis poſuit Ariſtoteles.
[*Qui propter ventrem immodicum habitare maluit*
Pro Academia in gurgite luti.]

Verum etiam Timon eum momordit, dicens,

Neque Ariſtotelis temeritatem pernicioſam.

Atque haec quidem fuit vita philoſophi. Nos vero in eius quoque teſtamentum incidimus, quod ita ſe habet:

Erit quidem bene. Si quid tamen humanitus accidat, haec teſtamento mandavit Ariſtoteles: Adminiſtratorem omnium &

τὸς Ἀντίπατρον· ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι Ἀριστομένη, Τίμαρχον, Ἵππαρχον, Διοτέλη, Θεόφραστον, ἐὰν βούληται καὶ ἐνδέχηται αὐτῷ, τῶν τε παιδίων καὶ Ἑρπυλλίδος, καὶ τῶν καταλελειμμένων. καὶ ὅταν ὥρα ᾖ τῇ παιδὶ, ἐκδεδόσθαι αὐτὴν Νικάνορι. ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι, (ὃ μὴ γένοιτο, οὐδὲ ἔσται) πρὸ τοῦ γήμασθαι, ἢ ἐπειδὰν γήμηται, μήπω παιδίων ὄντων, Νικάνωρ κύριος ἔστω καὶ περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῶν ἄλλων διοικεῖν ἀξίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν. ἐπιμελείσθω δὴ Νικάνωρ καὶ τῆς παιδὸς καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν, ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός. ἐὰν δέ τι πρότερον συμβαίνῃ Νικάνορι, (ὃ μὴ γένοιτο), ἢ πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν παῖδα, ἢ ἐπειδὰν λάβῃ, μήπω παιδίων ὄντων, ἐὰν μέν τι ἐκεῖνος τάξῃ, ταῦτα κύρια ἔστω· ἐὰν δὲ βούληται Θεόφραστος εἶναι μετὰ τῆς παιδὸς, καθάπερ πρὸς Νικάνορα· εἰ δὲ μὴ, τοὺς ἐπιτρόπους βου-

omnino esse Antipatrum; usque dum autem Nicanor hereditatem adierit, curam habere Aristomenem, Timarchum, Hipparchum, Diotelem, Theophrastum, si voluerit, aut ipsi licuerit, & liberorum, & Herpyllidis, & reliquorum. Et ubi aetas matura fuerit filiae, dari illam uxorem Nicanori. Sin autem quid filiae humanitus acciderit, (quod nec fiat, nec erit) antequam illa nupserit, aut postquam nupserit, liberis tamen nondum natis, penes Nicanorem esto, & filium meum & reliqua omnia pro ipsius & mea dignitate administrare. Curam igitur habeat Nicanor & filiae & filii Nicomachi, ut postulant eorum res, velut patris & fratris loco. Quod si autem quid prius Nicanori humanitus acciderit, (quod absit) vel nondum ducta in uxorem filia, vel iam ducta, necdum liberis tamen natis, si quidem ille aliquid mandaverit, ita ius esto; sin autem Theophrastus cum illa esse voluerit, esto ei ius idem ac Nicanori. Sin minus, curatores cum An-

λευομένους μετὰ Ἀντιπάτρου, καὶ περὶ τῆς παιδὸς, καὶ περὶ τοῦ παιδὸς, διοικεῖν ὅπως ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους καὶ Νικάνορα, μνησθέντας ἐμοῦ καὶ Ἑρπυλλίδος (ὅτι σπουδαία περὶ ἐμὲ ἐγένετο) τῶν τε ἄλλων· καὶ ἐὰν βούληται ἄνδρα λαμβάνειν, ὅπως μὴ ἀναξίως ἡμῶν δοθῇ. δοῦναι δ' αὐτῇ πρὸς τοῖς πρότερον δεδομένοις, καὶ ἀργυρίου τάλαντον ἐκ τῶν καταλελειμμένων, καὶ θεραπαίνας τρεῖς, ἐὰν βούληται, καὶ τὴν παιδίσκην, ἣν ἔχει, καὶ παῖδα τὸν Πυῤῥαῖον· καὶ ἐὰν μὲν ἐν Χαλκίδι βούληται οἰκεῖν, τὸν ξενῶνα τὸν πρὸς τῷ κήπῳ· ἐὰν δὲ ἐν Σταγείροις, τὴν πατρῴαν οἰκίαν. ὁποτέραν δ' ἂν τούτων βούληται, κατασκευάσαι τοὺς ἐπιτρόπους σκεύεσιν, οἷς ἂν δοκῇ κἀκείνοις καλῶς ἔχειν, καὶ Ἑρπυλλίδι ἱκανῶς. ἐπιμελεῖσθω δὲ Νικάνωρ καὶ Μύρμηκος τοῦ παιδίου, ὅπως ἂν ἀξίως ἡμῶν τοῖς ἰδίοις ἐπικομισθῇ σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν, ἃ εἰλήφαμεν αὐτοῦ. εἶναι δὲ καὶ Ἀμβρακίδα ἐλευθέραν, καὶ δοῦναι αὐτῇ,

tipatro res cum puellae tum pueri administranto, prout optimum factu ipsis visum fuerit. Curanto quoque & curatores & Nicanor, mei & Herpyllidis memores, (quandoquidem illa proba erga nos fuit) tum reliqua, tum etiam, ut si nubendi voluntas fuerit, maritus ei detur nobis non indignus. Danto autem illi e bonis relictis, praeter iam prius data, argenti talentum, & famulas tres, si ita illi placuerit, & ancillulam, quam habet, & puerum Pyrrhaeum; & sin Chalcide illa habitare voluerit, hospitium prope hortum; sin autem Stagiris, aedes paternas. Utram vero domum ex his elegerit, instruunto eam curatores supellectile, prout & ipsis honestum & Herpyllidi commodum esse videbitur. Curam quoque habeat Nicanor Myrmecis pueri, ut, sicut nos decet, suis restituatur, cum omnibus bonis, quae ab eo accepimus. Esto etiam Ambracis libera, & dantor illi post filiae nu-

ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, πεντακοσίας δραχμὰς, καὶ τὴν παιδίσκην, ἣν ἔχει. δοῦναι δὲ καὶ Θαλῇ πρὸς τῇ παιδίσκῃ, ἣν ἔχει, τῇ ὠνηθείσῃ, χιλίας δραχμὰς καὶ παιδίσκην· καὶ Σίμωνι, χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου αὐτῷ δοθέντος εἰς παῖδα, ἄλλον ἢ παῖδα πρίασθαι, ἢ ἀργύριον δοῦναι. Τύχωνα δὲ ἐλεύθερον εἶναι, ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, καὶ Φίλωνα, καὶ Ὀλύμπιον, καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ. μὴ πωλεῖν δὲ τῶν παιδίων μηδένα τῶν ἐμὲ θεραπευόντων, ἀλλὰ χρῆσθαι αὐτοῖς ὅταν δ' ἐν ἡλικίᾳ γένωνται, ἐλεύθερα ἀφεῖναι κατ' ἀξίαν. ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἐκδεδομένων εἰκόνων παρὰ Γρυλλίωνος, ὅπως ἐπιτελεσθεῖσαι ἀνατεθῶσιν, ἥ τε Νικάνορος καὶ ἡ Προξένου, ἣν διενοούμην ἐκδοῦναι, καὶ ἡ τῆς μητρὸς τῆς Νικάνορος· καὶ τὴν Ἀριμνήστου τὴν πεποιημένην ἀναθεῖναι, ὅπως μνημεῖον αὐτοῦ ᾖ, ἐπειδὴ ἄπαις ἐτελεύτησε. καὶ τὴν τῆς μητρὸς τῆς ἠμετέρας τῇ Δήμητρι ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν, ἢ ὅπου ἂν δοκῇ. ὅπου δ' ἂν ποιῶνται τὴν

ptias, drachmae quingentae, & ancillula, quam habet. Dari etiam Thaleti volo, praeter ancillam, quam habet, aere emtam, drachmas mille & ancillam. Item Simoni praeter id pecuniae, quod iam accepit ad servum comparandum, aut alius servus ematur, aut pecunia detur. Postquam autem filia nupserit, Tycho, Philo, Olympius eiusque natus liberi sunto. Puerorum, qui mihi ministrarunt, nemo venito, sed eorum ministerio heredes utuntor, atque ubi adoleverint, pro meritis manumittuntor. Curam etiam habeant, ut statuae, quas a Gryllione faciendas conduxi, cum perfectae fuerint, dedicentur, & Nicanoris, & Proxeni, quam locaturus eram, & matris Nicanoris: dedicetur etiam statua perfecta Arimnesti, ut exstet eius monumentum, quandoquidem sine liberis decessit. Matris quoque meae statuam Cereri consecrari volo Nemeae, aut ubi placuerit. Ubicunque

ταφὴν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ὀστᾶ ἀνελόντας θεῖναι, ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν· ἀναθεῖναι δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα, ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ηὐξάμην, ζῶα λίθινα τετραπήχη Διὶ σωτῆρι, καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρῃ, ἐν Σταγείρῃ.

Τοῦτον ἴσχουσιν αὐτῷ αἱ διαθῆκαι τὸν τρόπον. λέγεται δὲ καὶ λοπάδας αὐτοῦ πλείστας εὑρῆσθαι, καὶ Λύκωνα λέγειν, ὡς ἐν πυέλῳ θερμοῦ ἐλαίου λούοιτο, καὶ τοὔλαιον διαπωλοῖτο. ἔνιοι δὲ καὶ ἀσκίον θερμοῦ ἐλαίου ἐπιτιθέναι αὐτὸν τῷ στομάχῳ φασί· καὶ ὁπότε κοιμῷτο, σφαῖραν χαλκῆν βάλλεσθαι αὐτῷ εἰς τὴν χεῖρα λεκάνης ὑποκειμένης, ἵν' ἐκπεσούσης τῆς σφαίρας εἰς τὴν λεκάνην, ὑπὸ τοῦ ψόφου ἐξέγροιτο.

Ἀποφέρεται δ' εἰς αὐτὸν καὶ ἀποφθέγματα κάλλιστα ταυτί. Ἐρωτηθεὶς, τί περιγίνεται κέρδος τοῖς ψευδομένοις; Ὅταν, ἔφη, λέγωσιν ἀλήθειαν, μὴ πιστεύεσθαι. ὀνειδιζόμενος ποτὲ, ὅτι πονηρῷ ἀνθρώπῳ

autem corpus meum conditum fuerit, eodem etiam Pythiadis ossa transferunto, ut ipsa mandavit. Dedicet etiam Stagirae Nicanor, ubi salvus fuerit, quod votum pro eo suscepi, animalia lapidea quatuor cubitorum, Iovi Servatori & Minervae Sospiti.

Ita se habet Aristotelis testamentum. Tradunt autem, plurima eius vasa fuisse reperta, & Lyconem dicere, eum in solio calidi olei pleno corpus lavasse, idque oleum postea divendidisse: alii etiam olei calidi utriculum stomacho imposuisse aiunt, & quando dormiret, in manus cepisse pilam aeneam pelvi subiecta, ut decidentis pilae in pelvim tinnitu e somno excitaretur.

Referuntur autem ad eum apophthegmata pulcherrima haecce: Interrogatus, quid lucri mendacibus esset? Ut, inquit, cum vera dicant, nemo illis fidem habeat.

ἐλεημοσύνην ἔδωκεν, Οὐ τὸν τρόπον, εἶπεν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα. συνεχὲς εἰώθει λέγειν πρός τε τοὺς Φίλους καὶ τοὺς φοιτῶντας αὐτῷ, ἔνθα ἂν καὶ ὅπου διατρίβων ἔτυχεν, ὡς ἡ μὲν ὅρασις, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς· ἡ δὲ ψυχὴ, ἀπὸ τῶν μαθημάτων. πολλάκις δὲ καὶ ἀποτεινόμενος, τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν εὑρηκέναι πυροὺς καὶ νόμους· ἀλλὰ πυροῖς μὲν χρῆσθαι, νόμοις δὲ μή. τῆς παιδείας, ἔφη, τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκὺν δὲ τὸν καρπόν. ἐρωτηθεὶς, τί γηράσκει ταχύ; Χάρις, ἔφη. ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἐλπίς; Ἐγρηγορότος, εἶπεν, ἐνύπνιον. Διογένους ἰσχάδα αὐτῷ διδόντος, νοήσας, ὅτι εἰ μὴ λάβοι, χρείαν εἴη μεμελετηκὼς, λαβὼν, ἔφη, Διογένη μετὰ τῆς χρείας καὶ τὴν ἰσχάδα ἀπολωλεκέναι. πάλιν δὲ διδόντος, λαβὼν καὶ μετεωρίσας ὡς τὰ παιδία, εἰπών τε, Μέγας Διογένης, ἀπέδωκεν αὐτῷ. τριῶν ἔφη

Obiurgatus aliquando, quod homini improbo ſtipem dediſſet, Non indolem, ait, ſed hominem miſeratus ſum. Semper & inter amicos & inter diſcipulos ſuos, & ubicunque verſabatur, in ore ferebat illud: oculum quidem lumen a circumfuſo aëre accipere, mentem vero a diſciplinis. Saepe etiam in Athenienſes invectus, eos, aiebat, & triticum & leges inveniſſe; ſed tritico quidem uti, legibus non item. Inſtitutionis, dicebat, radices eſſe amaras, fructum vero dulcem. Interrogatus, quid cito ſeneſcat? Beneficium, ait. Interrogatus, quid ſit ſpes? Vigilantis, inquit, ſomnium. Diogene caricam ei offerente, cum intelligeret Ariſtoteles, illum, ſi caricam non acciperet, dictum acutum in ſe paratum habere, accipiens, ait, Diogenes una cum dicto etiam caricam amiſit. Illo autem iterum offerente, accepit, tollenſque puerorum more in altum, Magnum, ait, Diogenem, eique

δεῖν παιδείαν, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως. ἀκούσας ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, Ἀπόντα με, ἔφη, καὶ μαστιγούτω. τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον· οἱ δὲ τοῦτο μὲν Διογένη φασὶν ὁρίσασθαι, αὐτὸν δὲ δῶρον εἰπεῖν εὐμορφίαν· Σωκράτη δὲ, ὀλιγοχρόνιον τυραννίδα· Πλάτωνα, προτέρημα φύσεως· Θεόφραστον, σιωπῶσαν ἀπάτην· Θεόκριτον, ἐλεφαντίνην ζημίαν· Καρνεάδην, ἀδορυφόρητον βασιλείαν. ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων· Ὅσῳ, εἶπεν, οἱ ζῶντες τῶν τεθνηκότων. τὴν παιδείαν ἔλεγεν ἐν μὲν ταῖς εὐτυχίαις εἶναι κόσμον, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις καταφυγήν. τῶν γονέων τοὺς παιδεύσαντας ἐντιμοτέρους εἶναι τῶν μόνον γεννησάντων· τοὺς μὲν γὰρ, τὸ ζῆν, τοὺς δὲ, τὸ καλῶς ζῆν παρασχέσθαι. πρὸς τὸν καυχώμενον, ὡς ἀπὸ μεγάλης πόλεως

reddidit. Tria opus esse ad eruditionem dicebat, indolem, institutionem, exercitationem. Audiens, se a quodam convitiis proscindi, Absentem me, inquit, vel flagris ille caedat. Pulchritudinem omni epistola magis commendare dicebat: alii tamen hoc Diogenem dixisse volunt, illum autem formam venustam declarasse donum [*naturae*]; Socratem, brevem tyrannidem; Platonem, naturae praerogativam; Theophrastum, fraudem tacentem; Theocritum, eburneum damnum; Carneadem, regnum absque satellitibus. Interrogatus, quid esset inter doctos & indoctos discriminis? Quantum, inquit, inter vivos & mortuos. Eruditionem in rebus secundis dicebat ornamento esse, in adversis vero perfugium & solatium praebere. Parentes, qui de instituendis liberis solliciti fuissent, maioribus honoribus esse dignos, iis, qui genuissent tantum: his enim vitam solum, illis vitae bene & honeste degendae rationes deberi. Glorianti cuidam, quod magna

εἴη, Οὐ τοῦτο ἔφη σκοπεῖν, ἀλλ' ὅς τις μεγάλης πατρίδος ἄξιός ἐστιν. ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι φίλος; ἔφη, Μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα. τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε τοὺς μὲν οὕτω φείδεσθαι, ὡς ἀεὶ ζησομένους· τοὺς δὲ οὕτως ἀναλίσκειν, ὡς αὐτίκα τεθνηξομένους. πρὸς τὸν πυθόμενον, Διὰ τί τοῖς καλοῖς πολὺν χρόνον ὁμιλοῦμεν; Τυφλοῦ, ἔφη, τὸ ἐρώτημα. ἐρωτηθεὶς, τί ποτ' αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας; ἔφη, Τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν, ἃ τινες διὰ τὸν ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν. ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν προκόπτοιεν οἱ μαθηταί; ἔφη, Ἐὰν τοὺς προέχοντας διώκοντες, τοὺς ὑστεροῦντας μὴ ἀναμένωσι. πρὸς τὸν εἰπόντα ἀδολέσχην, ἐπειδὴ πολλὰ αὐτοῦ κατήντλησε, Μήτι σου κατεφλυάρησα; Μὰ Δί', εἶπεν· οὐ γάρ σοι προσεῖχον. πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, ὡς εἴη μὴ ἀγαθῷ ἔρανον δεδωκώς, (φέρεται

sit urbe oriundus, Non istud, inquit, spectandum est, sed quis magna & illustri patria sit dignus. Interrogatus, quid sit amicus? respondit, Animus unus duobus inhabitans corporibus. Homines, dicebat, alios ita parce vivere, quasi semper essent victuri; alios ita prodige, quasi statim essent morituri. Sciscitanti cuidam, cur grata esset cum pulchris vel longi temporis consuetudo? Caeci hominis, inquit, quaestio est. Interrogatus, quid ex philosophia esset consecutus? Ut sponte mea faciam, inquit, quae alii legum metu faciunt. Rogatus, qua ratione plurimum proficerent discipuli? respondit, Si praecedentes persequantur, nec, qui sunt a tergo, exspectent. Loquaci cuidam, qui multum verborum apud eum effuderat, quaerenti, numquid taedium tibi loquacitas mea attulit? Non hercle, inquit: non enim ad dicta tua animum advertebam. Cum eum reprehenderet quidam, quod turpi homini stipem erogasset, (nam ita quoque hoc narra-

φὴρ καὶ οὕτω) Οὐ τῷ ἀνθρώπῳ, φησὶν, ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ. ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν τοῖς φίλοις προσφεροίμεθα; ἔφη, Ὡς ἂν εὐξαίμεθα αὐτοὺς ἡμῖν προσφέρεσθαι. τὴν δικαιοσύνην ἔφη ἀρετὴν ψυχῆς, διανεμητικὴν τοῦ κατ' ἀξίαν. Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ τὴν παιδείαν ἔλεγε. φησὶ δὲ Φαβωρῖνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, ὡς ἑκάστοτε λέγοι, ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Ἠθικῶν ἐστί. καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

Συνέγραψε δὲ πάμπλειστα βιβλία· ἃ ἀκόλουθον ἡγησάμην ἀπογράψαι, διὰ τὴν περὶ πάντας λόγους ἀνδρὸς ἀρετήν. Περὶ δικαιοσύνης, α΄ β΄ γ΄ δ΄. Περὶ ποιητῶν, α΄ β΄ γ΄. Περὶ φιλοσοφίας, α΄ β΄ γ΄. Πολιτικοῦ, α΄ β΄. Περὶ ῥητορικῆς, ἢ Γρύλλος, α΄. Νήρινθος, α΄. Σοφιστὴς, α΄. Μενέξενος, α΄. Ἐρωτικὸς, α΄. Συμπόσιον, α΄. Περὶ πλούτου, α΄. Προτρεπτικὸς, α΄. Περὶ ψυχῆς, α΄.

tur) Non homini, inquit, dedi, ſed humanitati. Interrogatus, quomodo debeamus cum amicis agere: Ita, inquit, ut eos nobiſcum agere ipſi optaverimus. Iuſtitiam dicebat eſſe virtutem animi, quae ſuum cuique pro dignitate tribuit. Eruditionem dicebat eſſe pulcherrimum viaticum ſenectutis. Refert autem Phavorinus libro ſecundo memorabilium, ſolitum eum identidem dicere: cui ſunt amici, ei nullus amicus. Id etiam legitur in libro ſeptimo eius de moribus. Et haec quidem ad eum referuntur.

Scripſit vero libros quam plurimos, quos recenſere conſentaneum fore ratus ſum, propter viri praeſtantiam omni laude maiorem. De iuſtitia, IV. De poëtis, III. De philoſophia, III. Politici, II. De Rhetorica, ſive Gryllus, I. Nerinthus, I. Sophiſta, I. Menexenus, I. Amatorius, I. Convivium, I. De divitiis, I. Protrepticus [*liber exhortationum*], I. De anima, I. De votis

Περὶ εὐχῆς, α΄. Περὶ εὐγενείας, α΄. Περὶ ἡδονῆς, α΄. Ἀλέξανδρος, ἢ ὑπὲρ ἀποίκων, α΄. Περὶ βασιλείας, α΄. Περὶ παιδείας, α΄. Περὶ τἀγαθοῦ, α΄ β΄ γ΄. Τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, α΄ β΄ γ΄. Τὰ ἐκ τῆς πολιτείας, α΄ β΄. Οἰκονομικὸς, α΄. Περὶ φιλίας, α΄. Περὶ τοῦ πάσχειν ἢ πεπονθέναι, α΄. Περὶ ἐπιστημῶν, α΄. Περὶ ἐριστικῶν, α΄ β΄. Λύσεις ἐριστικαὶ, δ΄. Διαιρέσεις σοφιστικαὶ, δ΄. Περὶ ἐναντίων, α΄. Περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν, α΄. Περὶ ἰδίων, α΄. Ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικὰ, γ΄. Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, α΄ β΄ γ΄. Ἐνστάσεις, α΄. Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ἢ κατὰ πρόθεσιν, α΄. Περὶ παθῶν ὀργῆς, α΄. Ἠθικῶν, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄. Περὶ στοιχείων, α΄ β΄ γ΄. Ὑπὲρ ἐπιστήμης, α΄. Περὶ ἀρχῆς, α΄. Διαιρέσεις ἑπτακαίδεκα. Διαιρετικῶν, α΄. Ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως, α΄ β΄. Περὶ κινήσεως, α΄ β΄. Προτάσεις, α΄. Προτάσεις ἐριστικαὶ, δ΄. Συλλογισμοὶ, α΄.

vel precibus, I. De generis nobilitate, I. De voluptate, I. Alexander, sive de colonis, I. De regno, I. De institutione, I. De bono, III. Excerpta ex Platonis legibus, III. Excerpta ex eiusdem republica, II. Oeconomicus, I. De amicitia, I. De passione aut affectione, I. De scientiis, I. De eristicis, sive contentiosis, II. Solutiones eristicae, IV. Distinctiones sophisticae, IV. De contrariis, I. De formis & generibus, I. De propriis, I. Commentarii epichirematici, III. Propositiones de virtute, III. Enstases [*Instantiae*], I. De iis, quae variis modis dicuntur, aut secundum propositionem, I. De perturbationibus irae, I. De moribus, V. De elementis, III. De scientia, I. De principio, I. Distinctiones, XVII. Diaeretica, I. De interrogatione & responsione, II. De motu, II. Propositiones, I. Propositiones eristicae, IV. Syllogismi, I.

Προτέρων ἀναλυτικῶν, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄ στ΄ ζ΄ η΄. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων, α΄ β΄. Περὶ προβλημάτων, α΄. Μεθοδικὰ, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄ στ΄ ζ΄ η΄. Περὶ τοῦ βελτίονος, α΄. Περὶ τῆς ἰδέας, α΄. Ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄ στ΄ ζ΄. Συλλογισμῶν, α΄ β΄. Συλλογιστικὸν, καὶ ὅροι, α΄. Περὶ τοῦ αἱρετοῦ καὶ τοῦ συμβεβηκότος. Τὰ πρὸ τῶν τόπων, α΄. Τοπικὸν πρὸς τοὺς ὅρους, α΄ β΄. Πάθη, α΄. Διαιρετικὸν, α΄. Μαθηματικὸν, α΄. Ὁρισμοὶ τρισκαίδεκα. Ἐπιχειρημάτων, α΄ β΄. Περὶ ἡδονῆς, α΄. Προτάσεις, α΄. Περὶ ἑκουσίου, α΄. Περὶ καλοῦ, α΄. Θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ, πέντε καὶ εἴκοσι. [Θέσεις ἐρωτικαὶ τέτταρες. Θέσεις φιλικαὶ, β΄. Θέσεις περὶ ψυχῆς, α΄.] Πολιτικὰ, β΄. Πολιτικῆς ἀκροάσεως, ὡς ἡ Θεοφράστου, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄ στ΄ ζ΄ η΄. Περὶ δικαίων, α΄ β΄. Τεχνῶν συναγωγὴ, α΄ β΄. Τέχνης ῥητορικῆς, α΄ β΄. Τέχνη, α΄. Ἄλλη τέχνη, α΄ β΄. Μεθοδικὸν, α΄. Τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς, α΄. Πραγματεία τέχνης ποιητικῆς, α΄ β΄. Ἐνθυμήματα

Analyticorum priorum, VIII. Analyticorum posteriorum magnorum, II. De problematibus, I. Methodica, VIII. De meliori, I. De idea, I. Definitiones ante Topica, VII. Syllogismorum, II. Syllogisticum & definitiones, I. De optabili & accidenti. Ante Topica, I. Topicum ad definitiones, II. Affectiones, I. Diaereticum, I. Mathematicum, I. Definitiones, XIII. Epichiremata, II. De voluptate, I. Propositiones, I. De spontaneo, I. De pulchro, I. Theses epichirematicae, XXV. [Theses amatoriae quatuor. Theses familiaribus propositae, II. Theses de anima, I.] Politica, II. Politica acroasis, qualis est Theophrasti, VIII. De iustis, II. Artium compendium, II. Artis Rhetoricae, II. Ars, I. Alia Ars, II. Methodicum, I. Artis Theodectae introductio, I. De ar-

ῥητορικά. Περὶ μεγέθους, α΄. Ἐνθυμημάτων αἱρέσεις, α΄. Περὶ λέξεως, α΄ β΄. Περὶ συμβουλίας, α΄. Συναγωγῆς, α΄ β΄ [γ΄.] Περὶ Φύσεως, α΄ β΄ γ΄. Φυσικὸν, α΄. Περὶ τῆς Ἀρχύτου Φιλοσοφίας, α΄ β΄ γ΄. Περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, α΄. Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων, α΄. Πρὸς τὰ Μελίσσου, α΄. Πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, α΄. Πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, α΄. Πρὸς τὰ Γοργίου, α΄. Πρὸς τὰ Ξενοφάνους, α΄. Πρὸς τὰ Ζήνωνος, α΄. Περὶ τῶν Πυθαγορείων, α΄. Περὶ ζώων, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄ στ΄ ζ΄ η΄ θ΄. Ἀνατομῶν, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄ στ΄ ζ΄ η΄. Ἐκλογὴ ἀνατομῶν, α΄. Ὑπὲρ τῶν συνβέτων ζώων, α΄. Ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων, α΄. Ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾶν, α΄. Περὶ Φυτῶν, α΄ β΄. Φυσιογνωμονικὸν, α΄. Ἰατρικὰ, β΄. Περὶ μονάδος, α΄. Σημεῖα χειμώνων, α΄. Ἀστρονομικὸν, α΄. Ὀπτικὸν, α΄. [Περὶ κινήσεως, α΄.] Περὶ μουσικῆς, α΄. Μνημονικὸν, α΄. Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, α΄ β΄ γ΄ δ΄ ε΄ στ΄. Ποιη-

te poëtica tractatio, II. Enthymemata rhetorica. De magnitudine, I. De enthymematum delectu, I. De dictione, II. De consultatione, I. Collectanea, I. II. [III]. De natura, III. Physicum, I. De Archytae philosophia, III. De Speusippi & Xenocratis philosophia, I. Excerpta ex Timaei & Archytae libris, I. Adversus Melissum, I. Adversus Alcmaeonem, I. Adversus Pythagoreos, I. Adversus Gorgiam, I. Adversus Xenophanem, I. Adversus Zenonem, I. De Pythagoreis, I. De animalibus, IX. Anatomica, VIII. Ecloga anatomicorum, I. De animalibus compositis, I. De animalibus fabulosis, I. De generationis impedimentis, I. De plantis, II. Physiognomonicum, I. Medicinalia, II. De unitate, I. Signa tempestatum, I. Astronomicum, I. Opticum, I. [De motu, I.] De musica, I. Mnemonicum, I. Dubitationes Homericae, VI. Poë-

τικὰ, α΄. Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον, ὀκτὼ πρὸς τοῖς τριάκοντα. Ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων, α΄ β΄. Ἐγκυκλίων, α΄ β΄. Μηχανικὸν, α΄. Προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου, α΄ β΄. Περὶ τῆς λίθου, α΄. Παραβολαὶ, α΄. Ἄτακτα, δεκαδύο. Ἐξηγημένα κατὰ γένος, τέτταρα καὶ δέκα. Δικαιώματα, α΄. Ὀλυμπιονῖκαι, α΄. Πυθιονῖκαι μουσικῆς, α΄. Πυθικὸς, α΄. Πυθιονικῶν ἔλεγχος, α΄. Νῖκαι Διονυσιακαὶ, α΄. Περὶ τραγῳδιῶν, α΄. Διδασκαλίαι, α΄. Παροιμίαι, α΄. Νόμος συστατικὸς, α΄. Νόμων, α΄ β΄ γ΄ δ΄. Κατηγοριῶν, α΄. Περὶ ἑρμηνείας, α΄. Πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ ἰδίαι δημοκρατικαὶ, ὀλιγαρχικαὶ, ἀριστοκρατικαὶ, καὶ τυραννικαί. Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Σηλυμβρίων ἐπιστολαί. Πρὸς Ἀλέξανδρον τέτταρες ἐπιστολαί. Πρὸς Ἀντίπατρον, ἐννέα. Πρὸς Μέντορα, α΄. Πρὸς Ἀρίστωνα, α΄. Πρὸς Ὀλυμπιάδα, α΄. Πρὸς Ἡφαιστίωνα, α΄. Πρὸς Θεμισταγό-

tica, I. Physica, secundum literarum ordinem XXXVIII. Problemata proposita, II. Encyclia, II. Mechanicum, I. Problemata ex Democriti libris, II. De lapide, I. Parabolae, I. Miscellanea, XII. Generatim exposita, XIV. Iura civitatum, I. Olympionicae, I. Pythionicae musici certaminis, I. Pythicus, I. Pythionicarum recensus, I. Victoriae Dionysiacae, I. De tragoediis, I. Didascaliae, I. Proverbia, I. Lex convivalis, I. De legibus, IV. Categoriae, I. De interpretatione, I. Mores atque instituta civitatum, CLVIII, & singulatim democraticarum, oligarchicarum, aristocraticarum & tyrannicarum. Epistolae ad Philippum. Selymbriorum epistolae. Ad Alexandrum epistolae quatuor. Ad Antipatrum, novem. Ad Mentorem, I. Ad Aristonem, I. Ad Olympiadem, I. Ad Hephaestionem, I. Ad Themistagoran una. Ad Philoxe-

ραν μία. Πρὸς Φιλόξενον, α'. Πρὸς Δημόκριτον, α'. Ἔπη, ὧν ἀρχὴ, Ἁγνὲ θεῶν πρέσβυσθ' ἑκατηβόλε. Ἐλεγεῖα, ὧν ἀρχὴ, Καλλιτέκνου μητρὸς θύγατερ. Γίνονται αἱ πᾶσαι, μυριάδες στίχων τέτταρες καὶ τετταράκοντα πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις καὶ διακοσίοις ἑβδομήκοντα. καὶ τοσαῦτα μὲν αὐτοῦ πεπραγμάτευται βιβλία.

Βούλεται δὲ ἐν αὐτοῖς τάδε· διττὸν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον, τὸν μὲν, πρακτικὸν, τὸν δὲ, θεωρητικόν· καὶ τοῦ πρακτικοῦ, τόν τε ἠθικὸν, καὶ πολιτικόν· οὗ τά τε περὶ πόλιν, καὶ τὰ περὶ οἶκον ὑπογεγράφθαι. τοῦ δὲ θεωρητικοῦ, τόν τε φυσικὸν, καὶ λογικόν· οὗ τὸ λογικὸν, οὐχ ὁλομερῶς, ἀλλ' ὡς ὄργανον προσηκριβωμένον. καὶ τούτου διττοὺς ὑποθέμενος σκοποὺς, τό τε πιθανὸν, καὶ τὸ ἀληθὲς, διεσάφησε. δύο δὲ πρὸς ἑκάτερον δυνάμεσιν ἐχρήσατο, διαλεκτικῇ μὲν καὶ ῥητορικῇ, πρὸς τὸ πιθανόν· ἀναλυτικῇ δὲ καὶ φι-

num, I. Adverſus Democritum, I. Carmina, quorum initium, *Sancte Deorum, venerande, longe iaculans.* Elegia, quae incipiunt, *Pulchrae ſobolis matris filia.* Omnes Ariſtotelis libri efficiunt myriades verſuum quadraginta quatuor ſupra MMMMMCCLXX. Et tot quidem ab eo libri ſcripti ſunt.

Docet autem in illis haec. Duplicem eſſe philoſophiae ſcientiam, unam practicam, alteram theoreticam: ad practicam pertinere ethicam & politicam, qua quidem bene inſtituendae cum civitatis tum domus rationes contineantur; ad theoreticam vero phyſicam & logicam, e quibus logica non ſummatim, ſed velut omnium diſciplinarum inſtrumentum diligentiſſime expoſita eſt. Cuius etiam duplicem propoſitum finem, veriſimile & verum, explicavit. Duabus autem diſciplinis ad utrumque uſus eſt, dialectica & rhetorica ad veroſimile, analy-

НБ ОНУ імені Мечникова

λοσοφίαν, πρὸς τὸ ἀληθές· οὐδὲν ὑπολειπόμενος, οὔτε τῶν πρὸς εὕρεσιν, οὔτε τῶν πρὸς κρίσιν, οὔτε μὴν τῶν πρὸς χρῆσιν. πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν, τά τε Τοπικὰ καὶ Μεθοδικὰ παρέδωκε, προτάσεων πλῆθος· ἐξ ὧν τὰ προβλήματα πιθανῶν ἐπιχειρημάτων οἷόν τε εὐπορεῖν· πρὸς δὲ τὴν κρίσιν, τὰ Ἀναλυτικὰ πρότερα καὶ ὕστερα. διὰ μὲν οὖν τῶν προτέρων, τὰ λήμματα κρίνεται· διὰ δὲ τῶν ὑστέρων, ἡ συναγωγὴ ἐξετάζεται· πρὸς δὲ τὴν χρῆσιν, τά τε ἀγωνιστικὰ, καὶ τὰ περὶ ἐρωτήσεως, ἐριστικά τε, καὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων τε καὶ συλλογισμῶν, καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις. κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας, τῶν μὲν κατὰ Φαντασίαν ἐνεργημάτων, τὴν αἴσθησιν ἀπεφήνατο· τῶν δὲ ἠθικῶν, τῶν περὶ πόλιν καὶ περὶ οἶκον καὶ περὶ νόμους, τὸν νοῦν. τέλος δὲ ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ· ἔφη δὲ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν συμ-

tica autem & philoſophia ad verum, nec quidquam omiſit, quod aut ad inventionem, aut ad iudicium, aut ad uſum faceret. Ad inventionem nempe Topica & Methodica tradidit, propoſitionum copiam; ex quibus ad problemata defendenda oppugnandave, argumenta probabilia depromere licet. Ad iudicium vero ſpectant Analytica priora & poſteriora. In prioribus propoſitiones aſſumtae diiudicantur; in poſterioribus in eorum compoſitionem inquiritur. Ad uſum pertinent libri, de ratione diſputandi, de interrogatione, eriſtici, nec non qui de ſophiſticis elenchis ac ſyllogiſmis & id genus argumentis ſunt conſcripti. Normam autem veritatis, in iis, quae phantaſiae ope apprehendimus, *ſenſum* declaravit; in iis vero, quae ad mores, ad rem publicam & domeſticam, & ad leges ſpectant, *mentem*. Finem bonorum unum conſtituit, virtutis uſum in vita perfecta. Vitam autem beatam cenſuit triplici bonorum genere effici: ani-

πλήρωμα ἐκ τριῶν ἀγαθῶν εἶναι· τῶν περὶ ψυχὴν, ἃ δὴ καὶ πρῶτα τῇ δυνάμει καλεῖ· ἐκ δευτέρων δὲ, τῶν περὶ σῶμα, ὑγιείας, καὶ ἰσχύος, καὶ κάλλους, καὶ τῶν παραπλησίων· τῶν δὲ ἐκτὸς, πλούτου, καὶ εὐγενείας, καὶ δόξης, καὶ τῶν ὁμοίων. τήν τε ἀρετὴν μὴ εἶναι αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν. προσδεῖσθαι γὰρ τῶν τε περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, ὡς κακοδαιμονήσοντος τοῦ σοφοῦ, κἂν ἐν πόνοις ᾖ, κἂν ἐν πενίᾳ καὶ τοῖς ὁμοίοις. τὴν μέν τοι κακίαν, αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν, κἂν ὅτι μάλιστα παρῇ αὐτῇ τὰ ἐκτὸς ἀγαθὰ, καὶ τὰ περὶ σῶμα. τὰς τε ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀνταικολουθεῖν. ἐνδέχεσθαι γὰρ φρόνιμόν τινα, καὶ ὁμοίως δίκαιον ὄντα, ἀκόλαστον καὶ ἀκρατῆ εἶναι. ἔφη δὲ τὸν σοφὸν, μὴ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δέ. τήν τε φιλίαν ὡρίζετο ἰσότητα εὐνοίας ἀντιστρόφου. ταύτης δὲ τὴν μὲν, εἶναι συγγενικήν· τὴν δὲ, ἐρωτικήν· τὴν δὲ, ξενικήν. εἶναι δὲ

mi videlicet bonis, quae etiam, quod ceteris praeſtent, prima vocavit; deinde corporis, ut ſanitate, robore, pulchritudine, & ſimilibus; externis denique, ut opibus, generis nobilitate, gloria, & aliis. Virtutem autem non ſufficere exiſtimavit ad felicitatem. Deſiderari enim inſuper bona & corporis & externa, quandoquidem miſer futurus ſit ſapiens aerumnis vel paupertate vel aliis id genus oppreſſus. Vitium vero ſolum ſufficere, ut aliquis infelix ſit, etiamſi huic vel maxime externa corporiſque bona ſuppetant. Virtutes autem dixit ſeſe mutuo non ſequi. Fieri enim poſſe, ut ſapiens aliquis & iuſtus, idem tamen ſit intemperans atque incontinens. Sapientem non omnino quidem affectuum animi perturbationibus liberum, mediocriter tamen iis obnoxium eſſe. Amicitiam definiit mutuae benevolentiae aequalitatem. Eſſe autem eam aliam inter cognatos, aliam inter amantes, aliam in-

καὶ τὸν ἔρωτα μὴ μόνον συνουσίας, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας· καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν, καὶ πολιτεύσεσθαι· γαμήσειν τε μὴν καὶ βασιλεῖ συμβιώσειν. βίων τε τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, πρακτικοῦ, ἡδονικοῦ, τὸν θεωρητικὸν προέκρινεν. εὔχρηστα δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν. ἔν τε τοῖς φυσικοῖς αἰτιολογικώτατος πάντων ἐγένετο· ὥστε καὶ περὶ τῶν ἐλαχίστων τὰς αἰτίας ἀποδιδόναι. διόπερ καὶ οὐκ ὀλίγα βιβλία συνέγραψε φυσικῶν ἀπομνημονευμάτων. τὸν δὲ θεὸν ἀσώματον ἀπέφαινε, καθὰ καὶ ὁ Πλάτων. διατείνειν δὲ αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν οὐρανίων· καὶ εἶναι ἀκίνητον αὐτόν. τὰ δὲ ἐπίγεια κατὰ τὴν πρὸς ταῦτα συμπάθειαν οἰκονομεῖσθαι. εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστᾶναι. ἀλλοίαν δ' αὐτοῦ

ter hoſpites. Amorem porro non ſolum a conſuetudine, ſed a philoſophia quoque proficiſci: fieri enim poſſe, ut ſapiens amet, ad rempublicam accedat, quin etiam uxorem ducat, unaque cum rege vivat. Ex triplici autem vitae genere, quippe quae aut in contemplando, aut in agendo, aut fruendo voluptatibus occupatur, principem locum ei tribuit, quae in contemplando verſatur. Magno uſui etiam eſſe cenſuit diſciplinas encyclias ad virtutem parandam. In phyſicis autem fuit ſollertiſſimus cauſarum indagator, adeo quidem, ut etiam minimarum rerum cauſas redderet. Quare etiam haud paucos libros conſcripſit memorabilium phyſicorum. Deum incorporeum pronuntiavit, ſicut & Plato; eiuſque providentiam uſque ad coeleſtia extendi, & carere eum omni motu; terreſtria autem adminiſtrari conſenſu eorum cum coeleſtibus. Eſſe autem praeter quatuor elementa & aliud quintum, ex quo corpora coeleſtia compoſita ſint. Diverſum vero

τὴν κίνησιν εἶναι· κυκλοφορητικὸν γάρ. καὶ τὴν ψυχὴν ἀσώματον, ἐντελέχειαν οὖσαν τὴν πρώτην σώματος γὰρ φυσικοῦ, καὶ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. διττὴ δ' αὕτη ἐστὶ κατ' αὐτόν. λέγει δ' ἐντελέχειαν, ἧς ἐστιν εἶδός τι ἀσώματον· ἡ μὲν κατὰ δύναμιν, ὡς ἐν τῷ κηρῷ ὁ Ἑρμῆς ἐπιτηδειότητα ἔχοντι ἐπιδέξασθαι τοὺς χαρακτῆρας· καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ ἀνδριάς. καθ' ἕξιν δὲ λέγεται ἐντελέχεια, ἡ τοῦ συντετελεσμένου Ἑρμοῦ ἢ ἀνδριάντος· σώματος δὲ φυσικοῦ· ἐπεὶ τῶν σωμάτων τὰ μέν ἐστι χειρόκμητα, ὡς τὰ ὑπὸ τεχνιτῶν γινόμενα, οἷον πύργος, πλοῖον· τὰ δὲ, ὑπὸ φύσεως, ὡς φυτὰ, καὶ τὰ τῶν ζώων. ὀργανικοῦ δὲ εἶπε, τουτέστι πρός τι κατεσκευασμένου, ὡς ἡ ὅρασις πρὸς τὸ ὁρᾶν, καὶ ἡ ἀκοὴ πρὸς τὸ ἀκούειν. δυνάμει δὲ ζωὴν ἔχοντος, οἷον ἐν ἑαυτῷ. τὸ δυνάμει δὲ διττὸν, ἢ καθ' ἕξιν ἢ κατ' ἐνέργειαν. κατ' ἐνέργειαν μὲν, ὡς ὁ ἐγρηγο-

eius motum esse, quippe orbicularem. Animam quoque dixit incorpoream, utpote entelechiam primam corporis naturalis & organici, potentia vitam habentis. Duplex autem secundum illum entelechia est. Dicit enim *entelechiam*, cuius est species quaedam corporis expers, unam *quoad potentiam*, velut Mercurius in cera, quae natura apta est ad varias formas excipiendas, & statua in aere; altera dicitur entelechia, *quoad habitum*, nempe perfecti Mercurii aut statuae; ait autem *corporis naturalis*, quia corporum alia sunt manu facta, ut artificum opera, e. g. turris, navigium; alia a natura edita, ut plantae & animantium genera. *Corporis organici* autem ait, hoc est ad aliquid comparati, sicut visus ad videndum, auditus ad audiendum. *Potentia autem vitam habentis*, i. e. quasi in se ipso. *Potentia* autem duplici sensu, aut secundum habitum, aut secundum actum. *Secundum actum* nempe, ut vi-

ρὼς λέγεται ψυχὴν ἔχειν· καθ' ἕξιν δ', ὡς ὁ καθεύδων. ἵν' οὖν καὶ οὗτος ὑποπίπτῃ, τὸ δυνάμει προσέθηκε. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα περὶ πολλῶν ἀπεφήνατο, ἅπερ μακρὸν ἂν εἴη καταριθμεῖσθαι. τοῖς γὰρ ὅλοις Φιλοπονώτατος ἐγένετο καὶ εὑρετικώτατος· ὡς δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων, ἃ τὸν ἀριθμὸν ἐγγὺς ἥκει τετρακοσίων, τὰ ὅσα γε ἀναντίλεκτα. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται συγγράμματα αὐτοῦ, καὶ ἀποφθέγματα, ἀγράφου φωνῆς εὐστοχήματα. Γεγόνασι δὲ Ἀριστοτέλεις ὀκτώ· πρῶτος, αὐτὸς οὗτος· δεύτερος, ὁ πολιτευσάμενος Ἀθηνήσιν, οὗ καὶ δικανικοὶ φέρονται λόγοι χαρίεντες· τρίτος, περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος· τέταρτος, Σικελιώτης ῥήτωρ, πρὸς τὸν Ἰσοκράτους πανηγυρικὸν ἀντιγεγραφώς· πέμπτος, ὁ ἐπικληθεὶς Μῦθος, Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ γνώριμος· ἕκτος, Κυρηναῖος, γε-

gilans dicitur animam habere, *ſecundum habitum* autem, ut dormiens. Igitur ut hic quoque ſub definitionem caderet, vocem *potentia* adiecit. Multa quoque alia de multis pronuntiavit, quae recenſere longum foret. Omnino enim fuit laboris amantiſſimus & ad inveniendum ſagaciſſimus, ut patet ex libris ſupra laudatis, qui fere quadringenti numero ſunt, de quibus quidem non dubitatur. Nam multi quoque alii libri ad eum referuntur, ut & apophthegmata ſcite & acute dicta, nec tamen chartae mandata. Fuere autem octo, qui Ariſtotelis nomen gererent: primus, hic noſter; ſecundus, qui Athenis rempublicam geſſit, cuius etiam feruntur orationes iudiciales haud invenuſtae; tertius, qui ſuper Iliade eſt commentatus; quartus, rhetor Siculus, qui adverſus Iſocratis panegyricum ſcripſit; quintus, cognomine Mythus appellatus, Aeſchinis Socratici familiaris; ſextus, Cyrenaicus, qui de poëtica

γραφὼς περὶ ποιητικῆς· ἕβδομος, παιδοτρίβης, οὗ μέμνηται Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ· ὄγδοος, γραμματικὸς ἄσημος, οὗ φέρεται τέχνη περὶ πλεονασμοῦ. τοῦ δὲ Σταγειρίτου γεγόνασι μὲν πολλοὶ γνώριμοι, διαφέρων δὲ μάλιστα Θεόφραστος.

scripsit; septimus, ludimagister, cuius meminit Aristoxenus in vita Platonis; octavus, grammaticus ignobilis, cuius fertur liber de pleonasmo. Stagiritae fuere cum alii multi familiares, tum in primis excellens Theophrastus.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

NOTAE
IN DIOGENIS LAERTII VITAM ARISTOTELIS.

Pag. 3. *l.* 4. Φαιστίδος) Ita nomen ſcribitur a Dionyſio Halicarnaſſeo in epiſtola ad Ammaeum, nec non in Vita Ariſtotelis ſub Ammonii nomine circumferri ſolita. Lectionem veram eſſe docet epigramma in eadem Vita obvium:

Φαιστίδος ἦν μητρὸς καὶ Νικομάχου γενετῆρος,
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν, δῖος Ἀριστοτέλης.

niſi forte dixeris, nomen metri cauſa decurtatum eſſe, quod tamen, iudicio etiam Sylburgii, minus veriſimile videtur. Φαιστιάδος habent Diogenis Laërtii Cod. Pariſ. ed. Froben. Stephan. uti & Suidas cum Anonymo in Vita Ariſtotelis a Menagio primum edita & a nobis infra ſubiuncta. Φεστίδος, uti impreſſum eſt in obſervatt. Menagii p. 186, quantum equidem ſcio, nemo agnoſcit.

Pag. 4. *l.* 1. Ἑρπυλλίδος) Per duplex λ'; ſic utique legendum. Athen. Dipnoſ. XIII, p. 589 C. Caſaub. Ἀριστοτέλης ὁ Σταγειρίτης [οὐκ] ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον. Conf. Suidas v. Ἀριστοτέλης, & Ammonius. De vulgata lectione Ἑρπυλίδος, quam etiam alibi in hac vita correxi, & de alia Ἑρπυλίδη apud Proclum ad Heſiodi Ἔργ. II, 403, vide Menagium.

ead. l. 12. Συμπαρὼν) Συμπεριπατῶν eleganter coniecit Iſ. Caſaub.

ead. l. 13. Ἤδη καὶ ἐχάθισεν) Interpunctionem mutavi praeeunte iam Sylburgio. Vulgo ἤδη, καὶ ἐχάθισεν.

ead. l. 15. Ἰσοκράτη) Vulgo Ξενοκράτη. Vide, quae infra in Vita Ariſtotelis de hoc verſu diſputata ſunt.

Pag. 5. *l.* 1. Ἑρμείαν) Retinui vulgatam lectionem; nomen enim ſemper cum diphthongo *ει* ſcriptum reperitur. V. Ariſtot. Oeconom. II, p. 692 B. Opp. T. III, ed. du Vall. Strabo XIII, p. 908 Almelov. Diodor. XVI, p. 122 ed. Weſſeling. Athen. XV, pag. 696 E. Ariſtocles apud Euſebium de Praep. Evang. XV, 2, ubi etiam laudantur Apelliconis Teii liber περὶ Ἑρμείου καὶ τῆς Ἀριστοτέλους πρὸς αὐτὸν φιλίας, & Theocriti Chii epigramma, quod Diogenes quoque attulit, cuius initium: Ἑρμείου εὐνοῦχον. Verſu iambico Hipponacteo,

Εὐνοῦχος ἦν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας

Suidas & Harpocration induci ſe paſſi ſunt, ut Atarnenſium tyranni nomen per *i* ſcribendum eſſe contenderent: verum etiam in hoc verſu Ἑρμίας reponendum eſt; alias enim ille non evadit Choliambicus, ſeu vere Hipponacteus; nec aliter legitur in excerptis ex Chreſtomathia Helladii apud Photium Cod. CCLXXIX, pag. 1596. Ceterum fruſtra Menagius deſudavit in eo, ut verſum ad alium Hermiam ſpectare, nec ad noſtrum, qui longe poſt Hipponactem (ſl. Ol. LX. Plin. H. N. XXXVII, 5) vixerit, ex temporum ratione oſtenderet. Rectius cepit Suidae locum *Ignatius Roſſius* V. Cl. in *Commentatt. Laërtianis* (Romae 1789) p. 87. Is enim verba Suidae, ἐν δὲ (non

le γὰρ, ut Kusterus ex ingenio emendavit) τοῖς τοῦ Ἱππώναχτος στίχοις ἰαμβικοῖς ἐμμέτροις στίχος, ita vertit: *inter iambicos Hipponacteos*, i. e. metro ab Hipponacte usurpato scriptos, *fertur hic*; adeo ut versus auctorem poetam aliquem seriorem habere, & ad Hermiam Atarnensem utique referri possit.

eod. l. 4. Ἀδελφοῖσι) Ἀδελφὸν emendare voluit Nunnesius ad h. l. ex Aristocle Messenio apud Euseb. de Praep. Evang. XV, 1: δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ πιστοῦσθαι, ὅτι ἃ φέγουσί τινες αὐτόν· ἓν μὲν, ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμασα, φύσει μὲν ἀδελφὴν θέτην δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, χολικῶσαν αὐτόν. Locum iam adduxit Menagius.

eod. l. 12. Ἐλευσινάδι) Aliae edd. nec non Cod. Paris. Ἐλευσινίᾳ & Ἐλευσινίδι, vitiose.

Pag. 6. *l.* 9. Ἐπιβουλῆς) Is. ed. ἐπιβολῆς, notante Sylburgio. Male.

eod. l. 10. Καὶ ἀχίμιστος) Desiderius Heraldus ad oram libri annotaverat, καὶ ἀχόμιστος; sed nihil mutandum est. Ἀχόμιστος est *neglectus, squalidus, cuius cura nulla habetur.*

Pag. 7. *l.* 8. Ἀλλ' ἀνδρὸς — δολίου) Sic satis recte apud Menag. Aliae edd. minus bene ἀνδρῶν & δολίων. Interpres autem Lat. quicunque is fuerit, qui versus interpretatus est apud Diogenem, legisse videtur ἀνδρὸς & δολίας, quod equidem vulgatae lectioni adhuc praeferrem, nisi tribuerem aliquid H. Stephani suspicioni, ab eo scriptum fuisse *infidiosi*, quod postea in *infidiosæ* depravatum occasionem praebuerit mutandi itidem δολίου in δολίας. Improbandum autem, quod, teste eodem Stephano, in ed. quadam reperitur, ἀνδρῶν & δολίου.

eod. l. 9. Εὐμηλος) Ed. Steph. Εὔμολπος. Male. Εὔμηλος, ut emendavit Casaubonus, agnoscunt etiam Cod. Paris. & ed. Basil.

eod. l. 13. Πλάτωνι δὲ ὑποτακτέον συνέσται) Ex emendatione Casauboni, quam in textum iam recepit Menagius. Male ceterae edd. ἐπὶ καὶ ὑπὸ ταῦτα, nisi dicas subaudiendum esse γεγονὼς, quod tamen paulo curius. Cf. quae in Vita Aristotelis per annos digesta ad Ol. CIII, 1, monemus.

eod. l. 14. Ὁ δὲ ὕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον) Servarunt praeter Laërtium hoc carmen Athenaeus Dipnos. XV, 16, p. 696, & Stobaeus in Florileg. p. 2 ed. Gesner. Diogenes illud vocat ὕμνον & παιᾶνα; sed Athenaeus neque ὕμνον, neque παιᾶνα, dici oportere affirmat, quod paeanica acclamatione careat; esse itaque tantum τι τῶν σκολιῶν μέλος. Recte. Non enim assentior Iul. Caes. Scaligero in Poetic. I, 44, duo paeanum genera statuenti, alterum, quo in victoriis gratulabantur poetae cum acclamatione, alterum, quo laudes celebrabant sine acclamatione, cuiusmodi sint Ariphronis paean in bonae valetudinis honorem, & hic Aristotelis in Hermiam. Nam utrumque hoc carmen ad genus paeanicum revocari omnino nequit, a quo tota eorum ratio omnisque dictionis color abhorrent. Occurrit Scolion nostrum non solum in editionibus Laërtii, Athenaei & Stobaei, sed etiam in edd. Lyricorum Stephan. & Commelin., apud Scaligerum l. l., in commentario *Hurdii* ad Horatii epistolam ad Pisones, ab *Eschenburgio*, Viro elegantissimo in vernaculam linguam translato, ubi Anonymus illud paulo aliter constituit & emendavit, in *Maittarii* carminibus Miscellaneis p. 34, & in *Brunckii* Analectt. T. I, p. 177. Germanicam eius versionem dedit nuper *Cludius*, vir doctus Hildesiensis, in libro in-

ſcripto, *Bibliothek der alten Literatur und Kunſt* P. III, p. 32, cum notis ſat prolixis. Exſtant praeter hanc aliae verſiones Germanicae variis libris menſtruis inſertae. Singulari etiam libello programmatis loco edito illuſtravit illud *Koeppen* V. Cl. Gymnaſii, quod Hildeſiae floret, Director.

ead. l. 15. Ἀρετὰ πολύμοχθε Γένει βροτείῳ) Vulgo hi duo verſus iunguntur, ita ut unum efficiant: recte eos diſtinxit *Brunckius*, quem praeſtantiſſimum virum omnino in conſtitutione carminis quoad metrum ſecutus ſum. In verſu ſtatim ſubſequenti pro vulgato *βίῳ* in textum recepi praeclaram Sylburgii emendationem *βίᾳ*, Dorice ſcilicet pro *βίου*.

Pag. 8. *l.* 3. Ζαλωτὲς Ἑλλάδι) Sic bene iam Athenaeus. Vulgo ἐν Ἑλλάδι, quam lectionem praeter edd. Lyricor. Stephan. Scaligerum, & Brunckium omnes habent. In voce ζαλωτὸς Doricam dialectum ſervare malui cum Anonymo apud Hurdium.

ead. l. 4. Καὶ πόνους — ἀθάνατον) Ita recte verſus conſtituit Brunckius, aſſentiente etiam Scaligero. Athenaeus:

Καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς [καὶ] ἀχάμαντας τοῖον
Ἐπὶ φρένα ——

Male inſeruit Caſaubonus τὸ καὶ, quo verſus languidus fit. Menagius ita:

Καὶ πόνους τλῆναι μαλερὸς ἀχάμαντας
Τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις καρπὸν εἰς ἀθάνατον.

Alteri verſui cum ſanus ſenſus non ineſſet, Anonymus apud Hurdium nimis audacter emendavit:

Τοῖον ἐπὶ φρίν' ἔρωτα βάλλεις,
Καρπὸν φέρεις τ' ἀθάνατον.

ead. l. 8. Κρίσσω) Athenaeus, edd. Lyricorum, Brunckius & Anonymus apud Hurdium. Stobaeus & aliae edd. κρεισσονα, minus bene. Menagius & ed. Laërtii Baſil. 1533 habent κρεῖσσον in vocativo, ita ut referatur ad ἀρετά.

ibid. Γονέων) Nimis argute huic voci mendum ſubeſſe, ſaltem tropice eam accipiendam eſſe pro ſubſidiis, quae a parentibus quotidie nobis praeſto ſunt, ſuſpicabatur Sylburgius.

ead. l. 9. Μαλαχαυχητοῖο) Secutus ſum lectionem Brunckianam. Vulgo μαλαχαυγητοῖο· ſed vox μαλαχαυγητὸς, quantum equidem ſcio, nullibi alias occurrit. In Athenaei ed. Aldina & in edd. Lyricorum legitur μαλαχαυγῆ. τοῖο. Scaliger habet μαλαχαυγῆ. τοῦ. In edd. Lyricorum Steph. 1560 & 1566 verba μαλαχαυγῆ. τοῖο δ' ὕπνου aſteriſco notata & in verſione Latina plane omiſſa ſunt. Edd. 1600, 1612, 1626, in verſione Latina habent tantum & *ſomno*, epitheto prorſus neglecto. Quare iam Maittarius carm miſc p. 163 coniecit μαλαχωτάτοιο· felicius tamen lectionem reſtituit Brunckius.

ead. l. 10. Σεῦ δ' ἵνεχ' οὐκ Διὸς) Anon apud Hurd. & Brunck. In edd. Laërtii & apud Menagium vulgo legebatur σοῦ δ' ἕνεκ' ἐκ Διός. Athenaeus: σεῦθ' ἕνεκεν ὁ Διὸς Ἡρακλῆς.

ead. l. 12. Ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν) Sic recte iam Athenaeus: ἀγρεύοντες melius convenit cum voce θήραμα, qua antea Ariſtoteles uſus eſt. Male vulgo: ἔργοις ἀναγορεύοντες δύναμιν. Anonymus apud Hurd. ἀγορεύοντες omiſſo σὰν, quo, ſi praecedentia ſpectes, ſenſus aegre caret.

eod. l. 13. Σοῖς δὲ πίθοις) Ex Athenaeo & Stobaeo reſtituit Brunckius. Vulgo σοὶς τε. In verſu proximo apud Stobaeum in ed. Grotii ex huius emendatione pro δίμοιο legitur πύλας. Cur Grotius ita mutaverit, nullam cauſam video. Homerus voce utraque utitur. Odyſſ. Ω, 203, ἀίδαο δίμοιο. Il. E, 646, ἀίδαο πύλας.

eod. l. 16. Καὶ Ἀταρνέως ἔντροφον) Sic Athenaeus, quem ſequitur Brunckius. Aliae edd. & Menagius habent Ἀταρνέως ἔντροφον. Anonymus ap. Hurdium Ἀ. ἔντροφος omiſſo καὶ, quae tamen copula hic abeſſe nequit. In Cod. Pariſ. Menagius invenit ἔντροπος.

Pag. 9. *l.* 1. Ἀελίου) Dorice. Sic vulgo melius. Brunckius ἡελίου.

ibid. Χήρευεν αὐγὰς) Senſus eſt: *Solis viduavit lumen* (*Hermias*), *deſtituit ſui conſpectu*, i. e *mortem oppetiit*. Male operarum vitio apud Menagium legitur αὐγᾶς. Coniecit Maittarius in notis p. 164, χήρευεν αὐγας. Χηρεύω eſt *orbor*, *privor*, *careo*, & iungitur genitivo. Homer. Odyſſ. I, 124. Verum altera lectio magis arridet: *ſolis viduare lumen*, eſt exquiſitius dictum & magis poëticum, quam *ſolis privari lumine*.

eod. l. 2. Τείνας) Ex emendatione Caſauboni. Vulgo τοὶ γάρ. Cod. Pariſ. ποῖ γάρ.

eod. l. 3. Αὔξουσι) Ita dedi praeeunte Brunckio. Vulgo αὐξήσουσι. In eodem verſu aliae edd. habent ἀθάνατοι pro ἀθάνατον.

eod. l. 4. Θύγατρες) Apud Athenaeum, Συγατίρες. Male.

eod. l. 6. Γήρας βεβαίου) Athenaeus: φιλίας τε γῆρας βεβαίας, *ſeneſtutem amicitiae*, i. e. *longaevam amicitiam*. Minus bene, & repugnat metrum.

In edd. Laërtii Veneta 1497 fol. & Pariſienſi carmen hocce Ariſtotelis lyrica ode, quae finis Aſclepiadeis, tertio Pherecratio, quarto Glyconico conſtat, quales multae Horatii ſunt, Latine redditur:

Virtus, difficilis, maximus & labor
Humano generi, nobilis, optima
Tu venatio vitae
Es mortalibus omnibus.

Nam propter ſpeciem, Virgo, tuam mori
Nimirum celebris caſus & inclyta
Eſt in Graecia, & altis
Se praeſtare laboribus.

Talem tu iacis in pectora nobilem
Fructum, perpetuo tempore qui manet,
Auro tu melior, tu
Es ſomno & genitoribus.

Ledae cum pueris Amphitryonides
Cauſa, virgo, tui triſtia duraque
Paſſi, multa tulerunt,
Geſtis dum tribuunt opus.

Et deſideriis Aeacides tui
Aiaxque in Stygias incolumis domus
Deſcendere tyranni
Exorabilis haud quidem.

Formae cauſa tuae, Virgoque Atarnei
Phoebeo miſerum lumine filium

Privat. Carmine certe,
Quo ſemper celebrabitur,
Ipſum Mnemoſyne progenitae canent
Sacrae Pierides; laudibus & Iovem
Augent quae Xenion quoque,
Cordi firmaque praemia.

ead. l. 10. Τοῦτ' ἀχονιτὶ Ἦν) Neſcio, quid ſibi voluerit Caſaubonus, interpunctionem ita mutando: τοῦτ' ἀχονιτί. Ἦν &c.

Pag. 10. *l.* 3. Παρ' αὐτῷ) Recte ſic emendavit Scaligerus ad oram libri. Vulgo, παρ' αὐτόν.

ead. l. 7. Πρὸς Ἑρμείαν) Ita dedi ex ed. Steph. Vulgo εἰς.

ead. l. 8. Πυθοδοτου) *Pythodorus* vocatur a Diodoro XVI, p. 479 A. ed. Rhodom. Sed Πυθόδοτον agnoſcit cum Diogene & Dionyſius Halicarnaſſeus tum in epiſtola ad Ammaeum, tum alibi. v. Opp. T. II, p. 185, 190, ed. Hudſon. Mox legendum eſſe Καλαυρία ſeu Καλαυρεία pro vulgato Καλαβρία manifeſtum eſt ex Strabone VIII, pag. 567 C. 574 A. cf. Pauſan. p. 7 & 75.

ead. l. 9. Πρὸς Φίλιππον) Sic ed. Steph. & Lipſ. ex ed. Longol. expreſſa. Vulgo εἰς.

Pag. 11. *l.* 3. Ἀναξάρχον) Repoſui Anaxarchi nomen pro vulgato Anaximenis, qui Olymp. LXVI natus vix videtur cum Alexandro conferri poſſe. Anaxarchus autem, philoſophus Abderites una cum Calliſthene Olynthio & aliis apud Alexandrum bellum in Aſia gerentem commoratus eſt, teſte Plutarcho.

ead. l. 9. Ὃς — προχοαῖς) Hoc poſterius diſtichon ex Euſebio & Plutarcho adiectum eſt.

ead. l. 14. Ἐνετύχομεν) Ex vetuſtioribus editionibus revocavit Menagius. In aliis perperam legebatur περιετύχομεν.

Pag. 12. *l.* 2. Ἵππαρχον) Praeterquam in Menagiana, deeſt hoc nomen in ceteris Laërtii editionibus; ſed habent illud & Codex regius & vetus interpres. Expunctum fuiſſe veroſimile eſt a librario quodam, qui hanc vocem a praecedenti Τίμαρχον diverſam non eſſe exiſtimaverat.

ead. l. 4. Ἑρπυλλίδες) Vulgo, ut ſupra, Ἑρπυλίδος per ſimplex λ.

ead. l. 5. Ἐκδεδόσθαι) Ex ed. Baſil. recepit Menagius pro ἐνδεδόσθαι, quod in ed. Aldobrandin. legitur. Codd. Palatin. & Florentin. nec non ed. Stephan. habent ἐκδόσθαι.

ead. l. 10. Ἐπιμελείσθω δὲ) Ita melius Caſaubonus. Vulgo ἐπιμελείσθω δέ. Mox ed. Lſ. habet περὶ αὐτὸν male pro περὶ αὐτῶν.

ead. l. 15. Ἐὰν δὲ βούληται) Ἐὰν δὲ καὶ βούληται fruſtra emendavit Caſaubonus.

Pag. 13. *l.* 2. Περὶ τοῦ παιδὸς) Ed. Lipſ. παιδίου.

ead. l. 4. Ἑρπυλλίδος) Ἑρπυλίδος vulgo.

ead. l. 6. Ἀναξίως ἡμῶν) Ita recte in ed. Lipſ. Vulgo ἀνάξιος.

ead. l. 18. Ἀμβραχίδα) Ἀβραχίδα legere maluit Caſaubonus, neſcio qua de cauſa.

Pag. 14. *l.* 4. Αὐτῷ δοθέντος εἰς παῖδα) Bene inſeruit Caſaubonus vocem δοθέντος in aliis edd. omiſſam.

ead. l. 6. Τύχωνα) Melius pro Τάχωνα, quod Menagius retinuit. Suidas: Τύχων, Τύχωνος, ὄνομα κύριον.

cod. l. 11. Γρυλλίωνες) Forte melius Γρυλλίωνι. Aliae edd. Γρυλλίωνα.

cod. l. 13. Καὶ ἡ τῆς μητρὸς) Ex ed. Steph. Vulgo καὶ τῆς μητρός.

cod. l. 16. Καὶ τὴν τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τῇ Δημητρὶ ἀναθεῖναι) In textum recepi Casauboni emendationem lectionis vulgatae καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τὴν Δημητρα, quae mea saltem opinione defendi nequit. Loquitur Aristoteles de variis imaginibus Nicanoris, Proxeni, matris Nicanoris & Arimnesti, unde eum & hoc loco non Cereris, sed matris suae imaginem innuere, maxime probabile fit. Exstitit imago matris Aristotelis a Protogene picta, cuius meminit Plinius H. N. XXXV, 20. Ceterum similiter Theophrastus in suo testamento mandat, τὰς Ἀριστοτέλους εἰκόνας τεθῆναι εἰς τὸ ἱερόν.

Pag. 16. *l.* 7. Πορεῖς) Verius fortasse legi πόρους autumavit Sylburgius. Certe *tritici* cultura in Attica non inventa est; v. Heynii Opuscul. acad. Vol. I, p. 356.

cod. l. 9. Γλυκὺν οἱ τὸν καρπὸν) Ed. Steph. pluraliter γλυκεῖς δὲ τοῖς καρποῖς. Idem vero apophthegma alii Socrati tribuunt, alii Democrito.

cod. l. 12. Λάθοι) Alii λάθῃ· sed melius est optativum.

Pag. 17. *l.* 1. Παιδία) Ed. Isingr. παιδια. Male.

cod. l. 4. Ὁρίσασθαι) Isingr. margo habet ἐρωτήσασθαι, minus apte. Ὁρίσασθαι pro ἀποφύγεσθαι.

cod. l. 5. Εὐμορφίαν) Vulgo εὐμορφίας. Male.

Pag. 18. *l.* 2. Ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος; ἔφη, μία ψυχὴ) In ed. Basil. seu Is. legebatur φιλόσοφος pro φίλος; quod recte postea viri docti mutarunt. Confirmat Aristoteles sententiam in Eth. ad Nicom. VIII, 2, IX, 8 sq. Magn. Moral. II, 11.

cod. l. 13. Κατήγλασε) Perperam quidam pro κατήγλασε reposuit κατήγασε. *H. Steph.*

Pag. 19. *l.* 7. Ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος) Sic vulgatam lectionem ὦ φίλοι, quae sensum ineptum praebet, praeclare emendavit Casaubonus. In verbis ὦ φίλοι subintelligendum est πλείους. Aristoteles Ethic. ad Nicom. IX, 10: εἰ δὲ πολύφιλος, οὐδεὶς δοκοῦσιν εἶναι φίλος, πλὴν πολιτικῶς. Cf. Ethic. ad Eudem. VII, 12.

cod. l. 8. Ἐν τῷ ἐβδόμῳ τῶν Ἠθικῶν) Ex Cod. Palat. restituit Menagius. Legebatur in plerisque edd. vetustioribus ἐν τῷ ἠθικῷ τῶν ἑβδόμων. Mirandus sane editorum stupor, quod hanc lectionem, a librarii alicuius oscitantia profectam, corrigere vix ac ne vix quidem ausi sunt. In ed. Froben. ἐν τῷ ἠθικῷ ἑβδόμῳ. Melius iam Stephanus: ἐν τῷ ζ' τῶν Ἠθικῶν.

cod. l. 11. Ἀπεγράψαι) Ed. Stephan. ὑπεγράψαι.

cod. l. 13. Περὶ φιλοσοφίας α', β', γ',) α', β', γ', δ', scriptum est in Codice regio Paris. & in Vita ἀνεκδότῳ apud Menagium. Verum, ut hoc semel moneam, a vulgata lectione in numero singulorum Aristotelis librorum non recedere, ratum habui, etiamsi mutationem Codicis alicuius auctoritate tueri possem: cuius consilii causas in commentatione *de Aristotelis libris deperditis* accuratius exponam.

ibid. Πολιτικῶν α', β') Cod. Paris. Πολιτικῶν α'. In Vita ἀνεκδ. apud Menag. Πολιτικὸν α'. Rectius fortasse legi Πολιτικὸν, seu Πολιτικὸς, iam suspicatus erat Sylburgius.

cod. l. 14. Περὶ Ῥητορικῆς, ἢ Γρύλλος, α') Vulgo: Περὶ Ῥητορικῆς, Γρύλλος, α'. In Cod. Paris. Περὶ Πολιτικῆς ἢ Γρύλλος. In Vita ἀνεκδ.

ap. Menag. Περὶ Πολιτικῆς, ἢ Γρύλλος, γ'. Verum legendum eſt, uti nos dedimus: nam libri Ariſtotelis, *Gryllus* inſcripti, & ad oratoriam artem pertinentis, meminit etiam Quintil. Inſtitutt. II, 17, p. 132, T. I ed. Bip. *Ariſtoteles, ut ſolet, quaerendi gratia, quaedam ſubtilitatis ſuae argumenta excogitavit in* Gryllo: *ſed idem* & de arte rhetorica *tres libros ſcripſit.*

cad. l. 15. Ἐρωτικὸς, α') Ita quoque Cod. Pariſ. & auctor Vitae ἀνεκδότου apud Menagium. Ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν citatur Ariſtoteles ab Athenaeo Dipnoſ. XV, p. 674 B. quare hic Ἐρωτικῶν, α', β', legendum eſſe videbatur Caſaubono.

cad. l. 16. Περὶ ψυχῆς, α') Sive *Eudemus*. Plutarchus in lib. de conſolat. ad Apollon. Opp. T. II, p. 115 B. ed. Frcf. φησὶ δὲ (Ariſtoteles) ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ περὶ ψυχῆς. Ariſtotelis hodie libros tres *de anima* habemus, qui tamen diverſi ſunt ab hoc de anima, quem Laërtius & Plutarchus innuunt, de quo cf. Cic. de divinat. I, 25. Plutarch. in Vita Dionis T. I, p. 967 C. Simplicius ad libb. Ariſtot. de anima fol. 14 a. 62 a. Idem ad Ariſtot. auſcultatt. phyſ. fol. 3 a. ibid. fol. 217 b. Philoponus ad Ariſtot. lib. I de anima com. 138, & Scholiaſta in Platonis Phaedonem.

Pag. 20. *l.* 1. Περὶ εὐγενείας) Hanc lectionem etiam ſecutus eſt vetus interpres Latinus. Ed. Iſingr. περὶ εὐεργείας, errore ambiguo.

cad. l. 2. Ἀλέξανδρος, ἢ ὑπὲρ ἀποίκων, α') In Vita ἀνεκδ. ap. Menag. pro ἀποίκων legitur ἀποικιῶν.

cad. l. 3. Περὶ παιδείας, α') In Cod. Pariſ. Περὶ παιδείας, ἢ παιδευτικὸν, & ita quoque in Vita ἀνεκδ. apud Menag.

ibid. Περὶ ταγαθοῦ, α', β', γ') In Cod. Pariſ. & in Vita ἀνεκδ. apud Menag. Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, α'.

cad. l. 5. Περὶ φιλίας, α') Cod. Palat. περὶ φιλοσοφίας. Minus recte, praeceſſit enim περὶ φιλοσοφίας, α', β', γ'.

cad. l. 6. Περὶ ἐριστικῶν) Alii male, teſte H. Stephano, ἐρωτικῶν, quorum tamen librorum iam antea mentio facta eſt.

cad. l. 9. Ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικὰ) Locus eſt corruptus, nec fortaſſe a me ſatis recte ſanatus. Menagius habet ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικοῦ, γ'. nullo ſenſu. Codd. auctore Stephano ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικαὶ, πέντε καὶ εἴκοσι· θέσεις ἐρωτικαὶ, τέτταρες· φιλικαὶ, δύο. Lectio vera haud dubie eſt: Ὑπομνήματα. θέσεις ἐπιχειρηματικαί· reliqua propoſitionum indolem accuratius inſigniendi cauſa adiecta eſſe videntur. Nolui tamen equidem coniecturae meae tantum indulgere, ut textum ad eam refingerem. Ed. Steph. cum Menagiana conſentit. Ed. Froben. ὑπομν. ἐπιχειρητικοῦ, quam lectionem Caſaubonus quoque, neſcio qua ratione adductus, amplexus eſt; legendum ſaltem erat cum Cod. Pariſ. & auctore Vitae ἀνεκδ. ap. Men. ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν. Lectionem noſtram probat etiam Sylburgius.

cad. l. 10. Ἐνστάσεις) Ita dedi ſecutus auctorem Vitae ἀνεκδ. ap. Menag. & veterem interpretem Latinum, cui aſſentit Sylburgius. Vulgo ἐνστασις.

ibid. Περὶ τῶν πεπαχῶς λεγομένων, ἢ κατὰ πρόθεσιν, α'.) Sic Cod. Palat. & reliquae edd. omnes praeter Menagianam, quae habet κατὰ πρόσθεσιν. Vetus etiam interpres Lat. πρόθεσιν ob oculos habuiſſe videtur, vertit enim ſecundum *propoſitum*. In Vita ἀνεκδ. ap. Men. Mſ. iungitur ἐνστάσεις cum ſequentibus, omiſſa litera numerica. Ceterum

librorum *de iis, quae quot modis dicuntur*, non unus, ut apud Menagium, sed quinque numerantur in Cod. Palat. & in vetustioribus edd.

ead. l. 12. Περὶ στοιχείων, α', β', γ') Cod. Flor. α', β'. περὶ στοιχείων, numero librorum transposito & tantum binario.

ead. l. 15. Περὶ κινήσεως α'.) Ita Vita ἀνεκδ. ap. M. & vetus interpres. Ed. Steph. α', β'. quod mavult Casaubonus.

Pag. 21. *l.* 1. Πρότεραι ἀναλυτικῶν, α', β', γ', δ', ε', στ', ζ', η'.) In ed. Steph. numerantur libri decem; in aliis novem, at octo solum in emendatioribus Codicibus. V. Samuelis Petiti obsevatt. IV, 2.

ead. l. 4. Ὅροι περὶ τῶν τοπικῶν) Πρώτων legendum esse existimabat Samuel Petitus obsevatt. I. l. qui omnino consulendus.

ead. l. 5. Συλλογιστικὸν καὶ ὅροι, α'.) Συλλογιστικῶν malebat Casaubonus.

ead. l. 8. Διαιρετικὸν, α') Διαιρετικῶν. Idem.

ead. l. 10. Περὶ ἡδονῆς, α') Casaub. α', β'. Sed β' non agnoscit interpretis versio: *De voluptate, unum.* Supra initio indicis iam meminerat Laertius libri Aristotelis περὶ ἡδονῆς, α'. Verum idem argumentum saepius tractasse Aristotelem constat.

ead. l. 12. Θέσεις --- ψυχῆς, α') Uncinis haec verba inclusi: nam videntur librarii cuiusdam errore huc appositа esse. Pertinent ad titulum libri ὑπομνημάτων ἐπιχειρηματικῶν, de quo supra locuti sumus; leguntur etiam ibi in aliis Codd. Vide notam ad p. 20, l. 9. Ἐπιχειρητικαὶ, quod vulgo legitur, mutavi in ἐπιχειρηματικαὶ.

ead. l. 13 Πολιτικὰ, β'.) Reperiuntur haec verba primum in ed. Stephan. in reliquis vetustioribus desiderantur. Legit tamen ea in Codice suo interpres Latinus, quare uncinas, quibus ea inclusit Casaubonus, sustuli.

ead. l. 17. Τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς, α'.) Habet Vitae Aristotelis ap. Menag. auctor, Τέχνης τῆς Θεοδέκτου Συναγωγὴ, ἐν γ'. Locus vix sanus; sed de hoc alibi. Ed. Steph. habet συναγωγῆς in margine.

ead. l. 18. Πραγματεῖαι) Ed. Steph. pluraliter πραγματεῖαι.

Pag. 22. *l.* 1. Περὶ μεγίθους, α'.) Περὶ μίθης verosimili coniectura reponebat Meursius in commentario in Apollonium Dyscolum cap. 25. & in notis ad Hesychium Milesium. Citatur Athenaeo non semel Aristoteles ἐν τῷ περὶ μίθος. Περὶ μεγίθους tamen legitur etiam in vita inedita, apud Macrob. Saturn. VII, 7, Plutarch. Sympos. III, 3, & ipsum Apollonium Mirab. cap. 25, 26.

ibid. Ἐνθυμημάτων διαιρέσεις) Sic edd. vetustiores omnes. Ed. Stephan. & Menag. αἱρέσεις, i. e. *delectus.*

ead. l. 2. Περὶ συμβουλίας) In textum iam recepit Menagius pro vulgato συμβουλίας.

ibid. Συναγωγῆς, α', β', γ'.) Ed. Stephan. α', β'. omisso numero ternario; interpres quoque vertit *Collectionis duo.*

ead. l. 4. Ἀρχύτου) Dedit iam Menagius, ut in versu sequenti τῆς Σπευσίππου. Ἀρχύτου etiam in Vita ἀνεκδ. ap. M. Vulgo Ἀρχυτείου.

ead. l. 8. Γοργίου) Vulgo praeterquam in Menagiana Γοργείου; sed nomen διὸ φθογγῆς scribitur apud ipsum Aristotelem, Suidam, alios.

ibid. Περὶ τὰ Ξενοφάνους) Bene habet Menagius, & ita legitur etiam in Codd. Florent. Aliae edd. male Ξενοκράτους.

ead. l. 14. Ἰατρικὰ, β') In Vita ἀνεκδ. ap. M. περὶ ἰατρικῆς, β', & postea περὶ ἰατρικῆς, ζ'. Ed. Froben. & Stephan. Ἰακτικὰ, quam

lectionem secutus est Sylburgius, & tuetur quoque Casaubonus in nota ad oram huius Vitae, quam Aristotelis Operibus, uti Sylburgius, praefixit. Fieri potuisse, censet Sylburgius, ut in tanta scriptionis foecunditate utriusque argumenti librum Aristoteles confecerit, & ἰατρικὸν & τακτικόν. Utique fieri potuit, sed vix probabile est, factum esse. Saltem Aelianus, qui Τακτικῶν scriptores in Tacticorum prooemio recenset, hos inter Aristotelis nullam mentionem iniicit. Contra Aelianus alter Var. H. IX, 22, in numerum philosophorum, qui medicinae operam navarunt, Aristotelem retulit. Accedit testimonium Plutarchi a nobis infra in Vita Aristotelis adductum, quo Nostro liber de sanitate & morbo diserte tribuitur. Quare equidem lectionem Ἰατρικὰ non mutavi. Vetus quoque interpres Latinus habet: *Medicinalia, duos.*

cad. l. 16. Περὶ κινήσεως, α') Haec, cum supra iam legantur pag. 20, uncis ut suspecta secluси.

cad. l. 17. Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, α', β', γ', δ', ε', στ') In Vita ἀνεκδ. ap. Menag. Ἀπορ. Ὁμηρ. ζ'.

Pag. 23. *l.* 1. Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον ἐκτὸ πρὸς τοῖς τριάκοντα) In vita apud M. φυσικῶν λη', κατὰ στοιχεῖον. Casaubonus, quamquam nihil mutat, suspicatur tamen Laërtium scripsisse κατὰ στοιχεῖον κδ'. Cf. Sam. Petiti Miscell. IV, 8.

cad. l. 5. Ἄτακτα) Sic etiam vetus interpres: *Inordinata.* Casaubonus ex ed. Stephan. & aliis restituere volebat προτακτὰ, quod adeo in textum migrare iussit Sylburgius. Equidem lectionem interpretis praefero. Ἄτακτα sunt *Miscellaneorum* libri. *Ister* laudatur ἐν Ἀτάκτῳ ab Harpocratione v. Παιανιεῖς· ἐν πρώτῃ Ἀτάκτων a Schol. in Sophoclis Oedipum Colon. p. 306, & ἐν τρίτῳ Ἀτάκτων, a Suida v. ταυροπόλον. Eodem Suida teste scripserat Ἄτακτα Euphorion Chalcidensis, quae continebant συμμιγεῖς ἱστορίας. v. Εὐφορίων. cf. Valesium ad Harpocrat. l. l. In seq. pro ἐξηγημένα plerique Codices, auctore Stephano, habent ἐξηγμένα.

cad. l. 6. Δικαιώματα, α') Harpocration v. Δρυμός· Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς Δικαιώμασί φησιν οὕτως. Conf. Suidas v. Δικαιώματα. Legendum est hoc loco: Δικαιώματα πόλεων, ut Anonymus habet ap. Menagium, qui unum tantum librum numerat, & Eustathius ad Iliad. H, p. 559: Ἀριστοτέλης δέ, φασιν, ἱστορεῖ ἐν Δικαιώμασι πόλεων οὕτως. Laudatur Aristoteles ἐν Δικαιώμασι τῶν πολέμων apud Ammonium Grammaticum v. νῆες, quam lectionem magno conatu, frustra tamen, defendit Valesius ad Harpocrat. pag. 273; nam ibi quoque reponendum est πόλεων. Ammonii loco inductus esse videtur Hugo Grotius, ut in praef. ad lib. *de iure belli & pacis* Aristotelem *iustificationes bellorum* scripsisse traderet. Ceterum ordinem verborum paululum mutavi, exemplo interpretis Latini & editionum Stephaniana vetustiorum. Interpres habet: *Exposita generatim XIV. Iura, unum.* Ed. Stephani autem & aliae, itidem Menag. verba Δικαιώματα, α', β', (nam duos libros numerant) ante παραβολαὶ inferunt. Discessere iam a Menagio Casaubonus & Sylburgius.

cad. l. 7. Πυθιονικῶν ἐλεγχος) Male Ambrosius vertit vulgatam lectionem ἔλεγχοι, *Pythionicarum argumenta.* Ἔλεγχος hic est nihil aliud, quam ἀναγραφή. Plutarch. Solon. Opp. T. I, p. 83 F. ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Πυθιονικῶν ἀναγραφῇ. Quare

Casaubonus coniecit ἐλεγχοι singulariter, quam lectionem, ut sine dubio veram, in textum recepi.

cod. l. 9. Νόμοι συστατικοὶ, α΄) Scripserat Aristoteles νόμους συμποτικούς. Athenaeus Dipnos. V, p. 186 B. Ἀριστοτέλους συμποτικοί τινες ἐπιγράφονται νόμοι. Quare hic referendum esse νόμους συνουσιαστικούς, quod idem fuerit ac συμποτικούς, coniiciebat Casaubonus ad Athenaeum p. 209. Aristophanes Vesp. v. 643: προσμάθωμεν συμποτικὸς εἶναι καὶ συνουσιαστικός. Ita Latinis *una esse*, ut notum illud apud Terentium, *una hodie fimus volo*. Attamen vulgata lectio bene se habet. Συστατικὸς est, quod Latini dicunt, *convivalis*; vid. Suidam v. σύστασις. Fortasse autem legendum est pluraliter νόμων συστατικῶν, α΄, ut Anonymus habet apud Menagium.

cod. l. 13. Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον) Lectio vetusti Codicis a Casaubono notata: καὶ τυραννικαὶ ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Manifestum vitium librarii est, qui oscitans verba ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον male repetiit. Vetus tamen interpres Latinus etiam legit τυραννικαὶ ἐπιστολαὶ sine distinctione. Vertit enim: *seorsumque ad Philippum de populari paucorumque & optimatum & tyrannorum republ. epistolas*. Minus bene. Post τυραννικαὶ interpungendum est, ita ut referatur vox ad πολιτείας. Idem interpres Latinus sequentia quoque aliter distinxit, in quo quidem ei adstipulor. Legisse videtur: Σελυμβριανῶν (rectius Σηλυμβριανῶν) ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀλέξανδρον τέτταρες· ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀντίπατρον, ἐννέα. *Selymbriorum epistolas ad Alexandrum quatuor; ad Antipatrum, novem*. Haec eius verba.

Pag. 24. *l.* 1. Πρὸς Δημόκριτον, α΄. Ἐπι) Ita dedi cum Menagio. Vulgo πρὸς Δημόκριτον ἐπι. Male. Nam quomodo fieri potuit, ut Aristoteles Democrito carmen inscriberet? Laudantur etiam versus Aristotelici ab Anonymo apud Menagium, omissis omnino verbis πρὸς Δημόκριτον. Deest quidem τὸ α΄ in ceteris Laërtii edd. sed agnoscunt illud Codd. omnes Paris. Palat. Flor. Ab altera tamen parte, qui fieri potuit, inquit Menagius ad h. l. ut ad Democritum Aristoteles epistolas daret? nam Aristotelis epistolas h. l. Laërtius recenset. Mutari igitur iubet Δημόκριτον in Θεμίσωνα, cum ad Themisonem, Cypriorum regem, προτρεπτικὸν scripsisse Aristotelem ex Telete ap. Stobaeum Serm. XCIII satis constet. Verum difficultas, quam expedire voluit Menagius, hic est nulla. Cur enim statuamus, in verbis πρὸς Δημόκριτον, α΄. supplendum esse ἐπιστολαὶ ex antecedentibus? Videtur potius liber insigniri, quales plures supra memorati sunt, πρὸς τὰ Γοργίου, πρὸς τὰ Ζηνωνος; quapropter etiam equidem legendum puto πρὸς τὰ Δημοκρίτου, α΄.

cod. l. 2. Προτρεπτικὸν ἐκατοβόλῳ) Recepi emendationem H. Stephani ex Codd. a Casaubono iam & Menagio probatam. Vulgo: Προτρεπτικὸς δ' ἐκατοβόλῳ, aut προτρεπτικὸν ἐκατοβόλῳ.

cod. l. 3. Καλλιτίχιον) Ed. Steph. καλλιτίχιον. Melius fortasse, sed nihil muto.

cod. l. 15. Δύο δυνάμεσιν ἐχρῶντο) Nota δύο pro *duci. Sylb.*

Pag. 25. *l.* 3. Πρὸς μὲν οὖν τὸν ἐρωτᾶν, τάττε Τοπικὰ καὶ Μεθοδικὰ) Male ed. Bas. τάττε Ὀπτικά, quam lectionem etiam habent Hesychii Milesii Codd. & vett. interpp. v. Io. Meursii not. ad Hesych. p. 125.

cod. l. 9 Χρῆσιν) Κρίσιν frustra emendavit H. Stephanus.

cod. l. 13. Τῶν δὲ Ηθ. τῶν περὶ πόλιν) Ap. Hesychium: τὰ περὶ πόλιν.

ead. l. 14. Χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ) Verba sunt Aristotelis Ethic. ad Nicom. I, 12.

ead. l. 15. Συμπλήρωμα ἐκ τριῶν ἀγαθῶν εἶναι) Aristot. Ethic. ad Nicom. I, 13.

Pag. 26. *l.* 3. Ὑγιείας) Steph. ὑγείας, contracte, forsitan operarum peccato.

ibi l. Παραπλησίων) Post hanc vocem legitur in Codd. quibusdam ἐκ τρίτων δὲ, τῶν ἐκτὸς &c. Bene. Sequitur etiam hanc lectionem vetus interpres Latinus.

ead. l. 7. Κακοδαιμονήσοντος τοῦ σοφοῦ) Aristot. Eth. ad Nicom. I, 9.

ead. l. 11. Ἀνταχολουθεῖν) Vulgo ἀκολουθεῖν, perperam.

ibid. Ἐνδέχεσθαι) Ita ed. Steph. Vulgo ἐνδέχεται.

ead. l. 15. Ἰσότητα εὐγοίας ἀντιστρόφου) Sic recte emendavit Casaubonus. In aliis edd. ἀντίστροφον.

Pag. 27. *l.* 3. Συμβιώσειν) Ex emendatione Stephani, cui etiam assentit Sylburgius. Vulgo συμβιῶσαι. Codd. vett. habent συμβιῶναι, quod Menagius recepit. Sed sensus necessario requirit συμβιάσειν.

ead. l. 5. Προέχρινεν) Codd. teste Stephano, ἐνέκρινεν.

ead. l. 7. Αἰτιολογικώτατος πάντων) Male apud Hesychium Milesium, qui hunc Laërtii locum exscripsit, αἰτιώτατος legitur. Edit. Isingr. αἰτιολογώτατος, quod aliqua ex parte ferri potest. Pro πάντων Codd. παρὰ πάντας eodem fere sensu.

ead. l. 9. Φυσικῶν ἀπομνημονευμάτων) Ἀπορημάτων frustra coniecit Casaubonus.

ead. l. 11. Διατείνειν) Ed. Stephan. διατείνει, & Lips. διατείναι. Melior tamen est vulgata lectio.

ead. l. 15. Τὰ αἰθέρια) Cod. Palat. Ἠπρία. Perperam.

Pag. 28. *l.* 1. Κυκλοφορητικὸν) Sic dedi ex Cod. Palatino, cuius lectionem H. Stephanus annotavit. Vulgo κυκλοφορικήν. Melius iam apud Hesychium Milesium κυκλοφορητικήν.

ead. l. 6. Ἐπιτηδειότητα ἔχοντι) Perperam ceterae edd. ἔχων· quam lectionem etiam Menagius retinuit, etsi eam improbaret.

ead. l. 15. Τὸ δυνάμει δὲ διττὸν, ἢ καθ' ἕξιν, ἢ κατ' ἐνέργειαν) Sic recte Menagius. Aliae edd. τὸ δυνάμει δὲ ἧττον, ἢ κατ' ἐνέργειαν.

Pag. 29. *l.* 7. Ἀναντίλεκτα) Restitui ex ed. Basil. Vulgo ἀναμφίλεκτα.

Subiicere hic liceat librorum Aristotelicorum recensionem ex *Arabica philosophorum bibliotheca*, quae MSta exstat in bibl. Escorialensi, editam & cum recensione Laërtiana collatam a *Casiri* Bibl. Arab. Hispan. T. I, p. 306: *Munimenta philosophica, libri III. Liber* Sophistes *nuncupatus. De iustitia, libri IV. De pietatis exercitationibus ac de moribus viro cuique accommodatis, libri IV. De generis nobilitate, libri V.* (Laërtio I.) *De bono, libri V.* (Laërtio III.) *De Archytae philosophia, libri III. De lineis insecabilibus, libri III. De iustis, libri IV.* (Laërtio II.) *De demonstrationibus ac propositionibus contentiosis, libri IV. De amore, libri III. De ideis, an exsistant necne, libri III.* (Laërtio I.) *De regimine sanitatis libri II, qui sunt Platonici operis compendium. De voluptate, liber I. De motu, libri VIII.* (Laërtio II.) *Quaesita Epicheiremática, libri II. De arte poëtica secundum Pythagoram eiusque sectatores, libri II. De spiritu animali, libri III. Epistolae, libri III. De Aegyptiaco Nilo, libri III. De aucupio, piscatu & venatu, ubi de animalium locis & cubilibus, liber I. Collectio artium, liber*

I. (Laërtio II.) *De rebus amatoriis, libri III.* (Laërtio, Quaeſt. amat. libri I[illegible].) *De interpretatione, ſive* (ut Arabes vocant) *liber perihermi-nias, qui Dialecticae eſt ſecundus. Analyticorum priorum, libri II. Analyticorum poſteriorum, libri II. De ſophiſticis elenchis, liber I. Ethicorum quaeſtiones maiores, libri II. Ethicorum quaeſtiones minores, Eudemo inſcriptae, libri VIII. De republica, libri VIII. De Rhetorica, libri III.* (Laërtio I.) *Phyſicae auſcultationis, libri VIII. De coelo & mundo, libri X. De generat. & corrupt. libri II. De meteoris, libri IV. De anima, libri III. De ſenſu & ſenſili, liber I. De memoria & ſomno, liber I. De animalium motu atque eorum anatome, libri VII.* (Laërtio Anatomicorum VIII, & Electa Anatomica I.) *De animalium natura, libri XV.* (Laërtio IX.) *De partibus vitalibus, libri IV.* (iidem, quos vocant alias libb. *de partibus animalium.*) *De generatione animalium, libri V. De animalium inceſſu, liber I. De longitudine & brevitate vitae animalium, liber I. De vita & morte, lib. I. De plantis, libri II. Metaphyſicorum, libri XIII. De materia quaeſtiones, liber I. Quaeſtiones phyſicae, libri IV. Diviſiones XXVI.* (Laërtio XVII.) Ibi Ariſtoteles differit de temporis & animae diviſionibus, ut & de voluptate, de agente, patiente & actu; de amore ac de bonorum ſive felicitatum genere, ubi de bono cognito, de bono quod in anima ineſt, de bono quod eſt extra animam; denique de bonitate & malitia, ubi de variis diſciplinis & artibus. *De Platonis teſtamento, Libri VI. De diviſione & conditionibus in dicendo, libri III. De contradictoriis, ubi docet contradictorii antecedentia ex ipſo adverſarii argumento eſſe petenda, ſive in ipſum retorquenda, libri XXXIX. Obiecta amatoria ſeu tractatus de rebus amatoriis, liber I. Argumenta phyſica de muſica. Theſes dicta, liber I. De locis, unde argumenta petenda ſint, liber I. Definitiones, libri XVI. De rebus diviſibilibus, libri IV. Topicorum ad definitiones, liber I. Deſcriptio definitionum Topicarum, libri III. De differentiis Topicis, libri II. Terminorum deſcriptio, libri II. Problemata ſ. Quaeſtiones, libri XXVIII. Quaeſtiones orbiculares ſeu problemata encyclica ad praeceptorum uſum. De teſtamentis periglomata* (ita legitur), *libri IV. Memoriale, libri II.* (Laërtio I.) *Problemata iatrica ſ. medica, libri V.* (Laërtio II.) *De alimentorum regimine, liber. I. De agricultura, libri XV. Georgicon inſcripti. De humoribus liber I. De ſiccitate, liber I. De accidentibus univerſalibus, liber I. De meteoris, libri III. De generatione animalium, libri II. De propoſitionum ſenſu, libri II. De theſibus, libri XXIII, item liber alter de eodem argumento. De reipublicae regimine, liber I,* Politia *dictus*, ubi complures nominantur urbes ac nationes regendae, numero videlicet CLXXI. (Laërtio CLVII.) *Commentationes titulo Hypomnemata, libri XVI. De contrariis, liber I.* (i. e. Ratiocinationes epicheirematicae.) *Epitaphia Heroum, quae populi nomine cenſentur, libri VI. De tempore, liber I. Ariſtotelis epiſtolae, quas in VIII libros contulit vir quidam nomine* Aretas. *De urbium moribus, libri II. Aliae epiſtolae, libri XX, recenſuit Andronicus, praeter illas, quae in libro V Andronici memorantur: ubi & Ariſtotelia librorum index occurrit. Quaeſtiones de Homeri verſibus maxime reconditis, libri X. De univerſa Medicina, liber I,* Iatrice *inſcriptus.*

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΟΣ
ΚΑΤ' ΑΜΜΩΝΙΟΝ.

Ἀριστοτέλης, τῷ μὲν γένει, ἦν Μακεδών· πόλεως δὲ, Σταγείρων· υἱὸς Νικομάχου, ἰατροῦ Ἀμύντου, τοῦ Μακεδόνων βασιλέως· ὅθεν καὶ τὸν ἴδιον υἱὸν, Νικόμαχον προσηγόρευσε, μνήμης ἕνεκεν τοῦ οἰκείου πατρός· πρὸς ὃν καὶ τὰ Νικομάχεια ἔγραψε· μητρὸς δὲ ἦν Φαιστίδος. ἀμφότεροι δὲ οὗτοι [ὅ, τε Νικόμαχος καὶ ἡ Φαιστὶς,] τὸ γένος εἶχον ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις, τὸ εἰς τὸν Ἀριστοτέλην εἰρημένον ἐπίγραμμα, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον·

Φαιστίδος ἦν μητρὸς, καὶ Νικομάχου γενετῆρος
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν, δῖος Ἀριστοτέλης.

Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Νικομάχου καὶ τῆς Φαι-

ARISTOTELIS VITA
AUCTORE AMMONIO.

Aristoteles fuit genere Macedo, urbe Stagiris oriundus, filius Nicomachi, medici Amyntae, Macedonum regis; (quapropter etiam filium suum in memoriam patris Nicomachum appellavit, ad quem & Nicomachea scripsit;) mater autem fuit Phaestis. Uterque autem parens [tam Nicomachus, quam Phaestis,] genus duxerunt ab Aesculapio. Quod testatur epigramma in Aristotelem factum in hunc modum:

Phaestide natus matre, & Nicomacho genitore
Ex stirpe Asclepiadarum, dius Aristoteles.

Post mortem Nicomachi & Phaestidis deductus est Ari-

στίδος, ἀνάγεται ὁ Ἀριστοτέλης παρά τινι Προξένῳ Ἀταρνεῖ· οὗ καὶ τῆς τροφῆς διαμεμνημένος ὁ Ἀριστοτέλης, οὐ μόνον τὸν τούτου υἱὸν Νικάνορα ἀνέθρεψε, καὶ πᾶσαν παιδείαν ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ καὶ υἱὸν αὐτὸν ᾠκειοποιήσατο· καὶ τελευτῶν, ἐν ταῖς οἰκείαις διαθήκαις ἐπέτρεψε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθιάδα δοῦναι γαμετὴν τῷ Νικάνορι. Ὁ μὲν οὖν Ἀριστοτέλης, ἔτι νέος ὤν, τὴν τῶν ἐλευθέρων παιδείαν ἐπαιδεύετο, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ περὶ Ποιητικῶν καὶ πρὸς ποιητάς· ἔτι μέν τοι τὰ Ὁμήρου προβλήματα, καὶ αἱ Ῥητορικαὶ τέχναι. Ἑπταικαίδεκα δὲ ἐτῶν γενόμενος, καὶ τῆς Πυθίας κελευούσης αὐτῷ φιλοσοφεῖν, στέλλεται ἐν Ἀθήναις· ἔνθα φοιτᾷ Σωκράτει, καὶ σύνεστι τούτῳ ἔτη τρία. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Σωκράτους, φοιτᾷ Πλάτωνι· καὶ τούτῳ σύνεστιν ἔτη εἴκοσι· καὶ τοσαύτην ἤσκησεν ἐπιμέλειαν, ὥστε τὸν Πλάτωνα τὸν οἶκον τοῦ Ἀριστοτέλους, οἶκον ἀναγνωστοῦ καλεῖν. οὐ γὰρ

stoteles ad Proxenum quendam Ararneum, cuius educationis memor Aristoteles, non solum eius filium Nicanorem enutrivit, omnibusque honestis artibus instruxit, sed etiam in filium sibi adoptavit; ac cum morti propinquus testamentum faceret, mandavit, ut Nicanori filia sua nuptum daretur. Aristoteles igitur iuvenis artibus liberalibus imbutus est, ut patet ex eius scriptis *de re poëtica* & *ad poëtas*, itemque ex *quaestionibus Homericis* & libris *de arte rhetorica*. Anno autem aetatis decimo septimo, Pythia iubente, ut philosophiae studiis se dederet, Athenas venit; ubi Socratis fuit discipulus, tresque cum illo annos egit. Mortuo deinde Socrate, Platonem adiit, quocum vixit annos viginti; tantaque in studiis diligentia fuit, ut domum eius vocitaret Plato *domum anagnostae*. Non enim,

ἔτι ζῶντος τοῦ Πλάτωνος ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λύκειον ὁ Ἀριστοτέλης, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι. πῶς γὰρ ἠδύνατο, μέγα τότε δυναμένων Χαβρίου τε καὶ Τιμοθέου, τῶν Ἀθήνησι στρατηγῶν, καὶ τῷ γένει προσηκόντων τῷ Πλάτωνι; πειρῶνται γάρ τινες λέγειν, ὅτι ἔτι ζῶντος Πλάτωνος, ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λύκειον ὁ Ἀριστοτέλης, ἐκ τοῦ ἐν πολλοῖς ἀντιλέγειν τῷ Πλάτωνι. πρὸς οὓς ῥητέον, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἀντιλέγει τῷ Πλάτωνι, ἀλλὰ τοῖς μὴ νοήσασι τὰ τοῦ Πλάτωνος. εἰ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πλάτωνι ἀντιλέγει, οὐδὲν ἄτοπον. καὶ ἐν τούτοις γὰρ τὰ τοῦ Πλάτωνος φρονεῖ· αὐτοῦ γάρ ἐστι λόγος, ὅτι μᾶλλον δεῖ τῆς ἀληθείας φροντίζειν, ἤπερ ἄλλου τινός. ἀμέλει καὶ ἐπὶ λέξεως φησὶ ταυτί· Φίλος μὲν Σωκράτης, ἀλλὰ φιλτάτη ἡ ἀλήθεια. καὶ ἀλλαχοῦ· Σωκράτους μὲν ἐπ' ὀλίγον φροντιστέον, τῆς δὲ ἀληθείας ἐπὶ πολύ.

superstite adhuc Platone, contrariam in Lyceo scholam instituit Aristoteles, ut nonnulli existimant. Quî enim fieri potuit, cum eo tempore gratia & auctoritate multum valerent Chabrias & Timotheus, duces Athenienſium & Platonis cognati? Conantur tamen nonnulli affirmare, Aristotelem, Platone adhuc vivo, contrariam in Lyceo scholam aperuisse, eo freti, quod in multis ille huic contradixerit. Quibus respondendum, Aristotelem non simpliciter Platoni contradicere, sed iis, qui eius dicta male intellexerunt. Quod si & Platoni ipsi aliquando contradicit, quid mirum? Nam in hoc quoque cum Platone sentit: ipsius enim est sententia, maiorem veritatis curam habendam esse, quam ullius alius rei. Quam sententiam certe expressit his verbis: *Amicus Socrates, sed veritas amicissima*; & alibi: *De Socrate parum solliciti esse debemus, de ve-*

τοῦτο οὖν καὶ ὁ Ἀριστοτέλης πεποίηκεν, εἰ καί πη ἐνέτρεψε τὰ ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένα. καίτοιγε ταῦθα γὰρ ἐν ἐμφανεῖ αὐτῷ διεπράξατο, μὴ βουλόμενος περιϊδεῖν τὴν ἀλήθειαν. ἀμέλει γάρ, ὅτι πολλὴν εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω·

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνίδρυσατο τόνδε Πλάτωνος,
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Συνῆν δὲ τῷ Πλάτωνι ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη εἴκοσι. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν, διαδέχεται τὴν τούτου σχολὴν Σπεύσιππος ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ· υἱὸς γὰρ ἦν οὗτος Ποτώνης, τῆς τούτου ἀδελφῆς. ὁ δέ γε Ἀριστοτέλης ἔρχεται ἐν τῇ τῶν Μακεδόνων πόλει, ἔνθα παιδεύει Ἀλέξανδρον τὸν Κτίστην, καὶ μέγα μέρος γέγονε τῆς τούτου βασιλείας· πολλὰ γὰρ ἐδυνήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῇ δυνάμει δεόντως ἐχρήσατο, εὖ ποιῶν καὶ ἑκάστῳ ἰδίᾳ, καὶ πᾶσι κοινῇ. καὶ ὅτι

ritate vero multum. Iam vero idem Ariſtoteles fecit, etiam ſicubi evertit a Platone dicta, quippe in eo ipſo illi obtemperans, quod veritatem poſthaberi nollet. Amorem quidem ſuum in Platonem abunde teſtatus eſt Ariſtoteles, quando etiam aram ei dedicavit, cum hac inſcriptione:

Gratus Ariſtoteles ſtruit hocce altare Platoni,
Quem turbae iniuſtae vel celebrare nefas.

Verſatus eſt Ariſtoteles cum Platone annos viginti. Platoni autem mortuo ſucceſſit in ſchola Speuſippus, ex ſorore nepos: filius enim erat Potonae, ſororis eius. Ariſtoteles vero in Macedonum urbem profectus, Alexandrum Criſten inſtituit, magnaque pars regni eius fuit: nam plurimum valuit apud regem, potentiaque ſua, ut decebat, uſus, omnium ac ſingulorum commoda tam privatim, quam publice, promovit. Et quidem, quod priva-

μὲν πολλοὺς ἰδίᾳ εὖ ἐποίησε, δηλώσουσιν αἱ Φερόμεναι αὐτοῦ συστατικαὶ ἐπιστολαὶ περί τινων πρὸς τὸν Βασιλέα. ὅτι δὲ καὶ κοινῇ πολλοὺς εὖ ἐποίησε, δηλοῖ τὸ καὶ τὴν τῶν Σταγείρων πόλιν κατασκαφθεῖσαν πείθειν τὸν Ἀλέξανδρον αὖθις κτίζειν· ὅθεν καὶ οἱ Σταγειρῖται ἑορτὴν ἐπιτελοῦσι τῷ Ἀριστοτέλει, Ἀριστοτέλειαν αὐτὴν προσαγορεύοντες· καὶ τὸν μῆνα δὲ, ἐν ᾧ ἡ ἑορτὴ ἐπιτελεῖται, Σταγειρίτην προσαγορεύουσι. καὶ τὴν Ἐρεσσὸν δὲ, τὴν τοῦ Θεοφράστου πόλιν, μέλλουσαν ἀδικηθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου, ἐλύτρωσε τῆς ἀδικίας. Μετὰ δὲ ταῦτα, τελευτήσαντος τοῦ Σπευσίππου, στέλλονται οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀριστοτέλην· καὶ ἀμφότεροι οὗτοι, ὁ Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Ξενοκράτης, διεδέξαντο τὴν τοῦ Πλάτωνος σχολήν. καὶ ὁ μὲν Ξενοκράτης, ἐπαίδευσεν ἐν Ἀκαδημίᾳ· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης, ἐν Λυκείῳ. Μετέπειτα δὲ ἀνταρσίας γενομένης ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, ἦλθεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Χαλ-

tim multorum utilitati conſuluit, declarabunt, quae feruntur, epiſtolae eius familiares ſuper nonnullis ad regem. Quod autem & publice multis profuerit, indicio eſt urbs Stagirae ſolo aequata, & hortatu ſuaſuque ſuo ab Alexandro in integrum reſtituta: quare etiam Stagiritae ſollemnia celebrant Ariſtoreli, dicta *Ariſtotelea*, & menſem, in quem ſollemnia incidunt, *Stagiriten* appellant. Ereſſum quoque, Theophraſti patriam, cum cogitaret Alexander rex gravi mulctare infortunio, periculo Ariſtoteles exemit. Poſtea autem, Speuſippo vita functo, Athenienſes legatos mittunt ad ſe arceſſitum Ariſtotelem; atque ita duo hi, Ariſtoteles & Xenocrates in Platonis ſchola ſucceſſerunt; Xenocrate quidem in Academia docente, Ariſtotele vero in Lyceo. Poſt haec autem, facta ab Athenienſibus quibuſdam in eum conſpi-

κίδι, εἰρηκὼς τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι Οὐκ ἐάσω ὑμᾶς δὶς εἰς Φιλοσοφίαν ἁμαρτεῖν. καὶ γὰρ ἤδη ἦσαν τὸν Σωκράτην Φονεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι. ἐδήλωσε δὲ καὶ Ἀντιπάτρῳ τῷ βασιλεῖ, ὅτι τὸ [ἐν] Ἀθήνησιν ἐνδιατρίβειν, ἐργῶδες. εἶτε δὲ καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἔπος·

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

ὡς ἐκ τούτων ἐλέγχων τὰς τῶν Ἀθηναίων συκοφαντίας. ἐπανέρχεται δ' αὖθις ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ πολλὰ ἐδυνήθη παρὰ τοῖς τότε βασιλεῦσι, παρὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παρὰ τῇ Ὀλυμπιάδι τῇ τούτου μητρὶ, καὶ παρ' Ἀντιπάτρῳ τε καὶ Φιλίππῳ. τῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ περὶ βασιλείας ἔγραψεν ἐν ἑνὶ μονοβίβλῳ, παιδεύων αὐτὸν, ὅπως δεῖ βασιλεύειν. ἀμέλει καὶ συνώδευσεν αὐτῷ μέχρι καὶ ἔσω τῶν Βραχμάνων, ἐν᾽ ἔστησε τας διακοσίας πεντηκονταπέντε πολιτείας. συνώδευσι δ' αὐτῷ καὶ ἐν τῇ Περσίδι· ἔνθα πο-

ration, Ariſtoteles Chalcidem ſe recepit, dixitque Athenienſibus: *ego vero vos non ſinam bis in philoſophiam peccare.* Socratem enim iam interfecerant Athenienſes. Significavit quoque Antipatro regi, periculoſum eſſe Athenis vitam degere. Uſurpavit etiam verſum illum Homericum:

Pyrus ſupra pyrum ſeneſcit, & ficus ſupra ficum,

arguens ita Athenienſium calumniandi pruritum. Igitur rediit Ariſtoteles in Macedoniam, magnaque fuit auctoritate apud tum temporis reges, Alexandrum, matremque eius Olympiadem, nec non Antipatrum & Philippum. In Alexandri uſum compoſuit librum *de regno* ſingularem, quo eum edocuit, quomodo regnare oporteat. Certe eum comitatus eſt uſque ad Brachmanas, in quo itinere opus de legibus & inſtituris civitatum CCLV conſtruxit. Peragravit quoque cum eo Perſidem: bello au-

λέμου γενομένου, καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὑπέστρεψεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι. Μέτριος δὲ γέγονεν ὁ ἀνὴρ οὗτος τοῖς ἤθεσιν εἰς ὑπερβολήν· ἐν Φιλοσοφίᾳ δ' ὑπερβέβηκε τὰ ἀνθρώπινα μέτρα, μηδὲν ἐλλιπὲς περὶ αὐτῆς πραγματευσάμενος· ἀλλὰ καὶ πολλὰ αὐτῇ προσθεὶς ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀγχινοίας, τὴν ὅλην κατώρθωσε Φιλοσοφίαν. τῇ μὲν γὰρ λογικῇ προσέθηκε, διακρίνας τοὺς κανόνας ἀπὸ τῶν πραγμάτων, καὶ ποιήσας τὴν ἀποδεικτικὴν μέθοδον. οἱ γὰρ πάλαι ἀποδεῖξαι μὲν ἤδεσαν, ἀποδείξεις δὲ ποιεῖν οὐκ ἠπίσταντο· ταυτὸ πάσχοντες τοῖς σκυτοτομεῖν μὲν μὴ δυναμένοις, ὑποδήμασι δὲ χρῆσθαι δυναμένοις. τῇ δέ γε Φυσικῇ προσέθηκε τὴν πέμπτην οὐσίαν. τῇ δὲ Θεολογίᾳ εἰ καὶ μηδὲν προσέθηκεν, ἀλλ' οὖν οὐδὲν περὶ αὐτῆς ἐλλιπὲς ἐπραγματεύσατο. οὐ γὰρ τὰ ἐγκόσμια μόνα ἤδει, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ

tem ibi exorto, & Alexandro mortuo, reverſus eſt Ariſtoteles in patriam. Mira fuit vir iſte morum lenitate & comitate; in philoſophia autem modum ingenii humani exceſſit, nil imperfecti de ea ſcriptum relinquens, multis potius illi proprio ingenii acumine additis, univerſam ſtabilivit philoſophiam. Logicen quidem auxit, diſputandi praecepta ſeparando a rebus, de quibus diſputatur, docendoque demonſtrandi rationem. Veteres enim demonſtrare quidem noverant, demonſtrationes tamen facere neſciebant; fere ut ii, qui calceos quidem conficere neſciunt, calceis tamen uti norunt. Phyſicae autem addidit quintam eſſentiam. In Theologia, etſi nihil novi invenerit, nihil tamen imperfecti de ea compoſuit. Nam non ea ſolum, quae ad hunc mundum pertinent, novit, ut nonnulli exiſtimant, ſed illa quoque,

ὑπερκόσμια· ὡς δηλοῖ καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως, λέγων, ὅτι τὸ πρῶτον αἴτιον οὐδὲ καθ' ἑαυτὸ κινητόν ἐστιν, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκός· ἐκ τούτου ἐνδεικνύμενος, ὅτι οὐδὲ σῶμά ἐστι τὸ θεῖον, οὐδὲ παθητόν. ἔζησε δὲ τὸν σύμπαντα χρόνον ὁ Ἀριστοτέλης ἔτη ἑξηκοντατρία. ἑπτακαιδέκατον γὰρ ἔτος ἄγων, ὅτε τῷ Σωκράτει, καὶ τούτῳ σύνεστιν ἔτη τρία· συνῆν δὲ καὶ τῷ Πλάτωνι ἔτη εἴκοσι· μετὰ δέ γε τὴν τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν, ἔζησεν ἔτη εἰκοσιτρία. Ταῦτα λέγειν ἔχομεν περὶ τοῦ βίου τοῦ Ἀριστοτέλους.

quae ſupra hunc mundum ſunt; ut declarat in libro octavo auſcultationum phyſicarum, ubi ait, primam cauſam neque per ſe, neque per accidens mobilem eſſe, oſtendens inde, ens divinum nec eſſe corpus, nec ullo modo patibile. Vixit omnino Ariſtoteles annos ſexaginta tres. Nam annum agens decimum ſeptimum ad Socratem acceſſit, quocum vixit annos tres: verſabatur autem cum Platone annos viginti: poſt Platonis vero obitum vixit annos viginti tres. Haec ſunt, quae de vita Ariſtotelis dicenda habuimus.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

NOTAE IN AMMONII VITAM ARISTOTELIS.

Pag. 43. *l.* 2. ΚΑΤ' ΑΜΜΩΝΙΟΝ) Tribuitur haec Vita Aristotelis, operibus eius vulgo praemissa, Ammonio Alexandrino, Hermeae filio, quandoquidem commentario in Categorias, quem ad eundem Ammonium plerumque referunt, in nonnullis huius Codd. praefixa est. Occurrunt autem in ea cum minus Graece dicta, tum quae a doctissimo Aristotelis interprete profecta esse, vix tibi persuadeas. Quis enim Ammonium credat tam absurdum, ut Aristotelem per tres annos Socratis, qui diu ante mortuus esset, discipulum, eundemque Alexandri in itinere per Asiam usque ad Indos comitem fuisse, nec nisi post regis demum mortem in patriam rediisse, temere asseruerit? Quare exstitere etiam, qui hanc Vitam Aristotelis Ammonio abiudicandam, & cuidam potius librario imperito assignandam esse censerent, in quorum numero fuit Fr. Patricius Disc. Peripat. T. I, lib. I, p. 7. Nos quidem, quamvis Patricii rationes ex ipsa vitae indole petitas satis validas existimamus, aliis tamen, iisque magis adhuc idoneis rationibus adducti, sententiae eius adstipulamur. Primum enim ipsius commentarii in Categorias non Ammonius, sed Io. Philoponus Grammaticus auctor dicendus est. Sunt utique Codices, in quibus ille sub Ammonii nomine exhibetur, ut in duobus Mediceis Cod. XXXV, Plut LXXI, & Cod. XII, Plut. LXXII, (Bandinii Catal. bibl. Laurent. T. III, p. 26, 33) & in uno Coisliniano (Montfaucon Catal. Codd. bibl. Coisl. p. 220); ab altera tamen parte sunt quoque, in quibus, aut omisso plane auctoris nomine, ut in alio Mediceo Cod. III, Plut. LXXI, (Bandin. T. III, p. 5) reperitur, aut Ioanni Philopono diserte adscribitur, quemadmodum in Mediceo memorato a Bandinio T. III, p. 6, & in Veneto ex bibliotheca ad D. Marci in elencho Codd. a nobis pluribus notato. Difficultas autem, quae nunc quidem exoritur, quod in hac Codicum discrepantia, cuiusnam auctoritatem sequaris, vix tuto pronuntiare ausis, tollitur prorsus inscriptione commentarii in praestantissimo Codice Vindobonensi: Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου σχολικαὶ ἀποσημειώσεις εἰς τὰς Ἀριστοτέλους δέκα κατηγορίας· quam inscriptionem verissimam esse, exinde elucet, quod ab Ammonii ἀποσημειώσεσι Philoponi ἰδίαι ἐπιστάσεις, quae in edd. commentarii confusae cum illis sub uno Ammonii nomine leguntur, in hoc Codice accurate distinctae sunt. Lambec. Comment. de bibl. Vindobon. T. VII, p. 143. Hinc autem manifestum fit, eorum Codicum auctoritatem praeferendam esse, quos postremo loco nominavimus. Igitur commentarius in Categorias, quem Ammonio tribuunt, a Philopono concinnatus & editus est, etsi quoad argumentum partim huic, partim Ammonio debeatur. Iam vero, quod de commentario valet, id fortasse etiam de Vita Aristotelis ei praemitti solita valebit, saltem eatenus, quod ea

non magis, quam commentarius, ad Ammonium auctorem referri possit. Enimvero Ioannem Philoponum Vitam Aristotelis conscripsisse etiamsi statuamus, redit tamen eo disputatio, unde exorsa est; manet semper hoc, tradi in ea, quae hominem tam eruditum, qualem Philoponum quoque fuisse scimus, tradidisse vix probabile sit. Verum hanc quoque litem iterum ex Codicibus dirimi posse arbitramur. Exstant Codices, in quibus Vita Aristotelis reperitur sine ullo auctoris nomine, nec cum commentario in Categorias coniuncta. Inter Codices Matritenses ab *Iriarte* recensitos unus est, praeter Organi Aristotelis libros quosdam Vitam quoque philosophi, sed ἀδέσποτον, continens, uti & alius Codex Diogenis Laërtii, in quo post Vitam Aristotelis a Laërtio conscriptam nostra Vita legitur, cui tamen ipse Constantinus Lascaris, a quo Codex exaratus est, inscripsit, Βίος Ἀριστοτέλους ἄλλως ἀνωνύμου, nullo addito auctoris nomine. (Iriarte Cat. Codd. Graec. bibl. Matrit. Vol. I, p. 53, 26.) Igitur veteres librarii auctorem Vitae ignorarunt. Quod si autem Philoponus eam commentario in Categorias ipse praemisisset, ita ut librarios eam ex Codicibus commentarii exscribere oporteret, qui quaeso factum est, ut illi Philoponi nomen, quem auctorem vitae tum ignorare minime possent, non apponerent? Supersunt porro Codices commentarii in Categorias, in quibus Vita Aristotelis omnino omissa est. Huc pertinent Codices Medicei XXXV, Plut. LXXI, & XII, Plut. LXXII, supra iam laudati, & Codex Parisiensis MDCCCXLIX, qui omnes statim a prooemio in universam philosophiam, non a Vita Aristotelis, incipiunt. Cur autem librarii hanc vitam non exscriberent, si ea vere a Philopono contexta & quasi cum ipso commentario coniuncta fuisset, nullam causam videmus. Recte itaque ponere posse cum Patricio nobis videmur, Vitam hanc Aristotelis a librario quodam imperito, aut a Graeculo seriori compilatam, commentario Philoponi in Categorias deinde praefixam, & recentioribus temporibus, cum veri auctoris nomen sive non adiectum, sive obliteratum esset, sub Ammonii nomine, quippe cui soli commentarius in Categorias tribueretur, vulgatam esse. Monendum adhuc est, textum Graecum nos non integrum habere. Patet hoc ex veteri versione Latina a P. Nunnesio edita, & a nobis, etsi ea horrido sermone expressa sit, adiuncta, in qua insunt, quae in Graeco desideramus, rursus omittuntur, aut aliter dicuntur, quae in illo legimus: quare nos quidem suspicamur, Vitam, quam nunc habemus, alius antiquioris tantum epitomen esse, a librariis passim denuo interpolatam. Ceterum prodiit haec Vita Aristotelis separatim Graece & Lat. una cum veteri translatione & Petri Ioannis Nunnesii erudito commentario Lugd. Batav. 1631, 8, (cura Lucae Holstenii, ut ipse innuit in libello *de vita & scriptis Porphyrii* cap. I) & Helmstadii 1666, 4, cum eiusdem Nunnesii *institutione philosophiae Peripateticae* & oratione *de causis obscuritatis Aristotelis, earumque remediis*. Subiuncta quoque est Sebastiani Foxii Morzilli *de ratione studii philosophici* libello, & quidem cum notis Nunnesii, Lugd. Batav. 1621, 12.

cod. l. 8. Ὁ τε Νικόμαχος καὶ ἡ Φαιστὶς) Abundant haec, nec expressa sunt ab interprete Latino: quare e glossa in textum irrepsisse ea putat Nunnesius in notis ad hanc Vitam p. 28.

Pag. 44. *l.* 6. Πυθιάδα) Vulgo Πυθαΐδα. Verum apud Sextum Emp. adv. Mathematicos I, 12, p. 271, ubi de viris agitur, quibus nupsit Aristotelis filia, vocatur illa Πυθιάς, ut adeo hoc loco utique legendum sit Πυθιάδα, approbante etiam Menagio, qui in Obss. ad Laërt. T. II, p. 191, hunc locum exscripsit.

ead. l. 9. Περὶ Ποιητικῶν καὶ πρὸς ποιητὰς) Rectius forsitan legi περὶ ποιητικῆς καὶ περὶ ποιητῶν, ut apud Diogenem Laërtium, bene coniecit Sylburgius.

Pag. 45. *l.* 15. Φιλτάτη) Φιλτέρα idem legere maluit. In versu abhinc secundo praeclare coniecit Casaubonus πῆ pro vulgato μή.

Pag. 46. *l.* 7. Ἐνιδρύσατο) Subintelligendum est, τούτῳ τῷ τόπῳ. Sylb. emendare voluit ἀνιδρύσατο, quod tamen non necesse est ut substituas. In versu proximo reposui οὐδὲ pro vulgato οὔτε. Prius legitur in ipso fragmento elegiarum ad Eudemum, in commentario Olympiodori ad Gorgiam Platonis obvio, quod integrum afferam, cum distichon ex duobus eius versibus conflatum sit:

Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον,
Εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις·
Ὃς μόνος, ἢ πρῶτος θνατῶν κατέδειξεν ἐναργῶς
Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων,
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνὴρ,
Οὗ νῦν δ' ἐστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτά ποτε.

Quin istud fragmentum ad Aristotelem pertineat, valde equidem dubito, etsi carminum elegiacorum eius passim apud alios quoque mentio fit. Quod si enim hi versus Aristotelem ipsum auctorem haberent, intelligi nequit, cur ille in tertia persona de se locutus fuerit; qui mos apud seriores demum poëtas & scriptores obtinuit; neque philosophum ipsum gratum suum erga Platonem animum carmine celebrasse, probabile est. Mihi potius hoc fragmentum carminis esse videtur, quod ab alio in laudem Aristotelis confectum, atque Eudemo, huius discipulo & familiari, inscriptum, postea in numerum elegiarum Aristotelis ad Eudemum transiit.

Pag. 47. *l.* 4. Κατασκαφθεῖσαν) Mollius κατασκαφεῖσαν, ut apud Laërtium. *Sylb.*

ead. l. 6. Ἀριστοτέλειαν) Sic recte ed. Ald. & edd. recentiores. Aliae Ἀριστοτέλεια. Male.

ead. l. 9. Μέλλουσαν ἀδικηθῆναι — ἐλύτρωσε τῆς ἀδικίας) Pro ἀδικηθῆναι & ἀδικίας coniecit Nunnesius ἀοικηθῆναι & ἀοικίας. Sed nihil est mutandum.

Pag. 48. *l.* 4. Ἐκ Ἀθήνησιν) Praepositio ἐκ rectius expungetur; vel adverbio in nomen versa legendum ἐν Ἀθήναις. *Sylb.* Versus, qui sequitur, ex duobus Homericis concinnatus est, Odyss. H, 120:

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ·
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

ARISTOTELIS VITA

EX VETERE TRANSLATIONE.

ARISTOTELES philoſophus, de gente quidem fuit Macedo, patria vero Stagirita. Stagira autem civitas eſt Thraciae, vicina Olyntho & Methonae. Filius autem fuit Nicomachi & Phaeſtidis, ambobus a Machaone Aſclepiade deſcendentibus. Sic deſignat Epigramma, quod fuit in ipſum, ſic dicens:

Phaeſtide fuit matre, & Nicomacho genitore,
Qui deſcenderunt ab Aeſculapio, inſignis Ariſtoteles.

Genitus autem eſt eis non ſolum Ariſtoteles, ſed Arimneſtus & Arimneſte. Nicomachus autem medicus fuit Amyntae, regis Macedonum, patris Philippi, & ad memoriam proprii patris Ariſtoteles ſuum filium Nicomachum appellavit: cui & Nicomachia Ethica ſcripſit. Itaque habitus fuit quidem eius circa Philoſophiam & Medicinam a patre, & propria prima generatione. Poſt mortem Nicomachi & Phaeſtidis parentum, ducitur ad quendam Proxenum Atarnenſem: cuius etiam educationis recordatus Ariſtoteles non ſolum eius filium Nicanorem educavit, & omni doctrina erudivit, verum etiam eum ſibi filium adoptavit, & moriens in ſuo teſtamento iuſſit ſuam filiam nomine Pythiada, genitam a Pythiade, tradi illi Nicanori in uxorem. Ariſtoteles autem iuvenis adhuc exſiſtens doctrinam eloquentiae docebatur, ut declarant Homerica commenta ſcripta ab eo, & Iliadis dictamen, quod dedit Alexandro, & dialogus de Poëtis, & tractatus de Poetica, & Rhetorica. Factus autem XVII annorum, & Pythia praecipiente, ipſum philoſophari, mittitur Athenas: ubi adhaeſit Socrati, & moratus eſt cum eo tribus annis uſque ad finem vitae ipſius. Mortuo autem Socrate, Platonem adit, cum eoque annos viginti verſatus eſt,

ſicut ipſe declarat mittens Philippo, [*in epiſtola ad Philippum*,] & tantam adeptus eſt dilectionem Platonis & diligentiam circa ſtudium philoſophiae, ut Plato domum Ariſtotelis domum lectoris vocaret, & ſaepe dicebat, eamus ad domum lectoris, &, ipſo abſente a lectione, clamabat, intellectus abeſt, ſurdum eſt auditorium. Vixit autem poſt mortem Platonis annis XXIII, partim quidem docens Alexandrum, filium Philippi, partim autem peragrans cum ipſo multam terram, partim autem componens libros, partim munere doctoris eminens. Non enim verum, quod aedificavit Ariſtoteles Lyceum contra Platonem vivum exſiſtentem, ſicut Ariſtoxenus accuſavit, & Ariſtocles poſtea. Adhaeſit autem Platoni uſque ad finem ſuum. Plato autem natus fuit Diotimo dominante Athenienſibus, & vivens annis LXXXI finivit vitam ſuam ſub Theophilo. Ariſtoteles autem natus ſub Diotrephe, & vivens annis LXIII, moritur in tempore Philoclis. Adhaeſit autem Ariſtoteles Platoni tempore Nauſigenis: & fuerunt a Theophilo, ſub quo moritur Plato, uſque ad Philoclem, anni XXIII, quibus Ariſtoteles ſupervixit Platoni. Non igitur ſic quidem mentiuntur, quod XL annis immoratus eſt Ariſtoteles ſub Platone tempore Eudoxi? Ariſtotele enim vivente LXIII annis, tres anni tantum reſtarent a morte Platonis, ablatis XVII annis, quibus ſtuduit in trivio, tribus, quibus ſtuduit cum Socrate, & ablatis XL, quibus ſtuduit cum Platone (ut ipſi aiunt), in tribus annis non ſolum non fuit poſſibile tanta componere, ſed etiam nec facile legendo tranſcurrere, ſicut Philochorus hiſtorizavit: & etiam non fuit conveniens, Ariſtotele extraneo exſiſtente, poſſe facere contra Platonem, qui erat civis, & valde potens propter Chabriam & Timotheum, principantes Athenienſibus, & genere ſibi cognatos. Poſt mortem autem Platonis Speuſippus recepit ſcholas Platonis. Fuerat enim hic filius Potones, ſororis Platonis. Ariſtoteles autem nutritus eſt in Macedonia, ubi docet Alexandrum, filium Philippi, (& in tantum fuit honora-

tus a Philippo, & Olympiade matre Alexandri, quod illi conſtruxerunt vel conſtituerunt cum ſuis ſtatuam) & in magna parte fuit concors regni ipſius, & multum laboravit pro rege: &, cum eſſet magna pars potentiae ad benefaciendum, potentia oportune uſus eſt bene faciens, & ſingulis proprie, & omnibus communiter. Et quod multis proprie benefecerit, declarant miſſae ab eo epiſtolae de quibuſdam ad regem. Quod autem & communiter benefecit multis, & demonſtrat illud, quod ſcilicet civitatem ſuam Stagiram, dirutam prius a Philippo, induxit Alexandrum regem iterum reaedificare, & regionem aliam ipſi tradi. Propter quod & Stagiritani feſtivitatem celebrabant Ariſtotelis, Ariſtoteliam ipſam vocantes, & menſem, in quo feſtivitas celebratur, Stagiritem nominabant, & etiam Ereſſum, urbem Theophraſti & Phaniae, ſuorum diſcipulorum, debentem deſtrui, liberavit deſtructione. Stagiritani autem duxerunt corpus Ariſtotelis, mortui in Chalcide, in Stagiram, & altare conſtruxerunt in monumento, locum illum Ariſtoteleum appellantes, & illuc ad concilium congregabantur. In multis autem & Athenienſibus benefecit, ut declarant tractatus, qui ſunt ad Philippum. Itaque Athenienſes in acropoli ſtatuam illi conſtruxerunt. Ut autem & omnibus hominibus univerſaliter benefaceret, ſcripſit Alexandro librum unum de Regno, docens ipſum, qualiter oporteat regnare, & in tantum movit animam Alexandri ad faciendum, quod dicebat: quod non benefeci aliquibus hodie, non regnavi. Quod aequale, aegrotans modice morbo ephemero, illa die operationes ſanorum non facit. Iuvene autem exiſtente Alexandro, & militante contra Perſas, eundo cum eo, nec tunc abſtinuit philoſophari. Tunc enim compoſuit hiſtoriam ducentarum & quinquaginta politiarum, & aſſociavit ipſum uſque ad Perſam, & bello facto rediit ad ſuam patriam, [& ultro anticipatur.] Suſcipiens autem Alexander regnum, in honore habuit Ariſtotelem, in quantum Alexander vixit. Speuſippo autem, nepote Platonis, mortuo, ſuos diſcipulos

ſuſcipiunt Xenocrates & Ariſtoteles ſapientiſſimi. Et Ariſtoteles quidem legebat in Lyceo, Xenocrates in Academia, ubi & Plato ſtudebat. Non enim, ſicut Ariſtoxenus & Ariſtocles poſterius dicunt, Platone vivente, & in Academia docente, Ariſtoteles contra aedificavit Lyceum: & hoc tentant quidam dicere, propter id, quod in pluribus contradicit Platoni: ad quos dicendum, quod non ſimpliciter contradicit Platoni, ſed non intelligentibus ea, quae ſunt Platonis cogitata. Si autem contradicit Platoni, non eſt inconveniens. Et in his enim ea, quae ſunt Platonis, cogitat. Platonis enim eſt ſermo, Quod magis oportet de veritate curare, quam de aliquo alio; & alibi dicit, Amicus quidem Socrates, ſed magis amica veritas; & in alio loco, De Socrate parum eſt curandum, de veritate vero multum. Hoc igitur & Ariſtoteles fecit, etſi non deſtruxit dicta Platonis: quamvis in his conſona ipſi fecit, nolens deſpicere veritatem. Habuit autem multam dilectionem erga Platonem Ariſtoteles, & quod ſit verum, patet ex eo, quod aram conſecravit ei, in qua ſcripſit ita:

Aram Ariſtoteles fundavit hanc Platonis,
Viri, quem non eſt conveniens malis laudare.

Forte autem non ad ea, quae videntur, oppugnavit Platonem, ſed ad eos, qui ipſa male intelligunt. Sicut & genitum eſſe coelum, in libro, qui eſt de Coelo. Quidam enim ſecundum tempus ipſum intellexerunt, ſed non ſecundum cauſam eſſe. Ideas etiam in Metaphyſica. Quidam enim extra intellectum ipſas poſuerunt, & alii propria ſenſibilia arbitrati ſunt ipſas, ut hominem immortalem, & equum. Quod enim non vult ipſa omnino non eſſe, demonſtrat in Metaphyſicis, dicens: duplicem eſſe ordinem, hunc quidem in duce eſſe exercitus, hunc autem in exercitu, & alterum eſſe cauſam alterius. Et in libro de Anima: Intellectum, qui eſt ſecundum animam, eſſe res. Multum namque Ariſtoteles moderatus fuit moribus: unde in praedicamentis ait, Non oportet promte definire, ſed quidem multoties conſiderare, & dubita-

re de ſingulis, non eſſe inutile; & in iis, quae de Bono, oportet reminiſci hominem exſiſtentem non ſolum bene fortunatum, ſed demonſtrantem. Et in Ethicis Nicomachiis: Amicus quidem vir, amica autem veritas. Ambobus vero entibus amicis, ſanctum eſt praehonorare veritatem. Et in Meteoris: Horum quidem quaedam dubitamus, quaedam attingimus ſecundum aliquem modum, & in eiſdem non ſemel, nec bis, ſed infinite eaſdem opiniones fieri hominibus: quod non multum ſapientia ſuperbiamus, in quibus invenire videamur. Et talis quidem ſecundum vitam fuit philoſophus. Addidit autem philoſophiae plura, quae ipſe invenit. Ethicae quidem addidit, felicitatem nec in bonis exterioribus conſtare, ſicut Polyaenus ait, nec in anima ſolum, ſicut Plato dicebat, ſed habere quidem formam in anima, coinquinari autem, & conſtringi ſolum ipſam ab exterioribus non bene ſe habentibus, proprie dictionibus utens. Etenim quae coinquinantur, interius ipſam pulchritudinem habent; occultantur autem ſecundum ſolam ſuperficiem, & conſtricta eandem magnitudinem habent ſecundum veritatem. Philoſophiae autem addidit quinctam eſſentiam. Mathematicae vero hexagonium eſſe conum viſivum, propter id, quod in plus incedit viſus, cuius inſpicit magnitudinem, & ſecundum hoc nihil eorum, quae videntur, ſimul totum videtur, & ſic maiorem fieri axem baſe, quae eſt ex hoc, & hexagonum conum perficere. Theologiae vero etiam quamvis nihil addidit, tamen de ea nihil diminute determinavit. Non enim ſolum mundana vidit, ſicut quidam putant, ſed & ea, quae ſunt ſupra mundum, ſicut declarat in octavo de phyſico auditu, dicens: quod prima cauſa nec per ſe mobilis, nec ſecundum accidens, ex hoc demonſtrans, quod divinum nec corpus eſt, neque paſſibile. Compoſuit autem & medicinalia problemata, & phyſica problemata in LXX libris exſiſtentia, & Aſpectiva problemata, & Mechanica, & ſcriptas ab eo Iuſtificationes Graecarum civitatum, cum quibus lites Graecorum de-

terminabat. Scripta autem est ab eo posterius historia politiarum. In Philosophia vero transcendit humanam mensuram, nihil diminute de ea tractans, sed & multa ei adiiciens, ex sui sollertia totam direxit philosophiam. Logicae enim apponit, distinguens regulas a rebus, & faciens demonstrativam methodum. Antiqui enim demonstrare quidem sciebant, idem patientes scindere corium non potentibus, calceis autem uti potentibus. Insurgentibus autem ipsi Athenienſibus, ivit Chalciden, hoc dicens: Non concedam Athenienſibus bis peccare in philosophiam: & mittens Antipatro scribit, Athenis commorari periculosum: & dixit illud Homericum:

Pyrus autem supra pyrum seneſcit, ficus autem supra ficum; successionem accusatorum aenigmatice loquens. Vixit autem Aristoteles annos LXIII. Etenim XVII annos habens adhaesit Socrati, & cum eo stetit tribus annis. Adhaesit autem Platoni XX annis: post mortem autem Platonis vixit annis XXIII; totum utique tempus vitae suae numeratum fuerunt anni LXIII. Et mortuus est in Chalcide, demittens testamentum scriptum, quod fertur ab Andronico & Ptolemaeo cum voluminibus suorum tractatuum. Dimisit autem filium Nicomachum, & filiam Pythiada, proprios autem discipulos Theophrastum, Phaniam, [Plama], Eudemum, Clitum, Aristoxenum, Dicaearchum; tractatus autem numero mille. Multa autem potuit cum regibus, qui fuerunt tempore suo, Philippo, Olympiade, Alexandro, & Antipatro. Plurimum autem usus est organo philosophiae. Proprium autem fuit philosophiae Aristotelis, non discedere ab evidentia. Composuit autem Aristoteles librum de Oratione. Unde Simplicius: Quod enim intelligat & super intellectum, & super substantiam Aristoteles, manifestum est apud finem libri de Oratione, plane dicens: quod Deus aut intellectus est, aut aliquid ultra intellectum.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ ΑΥΤΟΥ.

Ἀριστοτέλης, υἱὸς Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος· (ὁ δὲ Νικόμαχος ἰατρὸς ἦν τοῦ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γένους, ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος·) ἐκ Σταγείρων πόλεως τῆς Θρᾴκης, φιλόσοφος, μαθητὴς Πλάτωνος, τραυλὸς τὴν φωνήν. καὶ ἀδελφοὺς μὲν ἔσχεν Ἀρίμνηστον καὶ Ἀριμνήστην· θυγατέρα δὲ ἀπὸ Πυθιάδος τῆς θυγατρὸς Ἑρμείου τοῦ εὐνούχου· ὃς καὶ θλιβίας ὢν, αὐτὴν ἔσπειρεν· γημαμένη δὲ τρισὶν ἡ Ἀριστοτέλους θυγατὴρ, τεκνώσασα προετελεύτησεν Ἀριστοτέλους τοῦ πατρός. εἶχε δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος παλλακῆς, ἣν μετὰ Πυθιάδα παρὰ Ἑρμείου τοῦ εὐνούχου (ὅστις ἦν ἄρχων Ἀταρνέως· χώρα δὲ αὕτη

ARISTOTELIS VITA ET SCRIPTA.

Aristoteles filius fuit Nicomachi & Phaestiadis; (Nicomachus autem fuit medicus, ex genere Asclepiadarum, ortus a Nicomacho, Machaonis filio;) natus Stagiris, Thraciae urbe, philosophus, Platonis discipulus, lingua balbus. Habuit quoque fratres Arimnestum & Arimnesten; filiam vero ex Pythiade, Hermiae eunuchi filia, qui, licet spado esset, eam genuit; nupta autem tribus viris Aristotelis filia, proleque suscepta, ante Aristotelem patrem vita excessit. Habuit quoque filium Nicomachum ex Herpyllide pellice, quam post Pythiadem ab Hermia eunucho (qui fuit tyrannus Atarnae, regionis Troadis,

Τρωάδος, Εὐβούλου δὲ τοῦ Βιθυνοῦ δοῦλος γεγονὼς) ἔλαβεν· καὶ αὐτοῦ Ἑρμείου παιδικὰ γενομένου Ἀριστοτέλους. Ἦρξε δὲ ἔτη ιγ΄ τῆς Περιπατητικῆς κληθείσης Φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ, ἤτοι κήπῳ, διδάξαι ἀναχωρήσαντα τῆς Ἀκαδημίας, ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. ἐγεννήθη δὲ ἐν τῇ στϐ΄ Ὀλυμπιάδι, καὶ ἀπέθανεν ἀκόνιτον πιὼν ἐν Χαλκίδι, διότι ἐκαλεῖτο πρὸς εὐθύνας, ἐπειδὴ ἔγραψε παιᾶνα εἰς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον. οἱ δέ Φασι νόσῳ αὐτὸν τελευτῆσαι, βιώσαντα ἔτη ο΄, ὡς δέ τινες ξγ΄. Συνέγραψεν βιβλία ἐγγὺς υ΄. Διάδοχοι δὲ αὐτοῦ τῆς σχολῆς κατὰ τάξιν ἐγένοντο οἵδε· Θεόφραστος, Στράτων, Πραξιτέλης, Λύκων, Ἀρίστων, Λύκισκος, Πραξιφάνης, Ἱερώνυμος, Πρύτανις, Φορμίων, Κριτόλαος. Τὰ δὲ συγγράμματα αὐτοῦ, ταῦτα· Περὶ δικαιοσύνης, δ΄. Περὶ ποιητῶν, γ΄. Περὶ φιλοσοφίας, δ΄. Πολιτικὸν, α΄. Περὶ πολιτικῆς,

natus Eubuli Bithyni ſervus) accepit, qui quidem Hermias ipſe amaſius Ariſtotelis fuerat. Docuit autem per tredecim annos philoſophiam Peripateticam dictam, quoniam in peripato, loco arboribus conſito, familiares inſtituit, relicta Academia, in qua Plato docebat. Natus eſt Olympiade nonageſima nona, & mortuus eſt ſumto veneno Chalcide, cum in iudicium vocatus eſſet, quod in Hermian eunuchum paeanem ſcripſiſſet. Alii autem morbo eum obiiſſe tradunt, natum annos ſeptuaginta, ſive, ut alii volunt, annos ſexaginta tres. Scripſit libros prope CCCC. Succeſſores autem eius in ſchola ex ordine fuerunt hi: Theophraſtus, Strato, Praxiteles, Lyco, Ariſto, Lyciſcus, Praxiphanes, Hieronymus, Prytanis, Phormio, Critolaus. Scripta eius haec: De iuſtitia, libri IV; de poëtis, III; de philoſophia, IV; Politicum, I; de

ἢ Γρύλλος, γ'. Νήρινθος, α'. Περὶ πλούτου, α'. Σοφιστικῆς, α'. Περὶ εὐχῆς. Μενέξενος, α'. Περὶ εὐγενείας, α'. Ἐρωτικὸς, α'. Περὶ ψυχῆς, α'. Προτρεπτικὸν, α'. Περὶ ἡδονῆς, α'. Περὶ βασιλείας, α'. Οἰκονομικὸν, α'. Περὶ παιδείας, ἢ Παιδευτικὸν, α'. Συλλογισμῶν, α'. Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, α'. Περὶ ἀρχῶν, ἢ Φύσεως, α'. Ἀλέξανδρος, ἢ ὑπὲρ ἀποικιῶν, α'. Τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος, β'. Περὶ Φιλίας, γ'. Περὶ ἐπιστημῶν, α'. Περὶ εἰδῶν, α'. Λύσεις ἐριστικαὶ, δ'. Περὶ παθους ὀργῆς, α'. Διαιρέσεις Σοφιστικαὶ, α'. Περὶ ἐναντίων, α'. Ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν, γ'. Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, β'. Περὶ στοιχείων, γ'. Ἐνστάσεις, α'. Περὶ τῶν πεσαχῶς λεγομένων, ἢ τῶν κατὰ πρόθεσιν, α'. Προτάσεων, α'. Ἠθικῶν, κ'. Περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως, α'. Προτάσεων ἐριστικῶν, α'. Περὶ ἰδέας, α'. [Ἀναλυτικῶν πρότερων, θ'.] Ἀναλυτι-

Politica, five Gryllus, III; Nerinthus, I; de Divitiis, I; de Sophiſtica, I; de Precatione; Menexenus, I; de Generis nobilitate, I; Eroticus, I; de Anima, I; Protrepticum, I; de Voluptate, I; de Regno, I; Oeconomicum, I; de Inſtitutione, I; Syllogiſmorum, I; de Bono, I; de Principiis & de natura, I; Alexander, five de coloniis, I; Ex Platonis libris de legibus, II; de Amicitia, III; de Scientiis, I; de Speciebus, I; Solutiones eriſticae, IV; de Ira, I; Diaereſes ſophiſticae, I; de Contrariis, I; Hypomnemata epichiretica, III; Propoſitiones de virtute, II; de Elementis, III; Inſtantiae, I; de his, quae quot modis dicuntur, five ſecundum propoſitum, I; Propoſitionum, I; Ethicorum, XX; de Interrogatione & reſponſione, I; Propoſitionum eriſticarum, I; de Idea, I; [Analyticorum priorum, IX;] Analyticorum poſterio-

κῶν ὑστέρων, β'. Προβλημάτων. Μεθοδικά. Περὶ τοῦ βελτίονος, α'. Συλλογισμῶν, β'. Συλλογιστικῶν ὅρων, α'. Περὶ αἱρετοῦ καὶ συμβαίνοντος, α'. Τὰ πρὸ τῶν τόπων, α'. Περὶ ἑκουσίων, α'. Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους καὶ πάθη, α'. Ὁρισμῶν βιβλία ιγ'. Ἐπιχειρημάτων, β'. Περὶ κάλλους, α'. Περὶ δικαίων, β'. Θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ ἐν βιβλίοις κε'. Θέσεις ἐρωτικαὶ ἐν βιβλίοις δ'. Θέσεις φιλικαὶ ἐν βιβλίοις β'. Θέσεις περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίῳ α'. Θέσεις πολιτικαὶ, β'. Πολιτικῆς ἀκροάσεως, κ'. Τεχνῶν συναγωγὴ, α'. Τέχνης Ῥητορικῆς, γ'. Τέχνης, α'. Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ'. Τέχνης ποιητικῆς, β'. Ἐνθυμημάτων Ῥητορικῶν, α'. Περὶ μεγέθους. Ἐνθυμημάτων καὶ αἱρέσεων. Περὶ λέξεως καθαρᾶς, α'. Περὶ συμβουλῆς, α'. Περὶ φύσεως, α'. Περὶ φυσικῶν, α'. Περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας, γ'. Περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, α'. Ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχύτου, α'. Πρὸς τὰ

rum, II; Problemata; Methodica; de Meliori, I; Syllogiſmorum, II; Syllogiſticarum definitionum, I; de Eligibili & accidenti, I; Ante Topica, I; de Voluntario, I; Topica ad definitiones & perturbationes, I; Definitionum libri XIII; Epichirematum, II; de Pulchritudine, I; de Iuſtis, II; Theſes epichirematicae in libris XXV; Theſes eroticae in libris IV; Theſes de amicitia in libris II; Theſes de anima, liber I; Theſes politicae, II; Auſcultationis politicae, XX; Artium collectio, I; Ars rhetorica, III; Ars, I; Artis Theodectae collectio, III; Ars poëtica, II; Enthymematum rhetoricorum, I; de Magnitudine; Enthymemata & electiones; de Dictione pura, I; de Conſilio, I; de Natura, I; de Phyſicis, I; de Archytae philoſophia, III; de philoſophia Speuſippi & Xenocratis, I; Ex libris Timaei & Archytae, I;

Μελίσσου, α'. Πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, α'. Περὶ τῶν Πυθαγορείων, α'. Πρὸς τὰ Γοργίου. Περὶ τοῦ μὴ γενναν. Περὶ ζώων, δ'. Περὶ τῶν συνθέτων ζώων, α'. Περὶ ἀνατομῶν, στ'. Ἐκλογὴ τούτων, α'. Περὶ τῶν μυθολογουμένων ζώων, α'. Περὶ φυτῶν, β'. Φυσιογνωμονικὰ, β'. Περὶ ἰατρικῆς, β'. Σημασίας χειμώνων, α'. Περὶ μονάδος, α'. Ἀστρονομικὸν, α'. Περὶ κινήσεως, α'. Ὀπτικὸν, α'. Περὶ Μουσικῆς, α'. Πέπλον. Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, ζ'. Ἀπορημάτων θείων, α'. Ποιητικὸν, α'. Μνημονικὸν, α'. Φυσικῶν, λη' κατὰ στοιχεῖον. Μεταφυσικὰ, ι'. Προβλημάτων ἐπιτεθεαμένων. Ἐγκύκλιον, β'. Μηχανικὸν, α'. Κύκλον περὶ ποιητῶν, γ'. Προβλημάτων Δημοκριτείων, β'. Περὶ τῆς λίθου, α'. Παραβολῶν, α'. Διατάκτων, ιβ'. Δικαιωμάτων πόλεων, α'. Ἐξητασμένων κατὰ γένος, ιθ'. Ὀλυμπιονίκας, βιβλίον α', ἐν ᾧ Μέναιχμον ἐνίκησεν. Περὶ Μουσικῆς,

Adverſus Meliſſum, I; Adverſus Alcmaeonem, I; de Pythagoreis, I; Adverſus Gorgiam; de Non gignendo; de Animalibus, IX; de Animalibus compoſitis, I; de Diſſectionibus, VI; Ecloga horum, I; de Animalibus mythicis, I; de Plantis, II; Phyſiognomonica, II; de Arte medica, II; Signa tempeſtatum, I; de Unitate, I; Aſtronomicum, I; de Motu, I; Opticum, I; de Muſica, I; Peplus; Quaeſtiones Homericae, VII; Quaeſtiones de rebus divinis, I; Poëtica, I; Memoriale, I; Phyſica XXXVIII ſecundum elementa; Metaphyſica, XX; Problemata propoſita; Encyclium, II; Mechanicum, I; Cyclus de poëtis, III; Problemata Democritea, II; de Lapide, I; Parabolae, I; Ordinata, XII; Iuſtificationes civitatum, I; Diſquiſitiones generales, XIV; Olympionicarum, liber I, in quo Menaechmum vicit; de Muſica,

α΄. Ἐλέγχων σοφιστικῶν, ἢ περὶ ἐριστικῶν νικῶν. Διονυσιακῶν ἀστικῶν καὶ ληναίων, α΄. Νόμων συστατικῶν, α΄. Νομίμων, δ΄. Κατηγοριῶν, α΄. Περὶ ἑρμηνείας. Προτέρων Ἀναλυτικῶν, β΄. Πολιτείας πόλεων ἰδιωτικῶν, καὶ δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν ρνή. Συσσιτικῶν προβλημάτων, γ΄. Ἐπιστολὰς, κ΄. Ἔπη, ὧν ἀρχὴ, Ἀγνὲ θεῶν πρέσβυσθ' ἑκατηβόλε. Ἐλεγεῖα, ὧν ἀρχὴ, Καλλιτέχνου μητρὸς θυγάτερ. Περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, ε΄. Περὶ μακροβιότητος. Εἰ δέ ποτε Ὅμηρος ἐποίησεν τὰς ἡλίου βοῦς; Ἀπορήματα Ἡσιόδου ἐν α΄. Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδους, Χοιρίλου, ἐν βιβλίοις γ΄. Ἀπορημάτων ποιητικῶν, α΄. Αἰτίας ποιητικάς. Προβλημάτων Ὁμηρικῶν, ι΄. Φυσικῆς ἀκροάσεως, ιή. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, β΄. Περὶ μετεώρων, δ΄, ἢ Μετεωροσκοπιά. [Περὶ πλούτου, α΄.] Περὶ τύχης, γ΄. Περὶ ῥητορικῆς τῆς μετὰ φυσι-

I; Elenchi ſophiſtici, ſive de victoriis eriſticis; Dionyſiaca urbana & lenaea, I; Legum convivalium, I; de Iuſtis, IV; Categoriae, I; de Interpretatione; Priorum Analyticorum, II; Inſtituta civitatum ſuo iure utentium, & democraticarum & oligarchicarum, centum quinquaginta octo; Problemata convivalia, libri III; Epiſtolae, XX; Carmina, quorum initium, *Sancte Deorum, venerande, longe iaculans;* Elegiae, quarum initium, *Formoſae matris filia;* de Solonis axibus, V; de Vitae longitudine; Num unquam Homerus ſolis boves finxerit? Quaeſtiones Heſiodeae, I; Quaeſtiones de Archilocho, Euripide, Choerilo, libb. III; Quaeſtiones poëticae, I; Cauſae poëticae; Problemata Homerica, X; Auſcultationis phyſicae, XVIII; de Generatione & corruptione, II; de Meteoris, IV, ſive Meteoroſcopia; [de Divitiis, I;] de Fortuna, III;

κὰ, ι'. Περὶ ζώων ἱστορίας, ι'. Περὶ ζώων κινήσεως, γ'. Περὶ ζώων μορίων, γ'. Περὶ ζώων γενέσεως, γ'. Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. Περὶ τῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐσίας. Περὶ συσσιτίων, ἢ συμποσίων. Περὶ δόξης. Περὶ ἀρετῆς. Περὶ Φωνῆς. Περὶ συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Νόμους ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς. Περὶ ἰατρικῆς, ζ'. Συμμίκτων ζητημάτων, οβ', ὥς Φησιν Εὔκαιρος, ὁ ἀκουστὴς αὐτοῦ. Πέπλον· περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον. Περὶ χρόνου. Περὶ βασιλείας. [Περὶ παιδείας.] Περὶ ὄψεως, β'. Περὶ ἠθῶν Νικομαχείων ὑποθήκας. Περὶ Ἀλεξάνδρου, ἢ περὶ ῥήτορος, ἢ πολιτικοῦ. Τέχνη ἐγκωμιαστικήν. Θαυμασίων ἀκουσμάτων. Ἐγκώμια, ἢ ὕμνους· διάφορα. Ἐρωτικῶν, στ'. [Περὶ εὐγενείας, α'.] Περὶ ἀνθρώπου Φύσεως. Περὶ κόσμου γενέσεως. Νόμιμα Ῥωμαίων. Νομίμων βαρβαρικῶν συναγωγή. Ψευδεπίγραφα δὲ, Ἀνατομὴ

de Rhetorica post Physica, X; de Animalium historia, X; de Animalium motu, III; de Partibus animalium, III; de Generatione animalium, III; de Nili adscensu; de Disciplinarum essentia; de Conviviis aut symposiis; de Gloria; de Virtute; de Voce; de Consuetudine viri & feminae; Leges mariti & uxoris; de Arte medica, VII; Quaestiones mixtae, LXXII, ut ait Eucaerus, eius discipulus; Peplus, varias historias continens; de Tempore; de Regno; [de Institutione;] de Visu, II; de moribus ad Nicomachum praecepta; de Alexandro, sive de Rhetore aut Politico; Ars encomiorum; Auscultationes mirabiles; Encomia sive hymni, varia; Erotica, VI; [de Nobilitate generis, I;] de Hominis natura; de Mundi ortu; Instituta & mores Romanorum; Institutorum apud barbaros collectio. Supposititia autem scripta Ari-

ἀνθρώπου. Ἀπολογία εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα. Γεωργικά. Ἐγκώμιον λόγου. Μαγικόν. Περὶ σωφροσύνης. Ἀλεξάνδρου ἐγκλησία. Ἐγκώμιον πλούτου. Πρὸς Ἀλέξανδρον. Περὶ μεθόδου.

Σμικρὸς, φαλακρὸς, τραυλὸς ὁ Σταγειρίτης,
Λαγνὸς, προγάστωρ, παλλακαῖς συνημμένος,
Ἀναλφάβητος οὐτοσὶ στιχογράφος,
Ἄνους, ἄφρων, ἄγροικος, αὐθάδης, λάλος.

ſtotelis ſunt: Anatome hominis; Apologia pietatis adverſus Eurymedontem; Georgica; Encomium rationis; Magicum; de Modeſtia; Criminatio Alexandri; Encomium divitiarum; ad Alexandrum; de Methodo.

Puſillus, calvus, balbus fuit Stagirita,
Libidinoſus, vorax, inter ſcorta degens,
Pravus idem poëta,
Inſanus, ſtultus, rudis, ſuperbus, loquax.

NOTAE IN ANONYMI VITAM ARISTOTELIS.

Pag. 60. *l.* 1. Edidit primum hanc Vitam Aristotelis incerti auctoris in animadvv. ad Diog. Laert. lib. V, S. 35, T. II, p. 201, Menagius, quocum eam communicaverat Philippus Loisaltaeus. Innotuerat ea Mista iam Octaviano Ferrario, v. lib. de Sermon. exoter. p. 16; optaveratque Nunnesius quoque (ad Vit. Aristot. p. 18), uti ea quondam publici iuris fieret: ceteris enim copiosior est, ad successores Aristotelis librosque eius quod attinet. E notis Menagianis textui Graeco adiunctis nos quidem excerpsimus, quae ad lectionis varietatem spectant.

eod. l. 3. Ἀριστοτέλει, υἱὸς Νικομάχου &c.) Haec & sequentia usque ad verba, ὡς δὲ τοις ἑξ'. leguntur αὐτολεξεὶ apud Suidam v. Ἀριστοτέλης. Pro Φαιστιάδος legendum Φαιστίδος.

Pag. 61. *l.* 16. Περὶ πολιτικῆς, ὃ Γρύλλος) Num forte & hic legendum, περὶ μετεωρικῆς, ut apud Diogenem Laërtium?

Pag. 62. *l.* 12. Ἐνστάσεις α'. Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ἢ τῶν κατὰ τρίβειαν, α'.) Ita legendum ex Laertio. Vulgo, Ἐνστάσεις περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ἢ κατὰ τρίβειαν, α'.

Pag. 64. *l.* 6. Σημειῶν χειμώνων) Sic recte emendavit Menagius. Apud Laertium legitur, Σημεῖα χειμώνων. Male in textu apud Men. Σημμαχίας χειμώνων.

eod. l. 12. Κύκλου περὶ ποιητῶν, γ') Bene Menagius coniicit Κύκλοι, ἢ περὶ ποιητῶν, γ'.

eod. l. 15. Ὀλυμπιονικῶν, βιβλίον α') Ex emendatione Menagii. Legebatur sine sensu, Ὀλυμπιονικῶν βιβλίων, α'.

Pag. 66. *l.* 10. Περὶ τῶν Νικομαχείων ὑποθηκῶν) An legendum potius? περὶ τῶν Νικομαχείων. Ὑποθῆκαι. Sunt vero ὑποθῆκαι, praecepta, qualia sunt Pythagorica illa, quae *aurea carmina Pythagorae* vulgo appellantur. Vid. Menag. ad Laërt. I, 61, T. II, p. 37. In verbis etiam τῶν Νικομαχείων mendum latet.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΟΣ

ΚΑΤΑ ΔΙΟΝΥΣΙΟΝ ΤΟΝ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΑ.

Ἀριστοτέλης, υἱὸς μὲν ἦν Νικομάχου, τὸ γένος καὶ τὴν τέχνην ἀναφέροντος εἰς Μαχάονα τὸν Ἀσκληπιοῦ· μητρὸς δὲ, Φαιστίδος, ἀπογόνου τινὸς τῶν ἐκ Χαλκίδος τὴν ἀποικίαν ἀναγαγόντων εἰς Στάγειρα. ἐγεννήθη δὲ κατὰ τὴν ἐννενηκοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, Διοτρεφοῦς Ἀθήνησιν ἄρχοντος, γ΄ ἔτεσι Δημοσθένους πρεσβύτερος. ἐπὶ δὲ Πολυζήλου ἄρχοντος, τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχων, εἰς Ἀθήνας ἦλθε· καὶ συσταθεὶς Πλάτωνι, χρόνον εἰκοσαετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ. ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίψας,

ARISTOTELIS VITA

EX DIONYSIO HALICARNASSEO.

Aristoteles filius fuit Nicomachi, qui genus & artem referebat ad Machaonem, Aesculapii filium; matre natus Phaestide, a Chalcidensi quodam oriunda, ex eorum numero, qui Stagira coloniam deduxerunt. Natus autem est Olympiade XCIX, triennio Demosthene maior, praetore Athenis Diotrephe. Polyzelo autem praetore, patre mortuo, decimum octavum annum agens, Athenas venit, & Platoni commendatus, viginti annos cum eo exegit. Platone autem, Theophilo praetore, mortuo, abiit ad Hermiam Atarnae tyrannum: ac triennium apud eum

ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος εἰς Μιτυλήνην ἐχωρίσθη· ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Φίλιππον ἦρχετο, κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, καὶ διέτριψε χρόνον ὀκταετῆ παρ' αὐτῷ, καθηγούμενος Ἀλεξάνδρου. μετὰ δὲ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἐπ' Εὐαινέτου ἄρχοντος ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας, ἐσχόλαζεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος, ἀπάρας εἰς Χαλκίδα, νόσῳ τελευτᾷ, τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βιώσας ἔτη.

commoratus, Eubulo praetore Mitylenas ſeceſſit: inde ad Philippum venit, Pythodoto praetore: apud quem Alexandrum inſtituens, octo annos exegit. Poſt Philippi obitum, Euaeneto praetore, profectus Athenas, duodecim annos in Lyceo ſcholas habuit. Decimo tertio autem, Alexandro mortuo, praetore Cephiſodoro, Chalcidem migravit, ibique ex morbo deceſſit, cum tres & ſexaginta vixiſſet annos.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ΗΣΥΧΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

Ἀριστοτέλη τὸν Σταγειρίτην φασὶ παιᾶνα εἰς τὸν θλαδίαν Ἑρμείαν ποιήσαντα, ὃς ἦν αὐτοῦ πενθερὸς, κατακριθῆναι πιεῖν ἀκόνιτον, καὶ ἀποθανεῖν. Οὗτος βούλεται διττὸν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον· τὸν μὲν, πρακτικόν· τὸν δὲ, θεωρητικόν. καὶ τοῦ πρακτικοῦ τό, τε ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν, οὗ τάτε περὶ πόλιν καὶ τὰ περὶ οἶκον γεγράφθαι. τοῦ δὲ θεωρητικοῦ, τόν τε φυσικὸν καὶ λογικόν· οὗ τὸ λογικὸν οὐχ ὁλομερῶς, ἀλλ' ὡς ὄργανον προσηκριβωμένον. καὶ τούτου διττοὺς ὑποθέμενος σκοποὺς, τό τε πιθανὸν καὶ τὸ ἀληθὲς διεσάφησε. δύο δὲ πρὸς ἑκάτερον δυνάμεσιν

HESYCHII MILESII
DE ARISTOTELE LOCUS.

Aristoteles Stagirites memoratur paeana feciſſe in Hermiam eunuchum, ſocerum ſuum, eaque de cauſa iudicum ſententiis condemnatus cicutae poculum hauſiſſe, atque ita occubuiſſe mortem. Hic duplicem vult philoſophiae eſſe doctrinam, unam *practicam*, alteram *theoreticam*: & ad practicam quidem pertinere ethicam & politicam, ubi, quidquid ad rem & publicam & familiarem attinet, tractatum ſit; ad theoreticam vero phyſicam & logicam, e quibus logica non leviter adumbrata, ſed tanquam inſtrumentum diligenter elaborata ſit. Cuius etiam duplicem ſtatuens finem, declaravit hunc eſſe veriſimile & verum ipſum. Duabus autem ad utrum-

ἐχρήσατο, διαλεκτικῇ μὲν καὶ ῥητορικῇ πρὸς τὸ πιθανὸν, ἀναλυτικῇ δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ πρὸς τὸ ἀληθὲς, οὐδὲν ὑπολειπόμενος οὔτε τῶν πρὸς εὕρεσιν, οὔτε τῶν πρὸς κρίσιν, οὔτε μὲν τῶν πρὸς χρῆσιν. πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν, τά τε Τοπικὰ καὶ Μεθοδικὰ, παρέδωκε προτάσεων πλῆθος, ἐξ ὧν πρὸς τὰ προβλήματα πιθανῶν ἐπιχειρημάτων εἴποντε εὐπορεῖν· πρὸς δὲ τὴν κρίσιν τὰ Ἀναλυτικὰ πρότερα καὶ ὕστερα· διὰ μὲν οὖν τῶν προτέρων τὰ λήμματα κρίνεται, διὰ δὲ τῶν ὑστέρων ἡ συναγωγὴ ἐξετάζεται. πρὸς δὲ τὴν χρῆσιν, τά τε ἀγωνιστικὰ καὶ τὰ περὶ ἐρωτήσεως ἐριστικά τε καὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων τε καὶ συλλογισμῶν, καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις. κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας τῶν μὲν κατὰ φαντασίαν ἐνεργημάτων, τὴν αἴσθησιν ἀπεφήνατο· τῶν δὲ ἠθικῶν, τὰ περὶ πόλιν καὶ περὶ οἶκον καὶ περὶ νό-

que utitur facultatibus, dialectica & rhetorica ad ea, quae probabilia sunt, analytica & philosophia ad verum; nihil praetermittens, quod vel ad inventionem, vel ad iudicium, vel ad usum requiritur. Ad inventionem autem, & Topica & Methodica, tradidit propositionum multitudinem, e quibus affluens copia verisimilium argumentationum suppeditari ad instituendas quaestiones possit. Ad iudicium Analytica priora & posteriora scripsit: per priora quidem assumtiones iudicat, per posteriora coniunctio exploratur. Ad usum denique tradidit exercitatoria, & quae de interrogatione agunt, & quidquid ad disceptationes spectat, ut & Sophisticos elenchos & syllogismos, atque id genus alia. Sensum definit esse arbitrum ac iudicem veritatis effectuum e phantasia nascentium; mentem vero, rerum moralium iudicem, quatenus rem publicam domesticamque & leges respiciunt.

μους, τὸν νοῦν. τέλος δὲ ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ· ἔφη δὲ τὴν εὐδαιμονίαν συμπλήρωμα ἐκ τριῶν ἀγαθῶν εἶναι· τῶν περὶ ψυχὴν, ἃ δὴ καὶ πρῶτα τῇ δυνάμει καλεῖ· ἐκ δευτέρων δὲ, τῶν περὶ σῶμα, ὑγιείας καὶ ἰσχύος, καὶ κάλλους, καὶ τῶν παραπλησίων· τῶν δὲ ἐκτὸς, πλούτου καὶ εὐγενείας καὶ δόξης καὶ τῶν ὁμοίων. τὴν δὲ ἀρετὴν μὴ εἶναι αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν· προσδεῖσθαι γὰρ τῶν τε περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, κακοδαιμονήσαντος τοῦ σοφοῦ, κἂν ἐν πόνοις ᾖ, κἂν ἐν πενίᾳ καὶ τοῖς ὁμοίοις. τὴν μέντοι κακίαν αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν, κἂν ὅτι μάλιστα παρῇ αὐτῇ τὰ ἐκτὸς ἀγαθὰ, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα. τάς τε ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀνταπολουθεῖν. ἐνδέχεσθαι γὰρ φρόνιμον τινὰ καὶ δίκαιον ὄντα, ἀκόλαστον καὶ ἀκρατῆ εἶναι ἔφη· τὸν σοφὸν μὴ εἶναι μὲν

Finem vero unum declaravit esse, usum virtutis in vita sancta: felicitatem dixit enim esse complementum e tribus bonorum generibus constans, tum animi, cuiusmodi bona facultate prima nuncupat, tum corporis, qualia sunt firma valetudo, robur, pulchritudo, & his consimilia; tum externis rebus, ut opulentia, nobilitate, gloria, & similibus. Virtutem autem negavit sufficere ad consequendam felicitatem: opus namque habere adminiculis a corpore proficiscentibus & bonis externis, quippe cum sapiens infelix futurus sit, sive laboribus conficiatur, sive egestate prematur, aut aliis similibus incommodis. Contra malitiam sufficere ad infelicitatem, etiamsi maxime abundet externis copiis & corporis bonis. Virtutes haud sequi mutuo comitatu dixit. Fieri enim posse, ut prudens aliquis & iustus, idem libidinosus sit & intemperans: nec sapientem esse a perturbationibus vacuum,

ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δέ. τήν τε φιλίαν ὡρίσατο ἰσότητα εὐνοίας ἀντίστροφον· ταύτης δὲ τὴν μὲν εἶναι συγγενικὴν, τὴν δὲ ξενικήν. εἶναι δὲ καὶ τὸν ἔρωτα μὴ μόνον συνουσίας, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας, καὶ ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν καὶ πολιτεύσεσθαι, γαμήσειν τε καὶ βασιλεῖ συμβιώσειν. βίων τε τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, ἡδονικοῦ, πρακτικοῦ, τὸν θεωρητικὸν προέκρινεν· εὔχρηστα δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν. ἔν τε τοῖς φυσικοῖς αἰτιολογώτατος παρὰ πάντας ἐγένετο, ὥστε καὶ περὶ τῶν ἐλαχίστων αἰτίας ἀποδιδόναι. τὸν θεὸν ἀσώματον ἀπέφαινεν, ὡς ὁ Πλάτων· διατείνειν δὲ αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν οὐρανίων, καὶ εἶναι ἀκίνητον αὐτόν· τὰ δὲ ἐπίγεια κατὰ τὴν πρὸς ταῦτα συμπάθειαν κινεῖσθαι. εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ

licet mediocres tantum animi motus ſentiat. Amicitiam definivit eſſe aequabilitatem benevolentiae viciſſim reſpondentem: proficiſci vero eam partim a cognatione, partim ab hoſpitii conſuetudine. Amorem etiam non modo conſuetudini, ſed & philoſophiae tribuendum eſſe; quin ſapientem quoque amaturum, ad reipublicae gubernacula acceſſurum, matrimonio ſe obſtricturum, & cum rege victurum eſſe. Cum triplex ſit vitae genus, contemplativum, voluptarium, & actuoſum, contemplativo primas detulit. Encyclias quoque diſciplinas magno eſſe uſui ad conſequendam virtutem iudicavit. Cauſarum naturalium acerrimus ventilator prae omnibus aliis fuit, ita ut vel minimis rebus cauſas ſuas aſſignaret. Deum incorporeum cum Platone aſſeruit, cuius providentiam ad coeleſtia uſque extendi, ipſum non moveri dixit; terreſtria vero conſenſu ſuo cum coeleſtibus agitari. Ad quatuor elementa & quintum adiecit, ex quo

αἰθέρια συνεστάναι. ἀλλοίαν δὲ αὐτοῦ τὴν κίνησιν εἶναι, κυκλοφορητικὴν γάρ. καὶ τὴν ψυχὴν, ἀσώματον, ἐντελέχειαν οὖσαν τὴν πρώτην· σώματος γὰρ φυσικοῦ καὶ ὀργανικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. διττὴ δ' ἐστὶν αὕτη κατ' αὐτόν. λέγει δὲ τὴν ἐντελέχειαν, ἧς ἐστιν εἶδός τι ἀσώματον· ἡ μὲν κατὰ δύναμιν, ὡς ἐν τῷ κηρῷ Ἑρμῆς ἐπιτηδειότητα ἔχων ἐπιδέξασθαι τοὺς χαρακτῆρας, καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ ἀνδριάς· καθ' ἕξιν δὲ λέγεται ἐντελέχεια, ἡ τοῦ συντετελεσμένου Ἑρμοῦ, ἢ ἀνδριάντος. σώματος δὲ φυσικοῦ, ἐπεὶ τῶν σωμάτων τὰ μέν ἐστι χειρόκμητα, ὡς τὰ ὑπὸ τεχνιτῶν γινόμενα, οἷον πύργος, πλοῖον· τὰ δὲ, ὑπὸ φύσεως, ὡς φυτὰ, καὶ τὰ τῶν ζώων. ὀργανικοῦ δὲ εἶπε, τουτέστι πρός τι κατεσκευασμένου, ὡς ἡ ὅρασις πρὸς τὸ ὁρᾶν, καὶ ἀκοὴ πρὸς τὸ ἀκούειν. δυνάμει δὲ ζωὴν ἔχοντος, οἷον ἐν αὐτῷ. τὸ δυνάμει δὲ ἧττον ἢ κατὰ ἐνέργειαν· κατὰ ἐνέρ-

aetherea corpora conflata ſint. Diverſum autem eius motum eſſe, quippe orbicularem. Animam eſſe incorpoream dixit, & primam *entelechiam* corporis nempe naturalis & organici, potentia vitam obtinentis. Duplex vero haec eſt ſecundum eum. Nominat enim *entelechiam*, cuius forma quaedam ſit incorporea: altera ſecundum potentiam, quemadmodum in cera Mercurius idoneus ad recipiendam effigiem expreſſam, & in aere ſimulacrum; ſecundum habitum vero dicitur *entelechia* abſoluti Mercurii aut ſimulacri. Dixit autem diſerte *corporis naturalis*, quod corporum alia ſint manu artifice facta, ut turris, navigium; alia natura producta, ut plantae & animantium corpora. *Organici* dixit, hoc eſt, ad uſum aliquem deſtinati, quomodo oculus ad cernendum, & auris ad audiendum. Addidit, *potentia vitam obtinentis*, nimirum in ſe. Potentia autem minus eſt, quam actu: ſe-

γειαν μὲν, ὡς ὁ ἐγρηγορὰς λέγεται ψυχὴν ἔχειν· καθ' ἕξιν δὲ, ὡς ὁ καθεύδων· ἵν' οὖν καὶ οὗτος ὑποπίπτῃ, τὸ δυνάμει προστέθηκεν.

cundum actum enim vigil animam habere dicitur, secundum habitum vero dormiens: ut igitur etiam hic comprehenderetur, adiecit, *potentia.*

NOTAE IN HESYCHII MILESII VITAM ARISTOTELIS.

Pag. 72. *l.* 5. Τά τε Τοπικὰ) Vulgo: τάτε Ὀπτικά. Male.

Pag. 73. *l.* 3. Ἀγαθῶν) Sic recte iam in notis ad Hesychium p. 73. pro vulgato ἀνθῶν reposuit Hadr. Iunius.

Pag. 74. *l.* 2. Τὴν μὲν εἶναι συγγενικὴν, τὴν δὲ ξενικὴν) Restituit hanc lectionem ex veteribus quibusdam libris Henr. Stephanus, cuius vide notam ad h. l. p. 96. Vulgo mutato verborum ordine: τὴν μὲν εἶναι ξενικὴν, τὴν δὲ συγγενικὴν, quibus addi iubebat Hadr. Iunius τὴν δὲ ἐρωτικὴν, quod tamen non necesse est, cum in sequentibus statim de amicitia amoris vi conciliata figillatim sermo sit.

eod. l. 5. Πολιτεύσεσθαι, γαμήσειν τε κ. β. συμβιώσειν) Vulgo: πολιτευσασθαι, γ. τ. κ. β. συμβιῶσαι. Minus bene; nam praecessit ἐραστὴν γενέσθαι.

eod. l. 7. Προέχρινεν) Sic melius apud Diog. Laërt. Vulgo ἐνέκρινεν.

eod. l. 9. Ἀντιλεγόντων) Sic dedimus ex Diog. Laërt. pro vulgato αἰτιωμένων.

НБ ОНУ ім. І.І. Мечникова

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΒΙΟΣ
ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

Ἀριστοτέλης, υἱὸς Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος (ὁ δὲ Νικόμαχος ἰατρὸς ἦν τοῦ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γένους, ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος) ἐκ Σταγείρων, πόλεως τῆς Θρᾴκης, φιλόσοφος, μαθητὴς Πλάτωνος, τραυλὸς τὴν φωνήν. καὶ ἀδελφοὺς μὲν ἔσχεν Ἀρίμνηστον καὶ Ἀριμνήστην· θυγατέρα δὲ ἀπὸ Πυθιάδος, τῆς θυγατρὸς Ἑρμείου τοῦ εὐνούχου· ὃς καὶ θλαδίας ὢν αὐτὴν ἔσπειρε. γαμουμένη δὲ τρισὶν ἡ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ, τεκνώσασα προετελεύτησεν Ἀριστοτέλους τοῦ πατρός. ἔσχε δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος παλλακῆς, ἣν ἠγάγετο μετὰ Πυθιάδα παρ' Ἑρμείου τοῦ εὐνούχου, ὅστις ἦν ἄρχων

ARISTOTELIS VITA
EX SUIDA.

Aristoteles, Nicomachi & Phaestiadis filius, (Nicomachus autem medicus fuit ex Asclepiadarum genere, a Nicomacho Machaonis filio oriundus) natus Stagiris, urbe Thraciae, philosophus, discipulus Platonis, balba voce. Fratres habuit Arimnestum & Arimnestem: filiaque ipsi nata fuit ex Pythiade, quam Hermias, licet eunuchus (quippe cuius testiculi elisi erant) genuerat. Tribus autem filia Aristotelis maritis nupta, cum liberos aliquot peperisset, ante patrem decessit. Habuit & filium Nicomachum ex Herpyllide pellice, quam post Pythiadem ab Hermia eunucho, qui princeps erat Atar-

Ἀταρνέως, (χώρα δὲ αὕτη Τρωάδος) Εὐβούλου δὲ τοῦ Βιθυνοῦ δοῦλος γεγονὼς, ἔλαβε· καὶ αὐτοῦ Ἑρμείου παιδικὰ γενομένου Ἀριστοτέλους. ἦρξε δὲ ἔτη ιγ΄ τῆς Περιπατητικῆς κληθείσης Φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ διδάξαι ἀναχωρήσαντα τῆς Ἀκαδημίας, ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. ἐγεννήθη δὲ ἐν τῇ ἐννενηκοστῇ ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι, καὶ ἀπεθάνεν ἀκόνιτον πιὼν ἐν Χαλκίδι, διότι ἐκαλεῖτο πρὸς εὐθύνας, ἐπειδὴ ἔγραψε παιᾶνα εἰς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον. οἱ δέ φασι νόσῳ αὐτὸν τελευτῆσαι βιώσαντα ἔτη ο΄.

Τίμαιός φησι κατὰ Ἀριστοτέλους, εἶναι αὐτὸν εὐχερῆ, θρασὺν, προπετῆ· ἀλλ' οὐ σοφιστὴν ὀψιμαθῆ καὶ μισητὸν ὑπάρχοντα, καὶ τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀποκεκλεικότα, καὶ πρὸς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα. πρὸς δὲ γαστρίμαργον, ὀψαρτυτὴν,

nae, (eſt autem regio Troadis) & Eubuli Bithyni ſervus fuerat, accepit; quem ipſum Hermiam Ariſtoteles adamaverat. Ariſtoteles autem per XIII annos philoſophiae Peripatericae praefuit, ita appellatae, quod cum Academiam, in qua Plato docuerat, liquiſſet, inambulans [in peripato] philoſophiam auditoribus traderet. Natus eſt Olympiade XCIX, & Chalcide hauſto aconito obiit, quod magiſtratus paeanis in Hermiam eunuchum ſcripti rationes ab eo exigeret. Alii vero eum morbo deceſſiſſe tradunt, poſtquam LXX annos vixiſſet.

Timaeus de Ariſtotele dicit, eſſe eum hominem levem, audacem, & temerarium; Sophiſtamque ſero literis eruditum, & odioſum, & qui praeclaram pharmacopolae officinam clauſerit, nec non aulas atque aedes omnes impudenter intrare ſolitus fuerit; praetereaque helluonem, & cupedinarium, ac gulae ubique ſervien-

ἐπὶ στόμα φερόμενον ἐν πᾶσι. δοκεῖ δή μοι τὰ τοιαῦτα μόλις ἄνθρωπος ἀγύρτης καὶ προπετὴς ἐπὶ δικαστηρίου ῥιψολογῶν ἀνεκτὸς φανῆναι. Ὅτι Ἀριστοτέλης τῆς φύσεως γραμματεὺς ἦν, τὸν κάλαμον ἀποβρέχων εἰς νοῦν· ὃν οὐδὲν ἴσως ἐχρῆν τῶν χρησίμων, εἰ καὶ τεχνικώτερόν ἐστι καὶ περιττότερον ἐξειργασμένον, παραιτεῖσθαι.

tem. Quod ſi quis ex illa circumforanea ac ſcurrili turba huiuſmodi verba in iudicio effutiret, ne ferendus quidem mihi videretur. Ariſtoteles naturae ſcriba fuit, calamum in mentem intingens, quem fortaſſe nihil rerum utilium, quamvis artificioſius & accuratius elaboratum eſſet, repudiare oportebat.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ARISTOTELIS VITA
PER ANNOS DIGESTA.

ARISTOTELIS vitam multi iam ex veteribus conscripsere; quorum tamen libri maximam partem praeter pauca fragmenta temporis iniuria perierunt. Laudantur *Apelliconis Teii* & *Hermippi* libri de Aristotele apud Euseb. de Praep. Evang. XV, 2, Athenaeum Dipnos. XIII, p. 589 C. Casaubon. & Diogenem Laërtium V, 1, & alibi. Referendus huc porro est *Apollodorus* Athenienſis, cuius Chronica Laërtius in vita Aristotelis exscripsit. *Aristoxeni* fuere βίοι ἀνδρῶν, in quibus vitae Pythagorae, Archytae, Socratis, Platonis, Aristotelis aliorumque expositae erant. Suidas v. Ἀριστόξενος, Plutarch. in libro, quod non suaviter vivi possit secundum Epicurum Opp. T. II, p. 1093. Euseb. l. l. Cf. Ionsius de scriptt. hist. philos. I, 14, & Fabricii B. G. lib. III, cap. X, p. 257. *Timotheus* Athenienſis inter auctores vitae Aristotelis numeratur a Menagio ad Diog. L. III, 5, IV, 4. *Aristocles* Messenius in libris de philosophia, uti ex fragmentis ab Eusebio servatis apparet, Stagiritae inprimis vitam & placita persecutus erat. Num *Porphyrius* Vitis philosophorum, quarum ab eo contextarum Tzetzes meminit Chil. XI, 534, Aristotelis vitam adiecerit, dubitari potest; negante id Eunapio in prooemio operis de vitis philosophorum & sophistarum. Certius est, vitam Aristotelis exhibuisse *Sotionem*, ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων, magni ambitus opere, postea ab *Heraclide Lembo* in epitomen redacto. Probabile quoque est, Damascium, Isidori & Simplicii discipulum, Aristotelis vitam concinnasse. Memoratur eius φιλόσοφος ἱστορία apud Suidam v. v. Ἰφικρατίδες & Γρηγόριος; sed vide Photium in excerptis ex Damascio p. 1044 ed. Hoeschel. Plures vitae Graecae Aristotelis, partim a

librariis confectae, in bibliothecis adhuc latent. Legitur etiam vita Aristotelis in *Arabica philosophorum bibliotheca*, praeclaro opere, quod MStum exstat in bibliotheca Scorialensi, cuiusque excerpta dedit *Casiri* in bibl. Arab. Hispan. T. I, p. 306.

Recentiores vitae Aristotelis enarratores laudatos vide apud *Bruckerum* hist. crit. philos. Vol. I, p. 777. Memoratu inprimis digni sunt ex his *Franciscus Patricius* & *Andreas Schottus*: quorum alter, praefractus Aristotelis adversarius, initio Discussionum Peripateticarum, (Basil. 1581, fol.) quibus eius laudibus obtrectaret, diligenter conquisivit; alter philosophi vitam una cum vita Demosthenis per Olympiades digessit, interiunctis etiam, quae ex historia Graecorum ad vitam Demosthenis illustrandam faciunt. Prodiit liber Andr. Schotti Aug. Vindel. 1603, 4. Schottum secuti sunt *Rapinus* (*Comparaison de Platon & d'Aristote.* Paris 1671, 12; qui libellus insertus est postea Rap. Opp. T. I, p. 280), *Baylius* Diction. crit. Art. *Aristote*, & *Camusius* (*Camus*) in introductione ad versionem Gallic. librorum Aristotelis *de historia animalium*.

Vitae Aristotelis antiquae, quotquot ad nostram aetatem pervenere, Dionysii Halicarnassei, Diogenis Laërtii, Pseud-Ammonii, Anonymi apud Menagium, Suidae & Hesychii, supra quidem exhibentur: in quibus tamen cum multa inter se repugnantia, alia absque omni fide tradita, reperiantur, recentiorum autem vitae Aristotelis scriptorum nemo rem omnino ad liquidum perduxerit, novam vitam, in qua tum vera a falsis secernerem, tum nonnulla ab aliis praetermissa & neglecta adderem, concinnare, & antiquis subiungere, necessarium mihi visum est.

* * *

Ol. XCIX, 1. ante C. n. 384.

ARISTOTELES natus est Stagiris, urbe Macedoniae in sinus Strymoniaci litore sita, hodie, si Sophianum au-

dias, *Libanova*, ſi Nicetum & Franciſcum Patricium, qui circa ea loca navigarunt, *Macre*, ſi alios, *Nicalida*, a barbaris regionis incolis nuncupata, Diotrephe Athenis archonte, anno a Platone nato XLIV, a Socratis vero natali LXXXV. Pater fuit *Nicomachus*, Machaonis filius, Amyntae, regis Macedoniae, medicus & familiaris, ex ſtirpe Aſclepiadarum; mater *Phaeſtis*, oriunda ab Chalcidenſibus, qui Stagira coloniam deduxerant. Diogen. Laërt. V, 1, ex Apollodori Chronicis. Dionyſ. Halic. in epiſt. ad Ammaeum cap. V, Opp. T. II, p. 193 ed. Hudſon. Athen. Dipnoſ. V, pag. 217 A. Cf. Patricii diſcuſſ. Peripat. T. I, lib. 1, p. 7, & Nunneſium ad Ammonii Vit. Ariſtot. p. 26.

De Platonis anno natali dubitatur: quare Ammonius, ſeu quiſquis auctor vitae Ariſtotelis ſub Ammonii nomine circumferri ſolitae fuerit, & Suidas v. Ἀριστοτέλης, philoſophum Stagiritam XLII annos tantum poſt Platonem natum eſſe volunt. Vid. Menag. Obſſ. ad Diog. Vol. II, p. 134.

Nomen patriae urbis Ariſtotelis apud veteres diverſe ſcribitur. Herodotus VII, 115, Thucydides IV, 88, & Strabo in epit. lib. VII, p. 510 ed. Almelov. eam Στάγειρον vocant. *Stagira* numero ſingulari apud Diogenem Laërtium & Euſebium de Praep. Evang. XV, 2, p. 792 A. ed. Viger. & alios occurrit. *Stagira* numero plurali appellatur illa a Dionyſio Halicarnaſſeo l. l. Pauſania in Eliac. p. 462 ed. Kuhn. Tzetza in Chil. VII, 441, Stephano Byzantino, & Suida v. Στάγειρα. Magna quoque coorta eſt lis, rectiuſne referatur Stagira ad Macedoniam, an ad Thraciam. V. Voſſ. de ſect. philoſ. XVII, p. 81. Cf. Stanleii hiſt. phil. P. V, p. 412. Herodotus & Thucydides videntur hanc urbem Thraciae aſſignare; verum fines Macedoniae poſtea immutati ſunt: quod ſi enim inde a Philippi & Alexandri regno aut Strymonem fluvium, aut Neſſum Macedoniae terminum conſtituas, illa ad Macedoniam pertinebit, & ita Ptolemaeus quoque eam in Macedoniae regione Ampha-

xitide collocat. Non erat barbaris habitata, ſed ſecundum Thucydidem a colonia Andriorum condita, quare Herodotus illam πόλιν Ἑλλάδα diſerte vocat. Succeſſit deinde colonia Chalcidenſium. Conf. Iuſtin. VIII, 3. Bello Peloponneſiaco Stagiritae fuerunt ſocii Athenienſium, a quibus tamen ſaepius defecere. Male cepit interpretem Thucydidis Graecum Nunneſius, quem originem Stagirorum ad Athenienſium coloniam retuliſſe opinatur.

Quod genus Ariſtotelis attinet, aſſentior equidem Tzetzae, qui in Chil. X, 727, cf. XII, 638, Ariſtotelem tropice Aſclepiadem dictum arbitratur, quod medicinam, quam pater & avus profeſſi eſſent, ipſe quoque profiteretur. Verſu illo, τῶν Ἀσκληπιαδῶν δῖος Ἀριστοτέλης, vix philoſophi ſtirps divina probatur: nam medicos omnino Aſclepiadarum nomine inſigniri tritiſſimum. Diog. Laërtius autem & Suidas opinionem de Aeſculapio, ſtirpis Ariſtotelicae conditore, ex Hermippi libris de Ariſtotele repetierunt, qui deperditi ſunt una cum libro Polyanthis cuiuſdam Cyrenaei περὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γενέσεως. Phaeſtidem etiam Aeſculapium gentis ſuae auctorem habuiſſe ſolus teſtatur Ammonius, cuius loco mendum ſubeſſe puto; nam in Epigrammate in Ariſtotelem ſtatim ibi ſubſequenti, Nicomacho tantum ab Aſclepiadeis origo tribuitur, ſi comma poſt v. γενετῆρος ſuſtuleris. Rectius eius genus ab Chalcidenſibus duxit Dionyſius Halicarnaſſeus.

Ol. CII, 2. ante C. n. 371.

Probabile eſt, Ariſtotelem puerili iam aetate liberalibus artibus egregie inſtructum, & rei medicae inprimis ſcientia a patre Nicomacho, quem ipſum ſex libros Ἰατρικῶν & unum Φυσικῶν ſcriptos reliquiſſe Suidas tradit, imbutum fuiſſe. Plura de prima eius educatione in paterna domo cum fide dici nequeunt, cum ne conſtet quidem, quo aetatis anno parentibus ille fuerit orbatus:

nam trimulum eum tum fuisse Andreas Schottus (Vit. compar. Aristotelis ac Demosth. pag. 7.) temere posuit, sicut idem vir doctus Ammonii locum male intellexit, dum Aristotelem inde colligeret adolescentulum adhuc novam feciſſe Iliadis recensionem vulgo τὴν ἐκ νάρθηκος dictam, & praeterea composuisse quaestiones Homericas, libros de re poëtica & de poëtis, quorum operum vel fragmenta virum subactae iam eruditionis & maturioris aetatis produnt.

Post parentum obitum ad *Proxenum* quendam Atarnensem, (diversum a Proxeno Boeoto, qui Xenophontem Cyro iuniori commendavit. Diog. Laërt. II, 49.) ut is consummandae educationis curam susciperet, Aristoteles deductus est, cuius memoriam tam pio & grato animo semper coluit, ut, testamento apud Laërtium si fidem habeas, non modo ipsi & uxori statuas poni, sed eorum quoque filium Nicanorem a se enutritum & adoptatum heredem scribi, eique filiam suam Pythiada in matrimonium collocari iuberet.

Ol. CII, 4. ante C. n. 369.

Quo anno Athenas profectus fuerit Aristoteles, & ad philosophiam animum converterit, non liquet. Tradunt Aelianus V. H. V, 9, Athenaeus Dipnos. VIII, p. 354, & Aristocles Messenius apud Eusebium de Praep. Evang. XV, 2, eum, Proxeno mortuo, bonis ex hereditate paterna acceptis vitae lascivia & intemperantia abliguritis, ad castra se contuliſſe, militiam autem cum infaustis avibus exerceret, taedio eius victum Athenas reversum esse eo consilio, ut philosophiae se daret. Cuius tamen rei nullum alium testem afferunt praeter Epicurum in epistola supposititia περὶ ἐπιτηδευμάτων, cuius auctor, Graeculus nescio quis, insectandi forte Aristotelem libidine, inanes vulgi rumores captasse videtur, & Timaeum Tauromenitanum, scriptorem invidum, calumniatorem, & maledicentissimum, quem ob nimium reprehendendi

ſtudium ἐπιτίμαιον vocavit antiquitas. (vid. Diodor. V, 1, p. 330, T. I, ibique Weſſeling.) Quod iidem narrant, Ariſtotelem per aliquod tempus pharmacopolam & medicum egiſſe Athenis, de eo fortaſſe dubitari minus poteſt, cum pater eius idem vitae genus ſecutus eſſet, & Ariſtoteles non haberet, quo aliunde victum ſibi quaereret: accedit, quod librum de ſanitate & morbo ſcripſerit, & apud Plutarchum Vit. Alex. p. 668 C. Opp. T. II ed. Frcf. Alexandro M. amoris, quo artem medicam hic poſtea amplexus eſt, auctor fuiſſe dicatur.

Ol. CIII, 1. ante C. n. 368.

Teste Ammonio, Ariſtoteles oraculi Delphici effato ad philoſophiae ſtudium excitatus, anno aetatis XVII, Athenis Socratem de rebus ad philoſophiam pertinentibus differentem audire coepit; idemque affirmat Olympiodorus in Gorgiam Platonis prax. 42, qui inter Socratis diſcipulos Cebetem, Platonem & Ariſtotelem refert. Verum uterque egregie fallitur, niſi forte verbis mendum ſurrepſerit. Vid. Leon. Aretini Epiſt. VI, 13; Octaviani Ferrarii lib. de ſermonibus exotericis ſub fin. Nam Socrates Ol. XCV, 1, Lachete archonte, quindecim annos ante Ariſtotelem natum, mortuus erat; & reſponſum oraculi Delphici non minus, quam quo Pythagoras ad philoſophiae ſtudium adductus fertur, ſerioris cuiuſdam Grammatici commentum redolet.

Secundum Apollodorum apud Diogenem, Ariſtoteles anno aetatis XVII ſtatim ad Platonem acceſſit, eiuſque inſtitutione per viginti annos uſus eſt. Refellit Diogenes, Apollodorum ſecutus, diſcedentem ab huius ſupputatione Eumelum, qui in libro quinto hiſtoriarum Ariſtotelem trigenarium Platoni ſe in diſciplinam tradidiſſe contenderat, forte, ut Nunneſius Not. ad Ammon. pag. 41 acute coniicit, quod, dialecticam ante trigeſimum aetatis annum non eſſe diſcendam, apud Platonem legiſſet. Minus ab Apollodoro diſſentiunt Ammonius & Diony-

sius Halicarnasseus cum Eusebio in Chronicis, quorum ille Aristotelem adiisse Platonem arbitratur vigesimo aetatis anno, hi, cum decimum octavum aetatis annum ageret. Prioris dissensus tollitur sublato etiam errore, quo idem Socratis discipulum Aristotelem facit; Dionysii & Eusebii sententiam cum Laërtiana ita conciliare licet, ut Aristotelem, cum ille Platoni se traderet erudiendum, annum XVIII aetatis nondum expleviſse, sed ineunte eo Platonem frequentare coepisse, statuamus.

Ol. CVII, 4. ante C. n. 349.

Hoc anno obortum putat notum illud dissidium inter Platonem & Aristotelem Andreas Schottus, (Vit. Arist. ac Demosth. compar. p. 75) de quo tamen difficile est certi quid pronuntiare, quandoquidem non ab aequalium, sed seriorum scriptorum testimoniis, iisque inter se parum congruis, omnis res pendet. Vid. Aelian. Var. Hist. IV, 9. III, 13. Diog. Laërt. l. l. Helladius Besantinous apud Photium bibl. Cod. CCLXXIX, p. 871 ed. Hoeschel. Augustin. de Civ. VIII, 12. Aristocles ex Aristoxeno apud Euseb. l. l. Theodoret. de Graecarum affect. curat. lib. V, Opp. T. IV, p. 412 ed. Sirmond. Ingenium Aristotelis summum, mentisque acies, qua primo statim intuitu rerum omnium naturam & vim perspicere solebat, Platonem haud fugit; moxque in tantam eius admirationem hic abreptus est, ut eum *philosophum veritatis*, & *τὸν νοῦν τῆς διατριβῆς*, quo absente surdum esset auditorium, appellaret, (Philopon. de aeternitate mundi adv. Proclum VI, 27 ed. Ven. 1535 fol.) sicut etiam idem, cum inexplebili cupiditate antiquiorum philosophorum scripta legendi omnes aequales superaret Aristoteles, hunc *ἀναγνώστου* nomine ornasse fertur, quo dignissimum fuisse testantur etiamnum eius libri optimi historiae philosophiae fontes recte vulgo habiti. Enimvero quamvis Plato ingenii dotes & virtutes Aristotelis maxime extolleret, videtur tamen haud ma-

gnopere eum dilexiſſe, ſed potius, ſive metu, ne ille gloriam a ſe partam everteret aut offuſcaret, ſive odio, quod aſſertis ſuis ſaepius repugnans in alia abiret, ſive denique iniuria, quaecunque tandem illa fuerit, ab eo irritatus, ceteris familiaribus poſthabuiſſe. Plato ſaltem in ſcriptis ſuis, quotquot ad nos pervenere, ſi bene memini, nunquam eius mentionem iniecit, neque eum, licet ex diſcipulis utique eruditiſſimum, ſed Speuſippum ſibi in Academia ſucceſſorem conſtituit: quod tamen fortaſſe non tam irae dedit, qua eum in Ariſtotelem incenſum fuiſſe volunt, quam neceſſitudini, inter ipſum & Speuſippum, ex Potona ſorore filium, intercedenti. Primam diſſidii cauſam Aelianus memorat, quod Plato vituperaret Ariſtotelis vitam, ut viro gravi & philoſopho indignam, inprimis nimium eius faſtum in corporis habitu & ornatu; nam uſus eſſe dicitur Ariſtoteles magnificis veſtibus & calceamentis, digitos annulis ornaſſe, crines anxie abraſiſſe, ceteris Platonis familiaribus contra barbam comamque alentibus, & praeterea vultu cavillationem & irriſionem quandam prae ſe ferens intempeſtiva loquacitate in ſermone praeceptorem obruiſſe: quorum ſi vere Ariſtoteles a Platone arguebatur, hunc illum, animo in dies magis magiſque abalienato, non tam amaſſe, quam odiſſe, credi facile poteſt. Attamen ab Aeliano & ceteris ſupra laudatis ſcriptoribus quis talia ſibi perſuaderi patietur, praeſertim cum ex vita Platonis, ab Ariſtoxeno Muſico conſcripta, omnem hanc narrationem hauſtam eſſe manifeſte appareat; (vid. Ariſtoclem apud Euſeb. l. l.) iſtum autem, qui vivo Ariſtotele perhonorifice in aliis libris eius meminiſſet, aegre ferentem, quod philoſophus Theophraſtum in ſchola ſibi ſucceſſorem reliquiſſet, ut convitiis & criminationibus eius memoriam proſcinderet, omnem operam dediſſe, docuerit Suidas v. Ἀριστόξενος. Ita aliam quoque narrationem apud eundem Aelianum obviam a ſeriori quodam Ariſtotelici nominis obtrectatore inventam eſſe malim. Auctore enim Aeliano, Ariſtoteles, profecto aliquando in patriam Xe-

nocrate, & Speusippo morbo laborante, uterque ut praeceptori adesse non possent, adortus est in Peripato Academiae Platonem, senem tum octogenarium, eumque propositis quaestionibus insidiosis & sophisticis, quas ille deficientibus iam propter aetatem animi viribus redarguere non valeret, coram discipulorum coetu iniquo certamine victum coëgit, ut non amplius in Peripato, sed cum familiaribus domi de rebus philosophicis confabularetur; Xenocrates vero, post tres menses ab itinere redux, denuo Aristotelem aggressus est, eoque ex Peripato electo, Platonem in locum suum restituit. Addit idem, hanc rixam causam fuisse, cur Xenocrati postea succensuerit Aristoteles, cur Lyceum condiderit, cur Plato denique de Aristotele dixerit, *hunc in se recalcitrasse, velut muli modo geniti in matrem recalcitrare soleant.* Quae ab Aeliano tradita si quis cum Fr. Patricio & aliis vera dixerit, utatur is suo iudicio; multa tamen sunt, quae mea saltem sententia eorum fidem valde suspectam reddant. Omnino testes satis idoneos dissidii inter Platonem & Aristotelem desideramus. Vestigiis Platonis relictis Aristoteles quidem aliam viam ingressus est, diversoque modo familiares suos philosophiam edocuit; quod tamen, etiamsi & doctrinae & docendi rationis tanta fuerit in utroque discrepantia, quanta ex libris Aristotelis maximam partem post Platonis obitum conscriptis evinci nequit, tam graviter tulisse Platonem, ut non solum inferiorem in amicitia sua locum ei tribueret, sed iracundi & ingrati animi eum publice accusaret, vix equidem crediderim. Nolo hic provocare ad interpretes Aristotelis Graecos, Hieroclem, Porphyrium, Iamblichum, Ammonium Hermeae, Simplicium, Georgium Gemistum Plethonem, eiusque discipulum Bessarionem, & alios, qui Aristotelem a doctrina Platonica tantum non dissentire ostendere conati sunt, cum hi singulare quoddam studium in eo collocaverint, ut vel diversissima philosophorum placita conciliarent, nec negari possit, Aristotelem saepius in libris suis contra magistri opiniones in-

ſurgere. Verum convitiis Platonem ab Ariſtotele cumulatum, ab eoque iracundia commoto Peripato eiectum eſſe, ei rei ipſa Stagiritae ſcripta, ubi adverſus Platonem diſputat, quam maxime refragantur. Notum eſt dictum illud Ariſtotelis, ab Ammonio aliiſque centies repetitum, *Amicus Socrates, amicus Plato, ſed magis amica veritas;* quod Stagiritae animo quaſi normam & legem diſceptandi ſemper obverſatum fuiſſe, e loco patet in Ethicis ad Nicomachum I, 4, (cf. Magn. Moral. I, 1; Ethic. ad Eudem. I, 8.) ubi de *bono* univerſe dicto quaeſtionem inſtituere arduum & lubricum ſibi videri ait, propterea quod *amici homines* doctrinam de *ideis* (ſpeciebus) introduxerint, ſed praeſtare, & adeo neceſſe eſſe, veritatem amicis antiquiorem habere, eiuſque tuendae cauſa vel noſtra ipſorum decreta evertere. (Τὸ δὲ καθόλου (ἀγαθὸν) βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι — καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης γινομένης ζητήσεως, διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη. δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας· ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.) In quo adverſarium impugnandi modo, quis, non dico humanitatem, ſed inſignem modeſtiam, verecundiam, & pietatis erga magiſtrum & amicum ſenſum non agnoſcit? Studiumne veritatis, quo impulſus a Platonis opinionibus deflexit Ariſtoteles, crimini huic verti poterat, cum ipſe quoque Plato a Socrate diſceſſerit? Quem igitur in libris ſuis tam modeſte de Platone loquentem, & meritorum eius tum temporis adhuc memorem videmus, cum iam in Lyceo doceret; niſi ex ipſa pietate erga Platonem in Ethicis ad Nicomachum expreſſa aliquis coniiciat, eſſe illa forte ante Platonis mortem conſcripta, etſi res vel ſic eodem redit; eundem cum Platone ſuperſtite iurgia nexuiſſe, ſe & magiſtro indigna, num probabile videri poteſt? Monet inſuper Ammonius, Ariſtotelem, quamdiu viveret Plato, vix ſcholam in Lyceo aperire auſurum fuiſſe, quia ipſi a Chabria & Timotheo timendum

fuerit, Platonis consanguineis, tum inter Athenienses regnantibus. Ceterum ara illa in Platonis memoriam ab Aristotele dicata, unde Ammonius defensionis praesidium petiit, equidem ita uti nolim: inscriptio saltem non ab Aristotele profecta esse potuit; est enim misere conflata ex duobus versibus fragmenti Elegiarum ad Eudemum ab Olympiodoro Platonico in commentario in Gorgiam servati, quod quidem fragmentum vix Aristotelis est, ut in notis ad Ammonium latius exposui. Etiamsi autem vere ab Aristotele ara Platoni dicata fuerit, aut Elegiae ad Eudemum Aristoteli iure tribuantur, vix tamen eo nullam inter utrumque rixam fuisse probaveris: nam obiici semper potest, Aristotelem turpis altercationis cum praeceptore memoriam encomio quodam huius exstinguere voluisse. Omnino tota de dissidio inter Platonem & Aristotelem narratio exinde fluxisse videtur, quod Plato forsitan, dum viveret, eiusque familiares, Aristotelis laudi inviderent, quod saepius ab utraque parte nimis acriter & nonnunquam contentiose & litigiose de rebus philosophicis disceptatum sit, quo ipso exacerbatus Plato non Aristotelem, sed alium sibi in Academia successorem elegit. De dissensu autem doctrinae Aristotelicae a Platonica singulari commentatione agere apud animum constitui, in qua etiam Stagiritam ab aliis recentiorum quorundam, maximeque *Pleſſingii* V. Cl. criminationibus defendere conabor.

Ol CVIII, 1. ante C. n. 348.

Plato hoc anno vita decessit. Cuius vices cum in Academia suscepisset Speusippus, Aristoteles ad Hermiam eunuchum, Platonis discipulum, Atarnae, Assi, aliarumque vicinarum urbium tyrannum, se contulit, a quo per tres annos una cum Xenocrate honorifice habitus est. De origine Hermiae parum certi constat. Teste Strabone XIII, p. 908 C. & Demetrio Magnete in libris *de poëtis ac scriptoribus aequivocis* apud Diogenem laudatis, fuit ille genere Bithynus, & Eubuli mensarii

ſervus, deinde domini in Atarnenſes & Aſſios tyrannidem machinantis ſocius, eoque interfecto ipſi in tyrannide ſucceſſor; qua tamen felicitate mox excidit: nam Mentor, Memnonis Rhodii, Perſarum ducis, frater, (non, ut Strabo vult, quem omnes Vitae Ariſtotelis auctores ſecuti ſunt, Memnon Rhodius ipſe) eum facta ſpe, fore, ut poenae ab Artaxerxe rege eximeretur, cum ad colloquium pellexiſſet, fraude circumventum & in vincula coniectum ad regem miſit, cuius iuſſu ſuſpendio periit. Ariſtot. Oecon. II, p. 692, Opp. T. III ed. du Vall. Diodor. XVI, Opp. T. II, p. 122, ibique Weſſeling. Cf. Polyaen. Strategem. VI, 48, & Helladius apud Photium p. 866. Nuptum dediſſe volunt Hermiam Ariſtoteli ſuam, ut plerique tradunt, ex ſorore neptem & filiam adoptativam Pythiadem. Diſſentiunt inter ſe ſcriptores, fueritne Pythias Hermiae ſoror germana, an ſororis germanae filia, an eius tantum pellex, quod Ariſtippus contendit, vix tamen credibile eſt, niſi Hermias eunuchus fuerit, qualis Chaereas apud Terentium. Ferunt quoque, Ariſtotelem amore in Pythiada adeo flagraſſe, ut ei, velut Cereri Eleuſiniae Athenienſes, ſacra celebraverit, paeanaque in Hermiam, tanquam Apollinem, ſcripſerit: quae tamen incuſatio quam falſa & ridicula ſit, patet vel ex paeane in Hermiam ipſo ab Athenaeo & Diogene Laërtio ſervato, qui merum Scolion eſt in virtutis laudem, qua Hermias excelleret. Quare equidem Ariſtoclis Peripatetici ſententiae adſtipulari malim, (Euſeb. de Praep. Evang. XIV, 2, p. 793 B. cf. Caſaub. ad Diog. L. V, S. 4.) qui ex Apelliconis Teii libris nunc deperditis Ariſtotelem tradit, benevolentia in Hermiam tum iam enecatum, Pythiadem in matrimonium duxiſſe, quam poſt infeſtum fratris caſum ſummis calamitatibus & vel diris cruciatibus relinqui videret, niſi ipſe eius ſaluti quovis modo conſuleret. Obſtat quidem locus Tertulliani in Apologet. adv. gent. c. XLVI, ubi Ariſtoteles dicitur Hermiam turpiter Perſis prodidiſſe; verum locus ille nimis corruptus eſt, auctoritaſque

Tertulliani, etiamsi lectio bene se haberet, ad narrationem stabiliendam sola non sufficit.

Ol. CVIII, 4. ante C. n. 345.

ATARNA Mitylenen profugit Aristoteles secundum Strabonem una cum Xenocrate, ex quo fortasse rumorem supra memoratum de illius cum hoc rixa vanum esse oportere iure concludas, quamquam nullus alius scriptor commercii Xenocratis cum Hermia meminerit.

Non satis ad liquidum perduci potest, utrum philosophus, antequam in Macedoniam proficiscereturr, iterum Athenas adierit, necne. Hermippo teste apud Diogenem legatus hoc tempore missus est ab Athenienſibus ad Philippum, qui regem moneret, ne servili iugo Graeciam opprimeret: in quo negotio cum ipsi felici esse contingeret, obtinuit a populo, ut eius statua in arce collocaretur, quod rempublicam beneficiis affeciſſet. Mihi tamen multo probabilius videtur, Athenienses eius ope apud Philippum usos esse, cum ille iam in aula regis Macedoniae viveret, statuaeque in arce positae honore eum ornasse, quo magis curam promovendae Athenienſium salutis intenderent. Memoratur Aristotelis statua in arce posita apud Pausaniam Eliac. p. 462.

Ol. CIX, 2. ante C. n. 343.

Hoc anno Aristoteles in Macedoniam abiit, arcessitus Philippi regis epistola, in qua hic beatum filium, quindecimum tum annum agentem, praedicavit, cuius iuvenilis aetas in tanti viri, quo duce & praeceptore uti possit, tempora inciderit. Discessum Philippi in Macedoniam Schottus quoque ad hunc annum retulit, fretus Apollodoro apud Diogenem. Vit. compar. Arist. & Demosth. p. 89. Epistola Philippi exstat apud A. Gellium N. A. IX, 3, & Dionem Chrysost. Orat. XLIX. Aristoteles mox Philippi & Alexandri amorem ita sibi conciliavit, ut hic eum pluris ac patrem faceret, ille iuxta suas statuam eius collocari iuberet. Restauravit

Philippus patriam eius urbem Stagira, bello cum Macedonibus eversam & ruinis collapsam, Stagiritis simul a servitute in libertatem vindicatis. Attribuit ei quoque in hac ipsa urbe locum apud Miezam, ad condendum Gymnasium Nymphaeum dictum, etsi, quando Aristoteles ibi docuerit, non constat. Sedes lapideas umbrosasque deambulationes suo adhuc tempore cerni Plutarchus tradit Vit. Alex. Opp. T. I, p. 668, & adv. Coloten. T. II, p. 1126. Haud dubie Callisthenes in hoc Gymnasio Aristotelis disciplina usus est. Secundum Diogenem & Ammonium Aristoteles quoque, Philippo haud invito, civibus novae urbis leges scripsit, & Stagiritae postea, gratum erga philosophum animum testandi causa, festo die solemnia in eius honorem celebrarunt, quibus *Aristotelia* nomen darent, sicut mensem, quo dies incidit, *Stagiriten* appellarunt.

Nullus autem fuit unquam magni imperii heres praeter Alexandrum, cuius ingenium & mores tantus vir formaverit, uti nullus etiam, qui praeceptore dignior regnum capessiverit. Aristoteles, praeterquam quod omnem philosophiae & doctrinae naturalis ambitum, qualis tum se habebat, animo emensus erat, acerrimo quoque studio contemplatus erat hominum virtutes & vitia, varias variorum populorum civitatumque leges & consuetudines; vixerat insuper plures annos apud Hermiam, quasi in aula principis: edocere igitur optime poterat Alexandrum non modo, quae ad eruditionem pertinebant, sed etiam qualem illum se gerere & quomodo gentes civitatesque iugo Macedonico nondum assuetas regere oporteret. Scripsit etiam in iuvenis usum librum de regimine populorum, quem Ammonius & Laërtius laudant, περὶ βασιλείας ἐν ἑνὶ μονοβίβλῳ. Ab altera parte regius iuvenis generosa animi indole & summis ingenii viribus praeditus, discendi ardore flagrans, semperque ad altiora spirans, omni labori, quem bonarum literarum studia exigunt, paratum se praebuit, omnesque difficultates subire maluit, quam pati, ut vel levissimus fructus

ex praeceptoris ſcientia percipiendus ſua culpa interciderat. Ariſtoteles magno poëſeos amore Alexandrum incendit, maximeque carminum Homericorum, quorum adeo in eius commodum novam recenſionem illam, quam τὴν ἐκ νάρθηκος διόρθωσιν vocant, confecerat; & forſitan ab aſſidua Homeri lectione ex parte derivandus eſt animus ille gloriae bellicae cupidus, quo poſtea Alexander omnem fere terrarum orbem armis ſubegit, nec tamen eo ſubacto ſatisfeciſſe ſibi videbatur. Verum non ſolas intra liberales artes ſubſtitit Alexandri doctrina: edocuit eum Ariſtoteles praeter Ethicen & Politicen reconditas quoque & abſtruſas doctrinas, quas acroamaticas ſeu epopticas Peripatetici nuncupare ſolebant, quarum ſcientia Alexander ita ſe iactaſſe dicitur, ut iraſceretur philoſopho, cum eaſdem ab illo Athenis cum aliis communicatas eſſe per rumorem vulgi accepiſſet. Oſtendit poſtea rex ſaepius, quanto honore & literas & qui eas profitentur haberet. Thebas funditus diruens, pepercit tamen aedibus Pindari, ſicut in bello cum Perſis, Ereſſum, urbem inſulae Lesbi, Theophraſti & Phaniae, Ariſtotelis diſcipulorum, patriam, cui ruinam & caedes minatus erat, horum gratia non evertit: notum eſt praeterea, quantopere Achilli Homerum vatem inviderit. Quin etiam cum in Aſia iam bellum gereret, mandavit Harpalo, ut ſibi Philiſti libros, Aeſchyli, Sophoclis & Euripidis tragoedias una cum Teleſtae & Philoxeni dithyrambis mitteret: ex quo patet, eum inter bellicas turbas armorumque ſtrepitum otii tamen partem Muſis tribuiſſe.

Ol. CXI, 2. ante C. n. 335.

In definiendo tempore, quo Ariſtoteles apud Alexandrum commoratus fuerit, maximopere variant ſcriptores. Secundum Dionyſium Halicarnaſſeum & Apollodorum apud Diogenem, Alexandrum per octo annos erudivit uſque ad expeditionem eius in Aſiam. Iuſtinus autem (XII, 16.) eum quinque tantum annos, Diodorus ſex, alii ſeptem in inſtituendo rege conſumſiſſe aiunt,

quem annorum numerum Franc. Patricius quoque probavit, qui tamen philosophum unum adhuc annum post Philippi mortem in Macedonia remansisse vult privatum, nec praeceptoris loco. Vid. Andr. Schottus p. 111. Utcunque fuerit, certum est, priusquam rex in Asiam discederet, Stagiritam Athenas rediisse, relicto apud Alexandrum Callisthene Olynthio, discipulo suo, & ex Hero, consobrina sua, nato. Speusippus, Platonis successor, tum iam mortuus erat, (Ol. CX, 2.) & docebat in Academia Xenocrates. Apparet itaque, falsa esse a Diogene tradita, Aristotelem Lyceum aperuisse, quod a legatione ad Philippum redux factus Xenocratem docentem vidisset: nam Xenocrates quatuor annos iam docuerat, cum Aristoteles Athenas reverteretur. Non minus falsus est Ammonius, qui eum statim post Speusippi mortem ab Athenienſibus ex Macedonia evocatum fuisse refert. Aemulatus esse dicitur Aristoteles maxime Isocratem, in ore ferens saepius ex Philocteta versum:

Αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ἰσοκράτη δ' ἐᾷν λέγειν.

Apud Diogenem pro Ἰσοκράτη legitur Ξενοκράτη, quam lectionem praetulere nonnulli, quandoquidem vix verosimile sit, Aristotelem Isocratis senis gloria ita commotum fuisse, ut studiorum aemulatione ei detrahere annitteretur. Verum reponendum est Ἰσοκράτη. Cicero, Quintilianus & Dionysius versum illum de Isocrate pronuntiatum esse uno ore testantur. Cic. de Orat. III, 35; de Offic. I, 1; Quaest. Tuscul. I, 4. Quintil. Instit. orat. III, 1. Dionys. Halic. de Isocrate p. 163, Opp. T. II ed. Hudſ. Accedit, quod Cephisodorus, Isocratis discipulus, pro magistro contra Aristotelis nomen eius conspurcandi libidinem apologiam quatuor libris scripsit, cuius meminit Athenaeus Dipnos. II, pag. 60 E. ex quo loco etiam videmus, Aristotelem hoc tempore concinnasse librum παροιμιῶν, nunc deperditum, sed a Laërtio memoratum: nam obtrectaverat philosopho Cephisodorus, quasi operae pretium ille non fecerit proverbia colligendo.

Secundum Dionysium scripsit Aristoteles circa idem

tempus *libros de rhetorica*, qui Graece ῥητορικαὶ τέχναι dicuntur, & fortaſſe iidem cum noſtris ſunt, etſi hoc liquidum non eſt, cum plura eaque a noſtris diverſa Ariſtotelis opera ad rhetoricam ſpectantia fuerint, quae periere.

Sunt etiam, qui hoc anno Ariſtotelem libros de animalium hiſtoria & natura, regia Alexandri liberalitate, falſo ab Aeliano V. H. IV, 19, Philippo tributa, adiutum, ſcribere coepiſſe ſuſpicentur. Praeclarus hac de re eſt Plinii locus H. N. VIII, 17: *Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noſcendi, delegataque commentatione Ariſtoteli, ſummo in omni ſcientia viro, aliquot millia hominum, in totius Aſiae Graeciaeque tractu parere iuſſa, omnium, quos venatus, aucupia, piſcatuſque alebant, quibuſque vivaria, armenta, alvearia, piſcinae, aviaria, in cura erant, ne quid uſquam gentium ignoraretur ab eo, quos percontando quinquaginta ferme voluminibus illa praeclara de animalibus condidit.* Cum Plinio conſpirat Athenaeus IX, pag. 398 E. ubi rumorem increbuiſſe dicit, Ariſtotelem ab Alexandro octingentis talentis donatum fuiſſe ad impenſam condendis libris de animalium natura neceſſariam. Ex utroque autem loco ſatis eluceſcit, libros de animalibus ſerius, quam volunt, compoſitos eſſe, & quidem tum demum, cum Alexander ſibi magnam Aſiae partem iam ſubieciſſet. Idem monuiſſe Bruckerum video.

Ol. CXIII, 1. ante C. n. 328.

ALEXANDER in Aſiam profectus amicitiam quidem Ariſtotelis coluit, eiuſque ſtudia ſumtibus vere regiis ſublevavit, ſed, ut videtur, prioribus tantum annis; poſtea animo abalienatus, propter odium erga Calliſthenem, philoſophi cognatum, quem itineris comitem habebat; cuius poſt ſupplicium animus eius erga philoſophum noſtrum prorſus refrixit. Exſtant epiſtolae plures ab Alexandro, dum in Aſia commoraretur, ad Ariſtotelem datae, de quarum tamen ſinceritate dubitari poteſt. Quod Calliſthenem attinet, eius auſteritas, gravitas & promta

libertas assentandi nescia, mox eum reddiderunt Alexandro eo magis invisum, quo libentius ille a Macedonibus veluti vindex publicae libertatis audiebatur. Curtius de reb. gest. Al. M. VIII, 5. Plutarch. Vit. Alex. p. 695 A. B. cf. de Callisthene omnino Meursius ad Chalcidium p. 34. Accedebant Anaxarchus & ceteri Sophistae regi in omnibus assentiendo adulantes, & a Callisthene exasperati, ut quamvis occasionem criminandi eum apud regem arriperent. Aristoteles saepius iam familiarem suum monuerat, (Cic. Quaest. Tusc. III, 10. Orat. pro Rabirio Postumo cap. 9.) ut sibi caveret; rem ipsi esse cum homine summa potentia summaque fortuna, sed ignaro, quemadmodum secundis uti conveniret; revocato adeo in eius memoriam versu Homerico Il. Σ, 95,

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις·

verum frustra; nam obliviscebatur omnino praecepti Aristotelis Callisthenes, *ut cum rege aut rarissime, aut quam iucundissime loqueretur.* Valer. Maxim. VII, 2. De causa, cur supplicium tam crudele de Callisthene sumserit Alexander, haud satis certo constat. Arrianus, Curtius & Iustinus philosophum regi in contumaciae suspicionem adductum fuisse tradunt propter salutationis Persicae interpolatum morem, rege postulante, ut Macedones quoque non secus ac Persae venerabundi ipsum salutarent humi se prosternentes, in eiusque ara veluti Deo libarent, Callisthene autem Macedones ad tale obsequium morante. Arrian. IV, 8. Curtius VIII, 5 seq. Iustin. XII, 7; cf. XV, 3. Plutarch. Vit. Al. l. l. Orosius III, 18. Valer. Maxim. IX, 3. Suidas Callisthenem ab Alexandro interfectum ait, quod ei suasisset, ne ab Athenienſibus se dominum vocari pateretur. Ut ut res ab initio sese habuerit, facile Alexander sibi persuasit, philosophum initi ab Hermolao in caput suum consilii participem, saltem insidiarum sibi paratarum conscium fuisse. Hermolaus enim ob aprum telo occupatum, quem rex ferire destinaverat, verberibus affectus, eam ignominiam aegre ferens, occidendi regem consilium ceperat, adscitis in so-

cietatem sceleris Sostrato, Nicostrato, Epimene, aliis. Forte autem consilio ea nocte, qua coniurati simul ante fores aedium excubabant, in quibus rex acquiescebat, irrito facto, Epimenes fratri Eurylocho rem aperit; qui statim, Epimene secum ad regem ducto, omnem coniurationem conscriorumque nomina exposuit. Quamvis tum Callisthenes a coniuratis nequaquam sceleris particeps dictus esset, rex tamen eum cum ceteris vinctum asservari, & quaestione deinde instituta, licet constaret tantummodo, cum puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque regem faciles aures praebuisse, truncari crudeliter membris, abscisisque auribus, naso labiisque, cum cane, &, ut Suidas v. Καλλισθένης habet, una cum Nearcho Tragico in cavea clausum, deforme ac miserandum spectaculum, in terrorem ac metum ceterorum circumferri iussit. De ipso mortis genere scriptores dissentiunt. Plutarchus & Suidas eum morbo, & quidem phthiriasi, in cavea periisse auctores sunt; Diogenes a leone dilaceratum tradit, cui obiectus fuerit; teste autem Iustino, Lysimachus, misertus viri, a quo saepius virtutis praecepta acceperat, venenum ei suggessit, quo mortem sibi ipse conscivit. Mirum igitur, quod Seneca refert, (de Ira III, 17.) Lysimachum postea simili crudelitate in Telesphorum Rhodium saeviisse; nisi forte narratio de Telesphoro fabula est, ad similitudinem fati Callisthenis efficta. Ultus esse dicitur rex Lysimachi erga Callisthenem misericordiam: obiici enim fortissimum hunc ducem iussit ferocissimo leoni, quem tamen ille manu amiculo involuta atque in os eius immersa exanimavit. Plin. H. N. VIII, 16, 27. Seneca de clement. I, 25. Pausan. Attic. p. 22 ed. Kuhn. Quodcunque mortis genus fuerit, quo Callisthenes periit, certum est, eum ab Alexandro irato crudeliter interemtum esse; facileque hinc intelligitur, quare postea rex Aristotelem oderit, qui Callisthenem ei commendaverat. Secundum Plutarchum scripsit ad Antipatrum, qui Macedoniae praeerat, se non solum de Callisthene, sed etiam de illis, qui eum sibi misissent,

poenas sumturum esse, Aristotelem haud dubie innuens. Misit praeterea Xenocrati dona, extulitque magnopere Anaxarchum, philosophum Abderitam, quo Aristotelem dolore afficeret. Sunt, qui hunc propter cognati caedem exacerbatum instigasse putent Antipatrum, regnum Macedoniae affectantem, ut veneno a se invento aut parato regem e vita tolleret. Accuratius descripsit venenum Vitruvius de architectura VIII, 3: *Est in Arcadia Nonacris nominata terrae regio, quae habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores. Haec autem aqua στυγὸς ὕδωρ nominatur, quam neque argenteum, neque aureum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit & dissipatur. Conservare autem eam & continere nihil aliud potest, nisi mulina ungula; quae etiam memoratur ab Antipatro in provinciam, ubi erat Alexander, per Iollam filium perlata esse, & ab eo aqua ea regem esse necatum.* Cf. Plin. H. N. XI, 104, XXX, 53. Herodot. VI, 74. Strabo VIII, p. 597 A. qui etiam aliam Stygis aquam lacus Averni memorat lib. V, pag. 375 A. Iustin. XII, 14. Curtius X, 10, 25. Pausan. in Arcad. p. 634. Seneca quaest. natur. III, 25. Plutarch. de prim. frig. cap. 25, Opp. T. II, p. 954 C. Aelian. histor. animal. X, 40; (ubi pro Σωπάτρου, quod editio Schneideri adhuc habet, legendum est Ἀντιπάτρου, sicut etiam apud Stobaeum eclog. phys. cap. 40, p. 167, & Porphyr. lib. de Styge ex Apollod. libb. XX de Diis. Vid. Apollodori fragmenta in ed. Apollod. Heyniana P. III, pag. 1053 not.) Damasc. in Isidori vita apud Photium p. 567. Neque tamen res satis clara est, cum narrationes de morte Alexandri valde diversae sint. Alii enim letali veneno exstinctum regem memorant, quod Antipater, auctore consilii Aristotele, secundum Arrianum VII, 38, & Vitruvium l. l. per filium Iollam, qui a cyathis erat, secundum Diodorum XVII, p. 253 ed. Wesseling. Curtium X, 10, 14, & Suidam, per filium natu maiorem, Cassandrum, secundum Iustinum XII, 14, denique per omnes tres filios, Cassandrum, Philippum & Iollam, ei dandum curasset, exosus regem propter

Parmenionis & Philotae caedem, & controverſias cum Olympiade, Alexandri matre. Alii contra Alexandrum nimia intemperantia & prorogata plures in dies crapula febrim ſibi & mortem maturaſſe tradunt, quod mihi etiam multo probabilius videtur. Diodor. l. l. Senec. Epiſt. LXXXIII. Plutarch. Vit. Alex. p. 706 C. Athenaeus Dipnoſ. X, p. 434, ex Ephippi libro de Alexandri & Hephaeſtionis ſepultura. Arrian. VII, 38. Oroſ. III, 20. Ceterum cornu-, in quo aquam Stygis in Aſiam ad Alexandrum translatam fuiſſe volunt, poſtea Delphis in templo aſſervatum eſſe fertur cum epigrammate, quod Brunckius V. Cl. inſeruit Analect. T. III, p. 182, & teſte Plutarcho ſuaſit Hyperides orator Athenienſibus, ut Iollae propter Alexandrum veneno interemtum honores decernerent. Plut. in lib. de vitis Orat. p. 849 E. Opp. T. II. Cf. Phot. bibl. p. 808. Memorabile etiam, quod Caracalla, vanus in omnibus Alexandri imitator, cum Ariſtotelem cauſam mortis Alexandri exſtitiſſe accepiſſet, omnes philoſophos Peripateticos Alexandria eiecit, libroſque eorum cremari iuſſit. Xiphilin. in Caracalla pag. 329.

Ol. CXIV, 3. ante C. n. 322.

Hoc anno, quo etiam Demoſthenes mortuus eſt, Ariſtoteles e vita deceſſit, ſexaginta tres annos natus, non ut Eumelus apud Laërtium ſupputavit, ſeptuageſimum annum agens, quem errorem calculi non animadvertit Georg. Cedrenus compend. hiſtor. p. 132.

Docuerat Athenis annos tredecim in Lyceo, Gymnaſio in loco arboribus conſito in ſuburbio, ubi milites ante bellum exerceri ſolebant. Erat ibi templum Apollinis Lycii, a quo nomen Gymnaſio inditum. Vid. Suidas & Harpocration v. Λύκειον, & Schol. Ariſtophan. ad Pacem p. 646 ed. Kuſter. Tradit A. Gellius N. A. XX, 5, philoſophum horis matutinis paucos tantum, qui in eius familiaritatem ſe inſinuaſſent, philoſophiam remotiorem ſubtilioremque docuiſſe; tempore autem veſper-

tino coram omnibus, quotquot adesse vellent, iisque *exotericis* vocari solitis, de rebus minus gravibus leviori-busque disseruisse. Memoranda est haec disciplinae Aristotelis varietas propterea maxime, quod illum eandem ad libros quoque transtuliisse volunt, ita ut alios in vulgi, alios in familiarium usum composuerit, hos *acroamaticos*, illos *exotericos* appellaverit, de quo librorum Aristotelis discrimine infra a nobis accuratius actum est. Inter eius discipulos clarissimi fuerunt Theophrastus, eius in schola successor, Eudemus (non *Menedemus*, ut male adhuc legitur apud A. Gellium XIII, 5.) Rhodius, diversus ab Eudemo Cyprio, Phanias, Aristoxenus Tarentinus, Dicaearchus Messenius, Theodectes Phaselita, Clearchus Solensis, Hieronymus Rhodius, Heraclides Ponticus, Meno, Echecratides Methymnaeus, Adrastus Macedo, Eurytheus, Pasicrates Rhodius, Bonaei Rhodii, fratris Eudemi Rh. filius. Pauca de his constant: nam eorum vitae ab Hermippo & Nicandro Alexandrino conscriptae perierunt. Fit tamen passim eorum mentio tum ap. Ciceronem, Plinium, Strabonem, Athenaeum & alios, tum maxime apud interpretes Aristotelis Graecos. Aliorum Aristotelis discipulorum nomina ex Eunapio, Philostrato, Suida, Harpocratione & Hesychio Illustri diligenter collegit Patricius discuss. Perip. T. I, lib. X, pag. 127 sq. Cf. Fabric. Catalog. Peripateticorum B. G. lib. III, cap. X, Vol. II, p. 271, & Brucker. hist. crit. philos. Vol. I, p. 841 sq. Post Alexandri obitum, cum Sophistarum & Academicorum invidiam Aristoteles excitasset, vehementius eum Athenienses persequi coeperunt. Teste Diogene Laërtio, Ol. CIV, 2, ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus est, sive, ut Phavorinus in *variis historiis* tradidit, a Demophilo, quod in Hermiam veluti Deum hymnum cecinisset, eiusque statuam Delphis in templo collocandam curasset cum inscriptione, quae apud Diogenem legitur, inprimis autem, quod de Diis male sensisset. Monumenti in Hermiae honorem positi contumeliose meminit Theocritus

Chius, ut idem Diogenes ex Ambryonis libro de Theocrito refert, nec non Timon Sillographus. Plutarch. de exsilio, Opp. T. II, p. 603 C. Euseb. Praep. Evang. XIV, p. 793 A. Videntur similes criminationes saepius iteratae esse; quare philosophus tandem Chalcidem secessit. Scripsisse fertur Antipatro, periculosum & molestum esse Athenis vivere, addito versu ex duobus Homericis conflato Odyss. H, 120:

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ·

ad frequentes Athenienſium sycophantias alludens. De morte Aristotelis scriptores in varias partes abeunt. Secundum Phavorinum apud Diogenem & Eumelum defendit se libello adversus sycophantarum calumnias, quem Chalcide compositum ad Areopagum misit; nihilominus tamen in iudicium vocatus, bibit aconitum. Idem narrat Athenaeus XV, pag. 697 A. qui adeo locum ex Aristotelis defensione affert, etsi de libri sinceritate ipse dubitat. Conf. Aelian. V. H. III, 36. Strabo X, p. 448. Quae Ammonius habet, Aristotelem Chalcide in Macedoniam aufugisse, ibique cum Antipatro, Olympiade & Philippo adhuc per aliquod tempus familiariter vixisse, haud dubie ab imperito quodam librario profecta sunt. Apollodorus eum morbo decessisse vult. Alia narratio de morte eius, quae apud Iustinum Martyrem Paraenet. ad gent. p. 34, Gregor. Nazianz. Orat. III, pag. 79, Procopium Hist. pag. 579, & alios occurrit, eum prae dolore, quod causam fluxus & refluxus maris in Euripo assequi non posset, se in Euripum praecipitem dedisse, fabulae speciem prae se fert. Dolendum est, Antipatri de morte Aristotelis epistolam non ad nos perveniſse. Plut. Vit. Coriol. pag. 234 D. & in Vit. Cat. mai. pag. 354 A. Opp. T. I. Nunc enim dubitationi semper erit obnoxium, utrum ipse sibi mortem consciverit, an morbo quodam sit exstinctus. Stagiritas corpus Aristotelis mortui Chalcide patriam urbem asportasse, & in loco, quo illud sepelierunt, aram cum monumento exstruxisse, cui nomen *Aristoteleum* post-

ea adhaeserit, auctor est vetus Vitae Graecae Aristotelis Ammonio tributae interpres Latinus.

Habuit Aristoteles fratres *Arimnestum*, cuius in testamento apud Diogenem Laërtium mentio fit, & *Arimnesten*, nusquam alibi memoratum, praeterquam ab interprete modo laudato & Suida; filios praeterea duos, unum adoptativum, *Nicanorem*, alterum *Nicomachum* ex Herpyllide, Stagiris oriunda, quam post Pythiadis mortem in matrimonium duxerat; filiam denique *Pythaiden*, seu *Pythiaden*. Occurrunt tres Nicanores apud Suidam & Harpocrationem, e quibus Stagiriten, de quo etiam Hyperides in Demosthenem locutus est, Aristotelis filium fuisse, coniecit Nunnesius. Fortasse etiam hic idem fuit cum Nicanore Calathusio, cuius meminit Stephanus Byz. v. Μιέζα. Alius Nicanor, Hermiae filius, floruit sub Hadriano. Steph. Byz. v. ἄθλιβις. Nicomachus, secundum Aristoclem apud Eusebium, a Theophrasto educatus, adolescens in bello periit. Suidas eum sex libros Ethicorum, quorum etiam fragmentum exstat apud Diogenem Laërtium in Eudoxo, & commentarium in auscultationes physicas, edidisse tradit, & Cicero adeo Ethicorum ad Nicomachum s. Nicomacheorum, quae sub Aristotelis nomine veniunt, auctorem eum pronuntiat: sed de his alio loco disputabitur. Pythias filia post patris mortem tribus viris nupsit, primo Nicanori, secundo Procli, genus a Demarato, Lacedaemoniorum rege, ducenti, qui ex ea duos suscepit filios, Proclem & Demaratum, claros postea Peripateticos, tertio denique Metrodoro, Chrysippi Cnidii discipulo & Erasistrati praeceptori, cui ex ea natus est filius Aristoteles, laudatus in Theophrasti testamento apud Diogenem Laërtium. Dicitur ibi hic Aristoteles filius *Midiae*, non Metrodori, sed nomen est corruptum, & pro Midiae reponendum *Metrodori*. Menag. ad Diog. V, S. 53. Sext. Empir. adv. Mathem. lib. I, cap. XII, p. 271. Cf. de Pythiade omnino Petrus Alcyonius de exsilio lib. II, p. 205.

Quae de moribus Aristotelis & corporis habitu tra-

duntur, valde incerta fide ſuperſtructa ſunt. Fuiſſe eum cruribus tenuibus, parvis oculis, & lingua balbum, Diogenes ex Timothei Athenienſis libro *de Vitis* refert. Balbutiem eius attingit quoque Plutarchus in lib. de aud. poët. Opp. T. II, pag. 26 B. In mores philoſophi acerbiſſime invectus eſt Timaeus Tauromenitanus, de cuius tamen calumniis iam ſupra monui, quid ſtatuendum ſit. Si Divum Hieronymum audias, fuit etiam ebrioſus: quod unde habuerit bonus homo, mihi non liquet, nam Ariſtotelem νόμους συστατικοὺς conſcripſiſſe, ex quo forſitan tale quid colligas, Hieronymus vix fando acceperat. Nec plus tribuendum eſt Lyconi Peripatetico, philoſophum avaritiae notanti, propterea quod oleum, quo ſeſe unxiſſet, poſtea divendere ſolitus fuerit. Nam conficta haec eſſe a Lycone, teſtatur Ariſtocles, qui minime, quod Patricius temere aſſeruit, idem cum illo contendit. Caſaub. ad Diog. V, 16. Plures quoque pueros amaſios nominat Suidas, qui Ariſtoteli in deliciis fuerint, praeter Hermiam, de quo iam diximus, Aeſchrionem & Palaepharum Abydenum, in quorum numerum etiam, ſed nullo iure, retulit Patricius ſervos, quos Stagirita in teſtamento vetuit vendi, ſed adultos potius in libertatem honorifice vindicari iuſſit. Ceterum Ariſtotelem gloriae cupiditate maxime flagraſſe, equidem non negaverim: neque hoc tamen pro vitio habendum eſt; alias enim ille vir talis tantuſque non evaſiſſet. Ferunt, eum tanta aſſiduitate literis operam navaſſe, ut in manus pilam aeneam ſumeret, cuius in pelvim ſuppoſitam, dum dormiret, elapſae tinnitu, ſomno excitaretur. Idem tamen alii, ut Ammianus Marcellinus lib. XVI, de Alexandro M. narrant; qui forte praeceptoris morem hac in re imitatus eſt.

De libris, quos Ariſtoteles ſcripſit, uti de tempore, quo illi compoſiti ſint, in Commentatione *de librorum Ariſtotelis ſerie & nexu* agam: nonnulla huc ſpectantia iam ſupra attigi.

COMMENTATIO

DE

LIBRIS ARISTOTELIS

ACROAMATICIS ET EXOTERICIS.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

DE
DISTRIBUTIONE LIBRORUM ARISTOTELIS
IN
EXOTERICOS ET ACROAMATICOS
EIUSQUE RATIONIBUS ET CAUSIS.

Quisquis in veterum philosophorum Graecorum historiam ita inquirit, ut non modo ad varia eorum de divinis humanisque rebus commenta, asserta, & opiniones animum convertat; quamvis ea inprimis sectanda esse non negaverim; verum ut &, quibus usi sint, diversos docendi, philosophandi, & de propositis differendi, modos cognoscere studeat, eum mox animadvertere necesse est, fuisse iam inter antiquiores, qui paratam sibi vel ex aliorum institutione, vel lectione, [1] vel experientia vitae rerumque usu facta, vel propria animi intentione & meditatione, doctrinam exquisitiorem haud temere in vulgus efferrent, nec cuivis eorum disciplinae se addicenti impertirent, sed in paucorum tantum familiarium sinu deponerent, quorum quidem ingenium, mores, & in perscrutanda veritate assiduitatem, sollertiam, & studium perspectum iam antea & exploratum haberent. Neque iste diversus instituendi mos, ex quo non aeque vulgo ac familiaribus, quaecunque sibi vera videbantur, aut in quibus a communi opinio-

1 Xenoph. Memorab. Socr. I, 6, 14: καὶ τοὺς θησαυροὺς τῶν πάλαι σοφῶν ἀνδρῶν, οὓς ἐκεῖνοι κατέλιπον ἐν βιβλίοις γράψαντες, ἀνελίττων, κοινῇ σὺν τοῖς φίλοις διέρχομαι· καὶ, ἄν τι ὁρῶμεν ἀγαθόν, ἐκλεγόμεθα κ. τ. λ.

ne discedebant, tradiderunt priscae sapientiae auctores; mirationem excitare debet, quippe cuius origo ex aetatis illius genio, hominumque, quibuscum vixerunt, conditione, repetenda est. Exigi enim non poterat, ut omnes, qui philosophiam edoceri vellent, ad eam accederent praediti satis magna ingenii vi & acumine ad argumentationem paulo subtiliorem, qua via ad altiora munitur, capiendam; & tenebant quoque homines tum temporis iam a teneris inde annis superstitionis & religionis fraudes animis ita infixas, ut magno animi robore ei opus esset, quicunque earum vinculis expedire se vellet: quod si autem homini vel ingenio non destituto, superstitione tamen nondum satis liberato, alia, licet veriora magisque rationi consentanea, propinare voluissent viri prudentiores, metuendum illis erat, ne, Deorum & religionis patriae contemtores habiti, criminis rei fierent, quale re vera Socratem subiisse constat. Igitur illis causae erant satis graves, cur continerent se, quoties vulgus erudiendum esset, tradendis utilibus & salubribus ad vitam humanam praeceptis, imbuendo illud doctrina cum eius captui accommodata, tum ad eius & reipublicae salutem propius spectante, nec interioribus philosophiae arcanis initiarent, nisi quem sublimioris scientiae capacem, & animi paulo liberioris esse intelligerent.

Prima diversae eiusmodi disciplinae vestigia ante Pythagorae aetatem frustra forte quaeras, nisi ad doctrinam arcanam, & mysteriis Eleusiniis, & Cabirorum vel Samothracicis tradi solitam, aut ad Pherecydis *de divinis rebus* libros, quos, dum viveret, apud se retinuisse, & familiaribus tantum praelegisse dicitur, recurrere velis. [1] Ex philosophi autem Samii familia, arctissimis illa

[1] Exstant duae epistolae, una Thaletis Milesii ad Pherecydem Syrium (fl. Ol. LIX) ap. Diog. Laërt. I, S. 15; altera Pherecydis ad Thaletem ibid. S. 8; in quibus de libris his edendis agitur: verum esse eas, uti omnes illas epistolas, quae sub nomine Thaletis, Solonis, Pittaci, Democriti, apud Diogenem leguntur, supposititias, neque ullam iis fidem habendam, ostenderunt Menagius ad

mutui amoris vinculis & contubernii consuetudine inter se iuncta, nequaquam omnes ad intimam cum praeceptore familiaritatem, aut ad perfectam & absolutam doctrinae eius cognitionem admissos fuisse, nemo, nisi omnem de vita Pythagorae scriptoribus, quotquot rem attigerunt, fidem abrogaturus, negare poterit. Etsi enim non omnia, quae Iamblichus, Porphyrius, Anonymus apud Photium, Suidas & alii de variis discipulorum Pythagorae generibus magna cum discrepantia commemorarunt, rata habenda sint; distinxisse tamen Pythagoram familiares suos intimos, *Esotericos* sive *Mathematicos* vulgo dictos, a ceteris auditoribus, quos, metuens forte, ne ea profanarentur, sive etiam, ne male acciperentur, multa celaret, eo minus probabilitatem desiderare arbitramur, quo magis eius placita supra vulgi opiniones elata, acrem diligentiam temperatumque prudentia usum postulabant. 1 Eandem institutionis varietatem sectatum esse Parmenidem Eleaticum, Xenophanis alumnum, nobis quidem exinde probabile fit, quod eius duo *de rerum primordio* ferebantur carmina, unum πρὸς ἀλήθειαν scriptum, alterum πρὸς δόξαν, quorum in hoc aliter pronuntiaverat, ac in illo, id quod ex utriusque fragmentis in commentariis Simplicii ad Aristotelis auscultationes physicas servatis apparet. 2 In car-

l. l. Obss. T. II, p. 25, 69, Salmas. ad Solinum p. 842, 43. De Pherecyde Syrio, ut & de alio seriori, scriptisque iis attributis, vide *Heyne* ad Apollodor. Bibl. not. P. III, p. 992.

1 *Meiners* Geschichte der Wissenschaften in Griechenland und Rom. T. I, p. 461.

2 Simplicius ad Aristot. auscultatt. phys. fol. 9 a. ὁμολογεῖ δὲ ὁ Ἀλέξανδρος (Aphrodisiensis) ἐν μὲν ΤΟΙΣ ΠΡΟΣ ΑΛΗΘΕΙΑΝ, ἅπερ ἐστὶ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΟΗΤΟΥ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ, τὸν Παρμενίδην ὃν τὸ ὂν καὶ ἀκίνητον λέγειν, ΚΑΤΑ ΔΕ ΤΗΝ ΤΩΝ ΠΟΛΛΩΝ ΔΟΞΑΝ καὶ τὰ φαινόμενα φυσιολογῶν, οὔτε ἓν λέγων εἶναι τὸ ὄν, οὔτε ἀγένητον, ἀρχὰς τῶν γινομένων ὑπέθετο πῦρ καὶ γῆν, τὴν μὲν γῆν, ὡς ὕλην, ὑποτιθεὶς, τὸ δὲ πῦρ, ὡς ποιητικὸν αἴτιον. Ioan. Philopon. ad easd. fol. 9 a. Παρμενίδης ἐν τοῖς πρὸς ἀλήθειαν ἓν ἔλεγεν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ πεπερασμένον καὶ ἀκίνητον -- ἐν δὲ τοῖς πρὸς δόξαν πῦρ καὶ γῆν εἶναι τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων. Ipsos Parmenidis versus ad priorem sententiam spectantes exscripsit Simplicius fol. 31 a. ubi etiam addit: ἠδέως ἂν τὰ περὶ τοῦ ἑνὸς ὄντος ἔπη (alterius carminis inscriptio forte fuit: περὶ τῶν ὄντων) τοῦ Παρμενί-

mine ad veritatem compoſito v. c. unum τὸ ὂν & immobile eſſe contendit; in eo autem, ubi ad vulgi ſenſum ſe accommodavit, neque unum dixit eſſe τὸ ὂν, neque immobile, ſed rerum elementa poſuit ignem & terram, hanc ut materiam, illum ut cauſam effectricem. A Pythagorae & Parmenidis more ex poſterioribus philoſophis Socrates quidem, omnibus diſcendi cupidis ſui copiam faciendo, longe receſſit, ut ex innumeris Xenophontis & Platonis locis patet, ſed ſecutos eum morem eſſe Protagoram ſophiſtam, ipſumque Platonem, & ex huius ſcriptis manifeſtum eſt, & ſeriores teſtati ſunt. De Protagora recte hoc ſtatuere mihi videor, quoniam Plato in Theaeteto Socratem introduxit irridentem Protagorae ſententiam, ſibi, homunculo ſcilicet ex plebe, obſcure ſignificatam, diſcipulis vero ἐν ἀπορρήτῳ ad veritatem expoſitam, qua nempe affirmaverat, rerum omnium menſuram hominem eſſe, ita ut qualia ſingula huic *videantur*, talia huic, qualia autem alteri, talia alteri rurſus *ſint*. [1] Quod ipſum Platonem attinet, fingit ille in eodem dialogo Socratem monentem Theaetetum, ut curioſe circumſpiciat, an quis ſit in vicinia τῶν ἀμυήτων, cuius aures ne intempeſtive advertant cavendum ſibi ſit; idemque in Timaeo, ſicut univerſi conditorem

δου τοῖσδε τοῖς ὑπομνήμασι παραγράψαιμι, διά τε τὴν πίστιν τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων, καὶ διὰ τὴν σπάνιν τοῦ Παρμενιδείου συγγράμματος, & nunc ſequitur fragmentum notatu digniſſimum. Conf. Proclus Lycius in Comment. in Timaeum Platonis lib. I, p. 5 ed. Baſil. & omnino Platonis Parmenides, qui dialogus Parmenidis carmine ſuperſtructus eſt. Ad poſteriorem de duobus primis rerum elementis opinionem pertinet fragmentum exhibitum a Simplicio quoque fol. 7 b. μετελθὼν ἀπὸ τῶν νοητῶν ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ ὁ Παρμενίδης, ἤτοι ἀπὸ ἀληθείας, ὡς αὐτός φησιν, ἐπὶ δόξαν (ſupple ἐν τοῖς), ἐν οἷς λέγει

Ἐν τῷ σοι παύω πιστὸν λόγον, ἠδὲ νόημα
Ἀμφὶ ἀληθείης, δόξας δ' ἀπὸ τοῦδε βροτείους
Μάνθανε, κόσμον ἐμῶν ἐπέων ἀπατηλὸν ἀκούων. --

Ex hac carminum Parmenidis diverſitate maxime duplicem eius doctrinam de rerum primordio explicandam eſſe puto. Quare a vero paululum deflexiſſe mihi videtur Vir amiciſſimus *Meiners* in iis, quae de Parmenidis doctrina monuit: Geſchichte der Wiſſenſchaften Tom. I, p. 609. Cf. eiuſd. Hiſt. doctrinae de vero Deo p. 321.

1 Theaetet. T. II, p. 96 c. ed. Bipont.

& patrem ratione invenire iam per se opus arduum esse existimabat, ita eius notionem vulgo declarari plane non posse iudicavit. 1

Quae cur breviter monuerimus, causa est propositum nostrum, quod professi sumus, de simili disciplinae Aristotelicae varietate, inprimisque *de librorum Aristotelis inde enata diversitate*, pauca disputandi. Aristoteles enim non modo superiorum philosophorum vestigiis institisse, sed ulterius progressus, quoties doceret, istud vulgi & familiarium discrimen magis anxie, quam ceteri omnes, observasse perhibetur. Et quidem, ut iam supra diximus, auctor est A. Gellius, 2 eum, Alexandro magno in Asiam profecto, Athenis in Lyceo horis matutinis paucos tantum, qui in eius familiaritatem se insinuassent, philosophiam remotiorem subtilioremque docuisse; tempore autem vespertino, coram omnibus, quotquot adesse vellent, iisque *exotericis* vocari solitis, de rebus minus gravibus, levioribusque disseruisse. Quo solo tamen omnis disciplinae Aristotelicae varietas si comprehenderetur, esset hoc quidem aliquid ad omnium Graecorum philosophorum principis historiam satis memorabile, vix tamen dignum, saltem si fructum respicias, qui *ad nos* inde redire possit, cui praeterea longius immoraremur. Verum Aristotelem hanc institutionis diversitatem ad *libros* quoque transtulisse volunt, ita ut alios in vulgi, alios in familiarium usum composuerit, hos *acroamaticos*, illos *exotericos* appellaverit; unde nobis, quibus philosophia Aristotelis ex solis eius libris est haurienda, exsistit quaestio gravissima, *quinam libri ad unum alterumve genus sint referendi.* Nam unicuique in oculos incurrit, istam librorum in exotericos & acroamaticos distributionem haud parvam movere difficultatem, si quis, qui libri ceteris anteponendi aut posthabendi, quare

1 Ibid. p. 76 e. in Timaeo p. 477, lin. 11 edit. Basil. Cf. omnino Galenus de substant. facultatt. natural. Opp. T. I, p. 80 Basil. Clem. Alexandrin. Strom. I, p. 575 A. Sylburg. quo loco etiam Stoicis & Epicureis occulta quaedam philosophia nec vulgo cognita tribuitur.

2 Noct. Attic. XX, 5.

alii obscuriores, alii clariores sint, perspicere velit. Veteres porro scriptores, ubi de Aristotelis philosophia, praeceptis, opinionibus, locuti sunt, tam frequenter eius rei meminere, ut sine accuratiori eius cognitione, nec quid de his vel illis libris cogitaverit antiquitas intelligi, nec ipsa loca recte explicari, nec de philosophiae Peripateticae genio omnino verae informari notiones possint. Accedit, quod ad omnem familiae Peripateticae historiam, post mortem maxime Theophrasti Eresii, Stagiritae familiaris, alumni, & in schola successoris, haud minoris id momenti est. Refert nempe Cicero, posteriores Theophrasto Peripateticos, Stratonem Lampsacenum, Lysiam (rectius Lyconem s. Glycònem), Aristonem, Hieronymum Rhodium, Critolaum, Diodorum, meliores quidem, quam reliquarum philosophos disciplinarum fuisse, ita tamen degenerasse, ut ipsi ex se nati esse videantur. 1 Quam priorum Peripateticorum declinationem etsi miratus sit Cicero, ipsam tamen eius causam non cognitam ei fuisse existimo. Nonnullam quidem res lucem lucratur ex historia fatorum, quae subiere Aristotelis manuscripta post mortem Nelei Scepsii, ad quem per Theophrastum, cui sua omnia reliquerat philosophus, hereditatis iure pervenerant, 2 quatenus inde discimus, posteriorum Peripateticorum a scholae conditore dissensionem non tam ex stulta aliqua arrogantia, aut dissentiendi studio ortam esse, quam ex librorum Aristotelis inprimis acroamaticorum penuria: sed melius utique & verius de tota eorum philosophandi ratione ferri posse iudicium, si declaratum detur, quinam fuerint isti libri acroamatici, quibus carerent, qui-

1 Cic. de fin. B. & M. V, 5. Emendari & locupletari potest Ciceronis locus ex Anonymi Vita Aristotelis ap. Menag. ad Diog. Laërt. Obss. p. 201. Cf. Simplicius ad Aristot. Auscultatt. phys. VI, fol. 187 a. Aristotelis in schola successoribus si recte a Cicerone adiungitur *Diodorus*, non vere numeravit Andronicum Rhodium undecimum ab Aristotele Ammonius Hermeae ad Aristot. de interpretat. fol. 1 b. lin. 3 a fine; nam praeter Diodorum numerantur iam undecim successores ab Anonymo.

2 Vide praef.

nam exoterici, unde sua peterent, quis est, qui non videat?

Non autem facile rationem assequaris, ex qua libri Aristotelici in duo haec genera, exotericum & acroamaticum, distribuantur, cum ipse Aristoteles in iis, quae aetatem tulerunt, scriptis, qua in re exoterici libri diversi sint ab acroamaticis, nusquam diserte tradiderit, seriores vero, qui post eum floruere, scriptores mire dissentiant, & recentiorum historiae philosophiae auctorum forte nemo eam rei lucem affuderit, ut, quos libros unum alterumve genus complectatur, argumentatione probabili maximeque idonea ab aliquo eorum demonstratum sit. 1 Igitur rei diligentius pertractandae consilium

1 Ex recentioribus praeter Fabricii B. Gr. inspexi: Brucker. Hist. crit. philos. T. I, p. 789. Vossium de sectis philosophorum cap. XVII. Horn. hist. philos. VII, 9. Morhof. Polyhist. T. II, lib. I, cap. 8, 11. Piccart. Introduct. in philos. Aristotelis cap. X. Paschium de variis modis tradendi moralia cap. V, 9, 10, p. 488. Salmas. ad Simplic. in Epictetum p. 228 sq. Mureti Epp. I, 40. Eschenbach. de poësi Orphica p. 4. Meibom. ad Hippocratis iusiurandum p. 95. Menag. ad Diog. Laërt. V, S. 27, Obss. T. II, p. 197; qui omnes ad ipsam rei dilucidationem parum attulerunt, cum aut unum vel alterum locum classicum laudaverint, aut rem tantum obiter tetigerint. Baylius Dict. crit. Art. *Aristote* nil habet, quod huc spectet. Evolvi quoque *F. Patricii*, hominis doctissimi & acutissimi, *discussiones Peripateticas* (Basil. 1581, fol.) T. I, lib. VI, p. 63. De distinctione librorum Aristotelis plura quidem, quam alii, congessit Patricius, a vero tamen prorsus aberravit, dum omnes naturales, theologicos ac logicos libros acroamaticos diceret, ethicos vero, politicos, oeconomicos, rhetoricos, poëticos, historicos, dialogos, exotericos esse affirmaret. Infectandi insuper Aristotelem libidine multa in falsum detorsit, atque aliter proposuit, quam ea re vera sunt. In *Zeidleri tractatu de gemino veterum docendi modo* p. 108, eiusdem *Introductioni in lectionem Aristotelis* praefixo, praeter Categorias & problemata omnes Aristotelis libri pronuntiantur acroamatici; quod tamen aliter se habere, infra monstrabitur. Ceterum liber Zeidleri mihi inprimis ad sermonis Aristotelici indolem pernoscendam utilis fuit. Absoluta fere iam erat haec disputatio, cum *Heynii* cura mihi innotesceret *Octaviani Ferrarii de Sermonibus exotericis liber unus & de disciplina encyclia liber alter*, cura *Goldasti* cum eiusdem *de cryptica veterum philosophorum disciplina* epistola ad Rudolphum Goclenium, recusi Francof. 1606, 8. Princeps librorum Ferrarii editio prodiit Venet. 1575, 4. Versatur auctor maxime in refutanda Divi Thomae, Genesii Sepulvedae aliorumque opinione, ex qua libros exotericos non certum librorum genus, sed libros qualescunque extra πραγ-

cepi: quo tamen nomine a me exſpectari nolim, quod nullam amplius dubitationem admittat. Equidem nihil poſui, quod ſuis rationibus carere, aut fundamento aliquo deſtitutum viſum eſſet: nihilominus fieri potuit, ut a vero rectoque tramite, cui inſiſtendum erat, in avia deflexus erraverim, aut prorſus caecutierim; in quo ſola ſpes me erigit, fore ut peritiſſimus quiſque harum rerum arbiter, difficultatum, quibus diſquiſitio a me ſuſcepta premitur, haud ignarus, errores commiſſos ignoſcat. Ceterum viam ingreſſus ſum, quam omnium optimam minimeque impeditam habui. Collectis primum, quotquot conſtarent, veterum locis, in quibus librorum Ariſtotelis exotericorum & acroamaticorum mentio iniicitur, variiſque ſcriptorum ſententiis inde excuſſis, iiſque inter ſe comparatis, cum animadverterem, ex ſolis ſeriorum locis rem confici nullo modo poſſe, quoniam ab omnibus curioſus potius dimitteris, quam edoctus id, quod tuto ſequi poſſis; ipſos Ariſtotelis libros eorumque interpretes Graecos adii, ex iiſque ad ſolvendam quaeſtionem propoſitam facere viſa depromſi. Monendum denique eſt, me recentiorum virorum doctorum opiniones, a meis aut omnino, aut aliqua ex parte diſcedentes, quatenus ad ſingulos Ariſtotelis libros ſpectant, utrum hi vel illi ſint acroamatici an exoterici, non attigiſſe; non quod omiſſas in cenſum referre dedignatus eſſem, ſed quod, cum ſemel Ariſtotelis aliorumque ex antiquitate ſcriptorum loca, unde tota res pendet, mihi fere ſemper verbotenus afferenda, expendenda, diiudicanda eſſent, me etiam ea ſola adducendo lectorum deſiderio ſatisfacturum eſſe ſperarem; deinde quod intelligerem, ſi in medium proferre vellem varia virorum doctorum aſſerta, fore mihi mul-

ματτίαν iſtam, in qua teſtes citentur, eſſe exiſtimant. Ipſe in ſumma Ammonii ſententiam ſequitur, quam infra latius expoſui. Novam nuperrime de Ariſtotelis diſciplina exoterica & acroamatica commentationem promiſit *Eberhardus*, nobiliſſimus philoſophus, (*Neue vermiſchte Schriften*. P. I ſub fin.) quae, quantum equidem ſcio, lucem nondum vidit.

ta perperam tradita refutanda, saltem in dubitationem vocanda, quibus nimis magnam in molem evasura esset commentatio, quae tamen angustioribus finibus circumscribenda erat.

SECTIO I.

Examinantur iudicia veterum de librorum exotericorum & acroamaticorum Aristotelis diversitate in genere.

Ad diversitatem librorum Aristotelicorum, de qua hic sermo est, iam nobili illo loco respexit Cicero, [1] quo postquam de universa primorum Peripateticorum, Aristotelis & Theophrasti, disciplina multa praedicaverat, eorum de summo bono sententiam persecutus est. *De summo bono*, inquit, *quia duo genera librorum sunt, unum* populariter *scriptum, quod* ἐξωτερικὸν *appellabant, alterum* limatius, *quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur.* Quo ex loco observandum est primum, Ciceronem, cur apud Aristotelem & Theophrastum opinionum de summo bono inveniatur dissensio, causam afferre, quod omnino duo illis sint librorum genera, quorum in uno de iisdem rebus illi aliter statuant ac in altero; deinde unum librorum genus esse *populariter*, [2] i. e. ita scriptum, ut a vulgo capi possit, alterum vero *limatius*, i. e. doctius, subtilius; denique hoc alterum genus, quod haud dubie idem est cum acroamatico, a Peripateticis *in commentariis esse relictum.* [3] Quae

1 De fin. B. & M. V, 5. Cf. ad locum ipsum Aristot. de republ. VII, 1.

2 Cic. de fin. II, 6: *Rhetoricam philosophorum necesse est, cum* populariter *loquatur, esse interdum paulo hebetiorem.* Paradox. in prooem. T. XII, p. 250 Bip. *παράδοξα tentare volui, possentne ita dici, ut probarentur; an alia quaedam esset* erudita, *alia* popularis *oratio.*

3 *Commentarii* h. l. non sunt ὑπομνήματα, sed qui ab Aristotele vocantur λόγοι, quod patet ex Cic. de Fin. III, 5: *Commentarios quosdam Aristotelios, quos hic sciebam esse, veni ut auferrem, quos legerem, dum essem otiosus.* Quamquam enim alias commentarius

si comparantur cum eo, quod Attico scripsit Cicero, [1] se in singulis libris uti prooemiis, ut Aristotelem in iis, quos ἐξωτερικοὺς vocat, (id quod involvit, Aristotelem in acroamaticis non usum esse exordiis aliunde petitis, sed connexis ac cohaerentibus cum rebus, quas explicaturus erat) videtur ille discrimen librorum exotericorum & acroamaticorum posuisse tum in dicendi genere & tractandi modo in utraque librorum classe diverso, tum in opinionum super iisdem rebus varietate, tum in eo, quod libros exotericos in vulgus emiserint Peripatetici, acroamaticos apud se retinuerint. Sunt tamen plura, quae adversus hoc Ciceronis iudicium, quantum de eo ex his duobus locis constat, iure moneri possint. Primum apparet, ductum illud esse ex librorum parte tantum, ut v. c. priori loco ex libris ad doctrinam *de summo bono* pertinentibus, quorum duplex genus, & exotericum & acroamaticum, forte fuit: vix enim probabile est, Ciceronem, dum libros de finibus Bonorum & Malorum scriberet, omnes iam Aristotelis commentarios perlegisse, neque adeo potest adhiberi ad *omnes* libros, neque inde probari, *eandem semper* materiam & exoterice & acroamatice fuisse agitatam, ita ut utriusque librorum generis differentia non tam in materia subiecta, quam in tractatione atque dictione diversa quaerenda sit. Altero deinde asserto, libros exotericos esse *populariter*, acroamaticos *limatius* scriptos, disquisitio nostra, qui libri ad unum alterumve genus sint referendi, parum adiuvatur: est enim illud nimis vagum, lubricum & ambiguum. Si quid ex istis locis peti poterat, quod ad rei dilucidationem faceret, erat hoc observata *exordiorum diversitas*, quibus Cicero in utroque librorum genere Aristotelem usum esse dicit. Verum & haec observatio nihil nobis prodest: nam ex

dicitur, quidquid solius memoriae causa scribitur, (v. Gesneri Thes.) hic tamen vocis sensus ad nostrum locum non quadrat, quoniam ad limam exacta haud erant, quae in istiusmodi commentarios referebantur.

1 Epist. ad Atticum IV, 16.

libris Aristotelis, qui supersunt, nulli est prooemium, quod imitatum esse Ciceronem vel expressisse credi possit: videtur ille potius ob oculos habuisse libros *dialogicos*, in quibus, ut alio loco dicit, 1 sermo ab Aristotele ita inducebatur ceterorum, ut penes ipsum esset principatus; qui tamen dialogi temporis iniuria perierunt.

Eandem librorum Aristotelicorum distributionem agnoscit & Strabo, ubi contigisse narrat Peripateticis post Theophrastum, ut, cum paucos dumtaxat, plerosque exotericos, Aristotelis libros in manibus haberent, nulla de re *ex propriis principiis* philosophari, sed theses tantum ventilare possent; 2 unde colligere licet, Aristotelis libros acroamaticos exquisitiorem eius philosophiam complexos esse; exotericos vero probabiliter tantum ab eo de rebus philosophicis disputata, ideoque

1 Epist. ad Atticum XIII, 19.

2 Strabon. Geogr. XIII, p. 608 D. ff. *συνέβη τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον, ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία, πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν* ΦΙΛΟΣΟΦΕΙΝ ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΩΣ (*ἀκριβῶς, ἀναλυτικῶς*, cui opponitur *τὸ φιλοσοφεῖν κατὰ δόξαν*, ad communem opinionem, ad vulgi captum) *ἀλλὰ* ΘΕΣΕΙΣ ΛΗΚΥΘΙΖΕΙΝ. Λήκυθος est proprie ampulla olearia, Suidas v. λήκυθος. Aristoph. Plut. 811. Av. 1588. Ecclesiaz. 534. Thesmoph. 146; & ibi Schol. ed. Kuster. Metaphorice dicuntur λήκυθοι, ut apud Latinos *ampullae*, ornamenta & pigmenta oratoria & poëtica. Cic. ad Atticum I, 14. Plin. Epp. I, 2. Horat. Ep. I, 3, 14. Ep. ad Pison. v. 97. A λήκυθος ductum est λικυθίζειν, proprie, sonum edere, qualis ex ampulla prodit, cum, quod ea continet, effunditur: inde transfertur ad sermonem, & significat, *clamare, grandibus verbis uti*, μεγαλορρημονεῖν. Sic vocem interpretatus est Bisetus in Schol. ad Aristoph. Ran. 1232. Conf. Schol. vet. ad Acharn. 589: λικυθίζειν τὸ μεῖζον βοᾶν καὶ φοφεῖν· adeoque *θέσεις* λικυθίζειν est *de thesibus cum iactantia disputare*. Praeterea Strabonis locus illustratur ex Cic. Quaest. Tuscul. II, 3, 9. Orat. ad Brutum cap. 36. Quintil. de instit. Orat. XII, 2, p. 611 Gibson. Ad dicendi exercitationem promovendam Aristoteles Topica conscripserat, in quibus docebat, quemadmodum problema in utramque partem disputari possit. Cf. Diog. Laërt. V, S. 28; nec minus Theophrastus in oppugnandis vel defendendis quaestionibus propositis, quae *Θέσεις* dicerentur, discipulos exercuit. Athenaeus Dipnos. IV, 2, p. 130 E. Casaub. ubi Hippolochus quidam ad Lynceum: *σὺ δὲ μόνον ἐν Ἀθήναις μένων εὐδαιμονίζεις τὰς Θεοφράστου θέσεις ἀκούων*. Conf. Plutarch. in Sulla T. I, p. 468 B. Frcf.

contentionibus dialecticis inter eius ſucceſſores occaſionem praebuiſſe.

Alexandrum Magnum, tradit porro Plutarchus, non ethica modo & politica Ariſtotelis praecepta percepiſſe, ſed & attigiſſe occultas illas & graviores diſciplinas, a Peripateticis *acroamaticas* & *epopticas* peculiariter nuncupatas, nec in vulgus elatas. Adduntur ab illo teſtimonii loco duae epiſtolae, 1 altera ab Alexandro iam in Aſiam profecto ad Ariſtotelem data, qua cum hoc expoſtulat, quod λόγους ἀκροαματικοὺς cum aliis quoque communicaverit, altera ab Ariſtotele ad Alexandrum, qua ille librorum evulgationem excuſat. Alio quoque Plutarchi loco 2 libri laudantur *exoterici*. Refutans nempe Plutarchus Colotae opinionem, Platonis ſententiam ſecutum eſſe Ariſtotelem, eum potius contendit ubique ideas Platonicas (*ſpecies*) dictis inceſſere, & in moralibus, & in naturalibus commentariis, i. e. iis, qui *exoterici* vocantur, viſum eſſe quibuſdam maiori litigandi, quam veritatis, ſtudio id feciſſe. Ex ſententia itaque Plutarchi librorum acroamaticorum argumentum conſtituerunt diſciplinae occultae, graviores, in vulgus haud efferendae; praecepta vero ethica, politica, & diſquiſitiones phyſicae, argumentum exoterico-

1 Plutarch. Vit. Alex. T. I, p. 668. Gell. Noct. Att. XX, 5. Simplic. ad Ariſt. auſc. phyſ. fol. 2 b. Conſer, ſi placet, the Guardian, Num. III.

2 Adv. Colot. T. II, p. 1114: τάς γε μὴν ἰδέας, περὶ ἂν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, παντάχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς, ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων, φιλονεικότερον ἐνίοις ἔδοξεν ἢ φιλοσοφώτερον ἐκ τῶν δογμάτων τούτων ἃς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπεριδεῖν φιλοσοφίαν· οὕτω μακρὰν ἦν τοῦ ἀκολουθεῖν. Videntur mihi verba διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων referenda eſſe ad antecedentia ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς, ut Plutarchus Ethica & Phyſica ſub generali nomine τῶν ἐξωτερικῶν iterum comprehenderit; quam interpretationem niſi admittamus, dicendum eſt, Plutarchum Ethica inter ſcripta acroamatica habuiſſe, quandoquidem ea ab exotericis ſeiunxerit, id quod tamen alteri loco repugnat. Octav. Ferrar. in libell. de ſermon. exoter. p. 90, loco mendum ſubeſſe opinatus eſt, & pro διαλόγων ſubſtitui oportere λόγων ſive διαλόγων· ſed manet vel ſic iſta repugnantia.

rum; adeoque discrimen in *materia*, utrique librorum generi diversa, quaerendum est. Cum Plutarcho quodammodo consentit Gellius l. l. *Aristoteles*, inquit, *commentationum suarum artiumque, quas discipulis tradebat, duas species habuisse dicitur. Alia erant, quae nominabat* ἐξωτερικὰ, *alia, quae appellabat* ἀκροατικά. *Exoterica dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. Acroatica autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quaeque ad naturae contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant. Huic disciplinae acroaticae tempus exercendae dabat in Lyceo matutinum; nec ad eam temere quemquam admittebat, nisi quorum antea ingenium, & eruditionis elementa, atque in dicendo studium laboremque explorasset. Illas vero exotericas auditiones* (ἀκροάσεις) *exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat, easque vulgo iuvenibus sine delectu praebebat, atque eum* δειλινὸν περίπατον *appellabat, illum alterum supra* ἑωθινόν· *utroque enim tempore ambulans differebat: librosque suos, earum rerum omnium commentarios, seorsim divisit, ut alii exoterici dicerentur, partim acroamatici.* Satis perspicue mentem suam Gellius, vel quem ille exscripsit, de librorum Aristotelis diversitate expositi, ut non sit, quod longius in ea universe declaranda moremur: de singulis infra videbimus.

Advocari etiam huc possunt Clemens Alexandrinus & Themistius, quorum alter Peripateticos omnino testatur dicere, ex suis scriptis alia quidem esse ἐσωτερικὰ, i. e. interna, alia vero communia & ἐξωτερικὰ, i. e. externa; alter Aristotelem non eosdem sermones aeque vulgo ac philosophis utiles habuisse docet; idcirco appellasse unam earum partem *extraneam*, i. e. omnium captui accommodatam, alteram vero paucis tantum, quibus tuto posset, tradidisse. [1] Alludit deni-

1 Clem. Alexandr. Stromat. V, p. 575 B. Themistii Orat. XXVI, p. 319 B. ed. Harduin. quibuscum prorsus consonat Galenus init. lib. de facult. nat. T. I, p. 80 Basil. ὥσπερ οὐδ' Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων, τὰς δ' ἀκροάσεις τοῖς ἑταίροις.

que ad disciplinae Aristotelicae varietatem lepidissimus scriptor, Lucianus Samosatensis, in dialogo, qui inscribitur Βίων πρᾶσις, [1] ubi Mercurium Vitam Aristotelis licitanti affirmantem introducit, alium istum *foris* apparere, alium autem *intus* videri, & partim *exotericum*, partim *esotericum* nominandum esse.

Plura, quam hi omnes, afferunt Graeci Aristotelis interpretes, & quidem inprimis *Ammonius Hermeae*, qui omnium luculentissime sententiam suam de distinctione inter libros Aristotelicos facienda declaravit. [2] Prima eius est distributio scriptorum Aristotelis in μερικὰ, sive scripta brevissimi argumenti, aut scientiae alicuius particulam tantum complectentia, cuiusmodi v. c. sunt epistolae Aristotelicae, quarum virtutes summis laudibus extulit Simplicius; [3] deinde in τὰ καθόλου, qualia sunt auscultationes physicae, libri de anima, & aliae πραγματεῖαι, in quibus non pars, sed tota scientia pertractatur; denique in τὰ μεταξὺ, quae ad neutrum genus revocari possunt, ut v. c. rerumpublicarum descriptiones (πολιτεῖαι), animalium historia &c. Alia est librorum divisio ab Ammonio proposita in libros ὑπομνηματικοὺς & συνταγματικούς· ex quibus illos vocat, quos ad memoriae subsidium sibi confecerat philosophus; hos autem, qui dictionem habent compositioni congruam (φράσιν πρέπουσαν συντάγματι), capitumque divisionem recte atque ordine digestam. Qui posteriores syntagmatici porro distribuuntur in αὐτοπροσώπους sive ἀκροαματικοὺς, & in διαλογικοὺς sive ἐξωτερικούς. Acroamaticos appellat, in quibus Aristoteles ex sua persona (ἐξ οἰκείου προσώπου) doctrinam tradit; exotericos, ubi Platonis exemplo fictas aliorum personas in utramque partem differentes inducit. Discrimen vero utriusque librorum generis in eo ponit, quod in *acroamaticis* Ari-

1 Luciani Opp. T. I, p. 566 ed. Reitz.

2 Ad Aristot. Categ. fol. 2 b. De loco huc spectante Alexandri Aphrodisei, interpretis Ammonio antiquioris, infra dispiciemus.

3 Ad Arist. Categor. fol. 2 b. lin. 11.

ſtoteles ad familiares & diſcipulos (τοὺς οἰκείους) ſermonem fecerit; in *exotericis*, ad vulgus; in *illis*, quae ſibi vera viderentur, docuerit, & rationibus quidem demonſtrativis, quarum vim vulgus percipere non poſſit; in *his* argumentatione ſimpliciori, faciliori, & ad vulgi captum accommodatiori uſus ſit. Quae omnia ſi ad librorum Ariſtotelicorum criſin adhibeas, ſequitur, ex Ammonii ſententia *librorum ad noſtra tempora ſervatorum nullum eſſe exotericum, ſed omnes vel acroamaticos, vel hypomnematicos*: nam dialogi iſti, quos ſolos exotericos pronuntiat interpres, ut iam ſupra diximus, perierunt.

Cum Ammonio maximam partem conveniunt diſcipuli eius *Ioannes Philoponus Grammaticus* & *Simplicius*, qui in univerſa quidem librorum Stagiritae diſtributione praeceptorem ſecuti ſunt, in diſcrimine vero dilucidando, inter libros exotericos & acroamaticos intercedente, paululum ab eo abiere. Philoponus λόγους ἐν κοινῷ, de quibus infra accuratius agemus, interpretatur [1] vel non ſeque Platonis diſciplinae tradidit. Diog. Laërt. l. l. Cf. Anonymus de vita Ariſtotelis ſupra & Themiſtii Orat. XXIII, p. 295 Harduin. Alterius autem dialogi non modo ſaepius mentionem fecerunt veteres, (vide not. ad vit. Ariſtot. ſecundum Diog. Laërt.) ſed inſeruerunt etiam ex eo nonnulli ſcriptis ſuis loca integra, unde de eius argumento & indole iudicare licet. Sic fragmenta occurrunt eius apud Cic. de divinat. I, 25, Opp. T. XI, p. 198 Bip. & Plutarch. de conſolat. ad Apollon. T. II, p. 115 B. Frcf. Egit philoſophus in eo de anima, maximeque de eius poſt mortem conditione & ſtatu; neque vero tanta cum ſubtilitate & ἀκριβείᾳ, quanta eandem rem in libris de anima acroamaticis pertractavit, id quod vel ex his fragmentis elucet. Ammonius tamen minus recte iudicaſſe videtur, dum ſolos

1 Ad Ariſtot. l. I de anima com. 138. e. 2: ἐν τοῖς ΕΝ ΚΟΙΝΩ φησὶ λεγομένοις λόγοις. λέγει δ' ἂν ἢ τὰς ἀγράφους αὐτοῦ συνουσίας πρὸς τοὺς ἑταίρους, ἢ τὰ ἐξωτερικὰ συγγράμματα, ὧν εἰσι καὶ οἱ διάλογοι, ὧν ὁ Εὔδημος. Ἅπερ διὰ τοῦτο ἐξωτερικὰ κέκληται, ὅτι οὐ πρὸς τοὺς γνησίους ἀκροατὰς γεγραμμένα. Inter Ariſtotelis dialogos, quos temporis iniuria nobis eripuit, duo inprimis apud veteres memorantur, unus Νήρινθος, ſive, ut Meurſius nomen apud Laërtium V, 22, emendandum putat, Κορίνθιος inſcriptus, alter *Eudemus*, in honorem Eudemi Cyprii (diſtinguendi ab Eudemo Rhodio) compoſitus. De priori dialogo, *Nerintho*, nihil conſtat, praeterquam quod philoſophus in eo introduxit Corinthium quendam agricolam, qui cum forte in Platonis Gorgiam incidiſſet, illico agrum deſeruit,

scripta Aristotelis colloquiâ cum familiaribus, vel exoterica scripta, e quorum numero sint etiam dialogi, & ex his Eudemus s. dialogus de anima, Eudemi Cyprii nomine insignitus. Vocatos autem λόγους ideo esse exotericos putat, quoniam non sint scripti ad dilectos socios, sed ad communem omnium utilitatem. Philoponi itaque iudicio non soli dialogi ad exoterica scripta referendi: dicit enim ὧν εἰσι ΚΑΙ οἱ διάλογοι. Ab eadem sententia stat Simplicius, qui librorum Aristotelicorum duo genera agnoscit: eorum nempe unum, qui exoterici nominentur, ut disquisitiones historicae & dialogicae, ad quorum intellectum omnino non intenta & assidua diligentia postuletur; alterum acroamaticorum, in quibus eo consilio obscurus fuerit Aristoteles, ut segniores ab eorum studio repelleret, & dehortaretur. 1 Denique *Eustratius* scripta acroamatica dicta esse contendit, quoniam ad eos, qui Aristotelem in communi audivissent, directa fuerint; exoterica vero, quoniam unumquodque eorum scriptum sit ad quempiam, qui extra communem acroasin aliquid quaereret; adeoque eatenus dissidet a reliquis interpretibus Graecis, quatenus isti exotericos libros propterea dici arbitrantur, quod ad *multorum* utilitatem editi sint, hic vero, quia ad *aliquem unum*, qui inter discipulos non numeraretur, auctor eos miserit. 2

dialogos ad libros exotericos referret. Cf. Proclus Lycius in Platonis Tim. l. V, p. 338 Basil.

1 Simplic. ad auscultatt. phys. fol. 2 b. lin. 22: διχῆ δὲ διῃρημένων αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων, εἰς τε τὰ ἐξωτερικὰ, εἶα τὰ ἐστερικὰ καὶ τὰ διαλογικὰ, καὶ ὅλως τὰ μὲ ἀκρας ἀκριβείας φειτιζοντα, καὶ εἰς τὰ ἀκροαματικὰ, ἂν καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ πραγματεια· ἐν τοῖς ἀκροαματικοῖς ἀσάφειαν ἐπεδείξατο, διὰ ταύτης τοὺς βαθυμοτέρους ἀποκρουόμενος.

2 Eustrat. ad Arist. Ethic. I, 12: ἐκεῖνα μὲν ἀκροαματικὰ ἐπιμαζόμενά ἐστιν, ἐπεὶ πρὸς τοὺς κοινῶς ἀκροωμένους γεγένηται· ταῦτα δὲ ἐξωτερικὰ, διότι τούτων ἕκαστον πρός τινα ζητήσαντα γέγραπται ἔξω τῆς κοινῆς ἀκροάσεως. Ceterum non semper sibi constat Eustratius: alia enim glossa ad Ethic. VI, 4, λόγους ἐξωτερικοὺς explicat, οὓς ἔξω τῆς λογικῆς παραδόσεως κοινῶς τὰ πλήθη φασί. *Paradosis logica* est doctrina scientifica ore tradita. Hesych. παράδοσις, ἄγραφος διδασκαλία. Ergo sermones exoterici essent *sermones vulgi*, ad quos provocaverit philosophus.

Excitavimus seriorum, qui post Aristotelem vixere, scriptorum loca fere omnia, ubi de librorum exotericorum & acroamaticorum diversitate locuti sunt: quae penitius expendenti statim apparebit, ex iis parum certi ad ipsum librorum discrimen declarandum elici posse. Quamvis enim in eo conveniant omnes, libros exotericos in usum vulgi, acroamaticos in familiarium commodum fuisse compositos: maxima tamen opinionum est discrepantia, (quatenus hic de librorum varietate in genere loquimur) utrum libri acroamatici ab exotericis distinguendi sint ratione *solius materiae utrisque subiectae* habita, an ratione *solius vel tractationis vel dictionis diversae*, an ratione *horum trium omnium?* Ad solam *materiae* in utroque librorum genere tractatae *differentiam* retulerunt discrimen Plutarchus, Gellius, Themistius, & Simplicius; contra in *tractandi modo, argumentorum generibus diversis*, & *dictione diversa* a Cicerone, Strabone & Ammonio positum est. Exoritur itaque nunc gravis & difficilis quaestio, quaenam harum sententiarum vera, certisque rationibus, ex ipsa commentariorum Aristotelicorum indole atque natura petendis, superstructa sit. Quam ut solvamus, nihil nobis videtur relictum, nisi ut ipsos adeamus Aristotelis libros, circumspiciamusque, an non in iis, quod difficultatem expediat, reperiri possit: mirum enim esset, cum de hac librorum distributione tot tantaque a serioribus iactata sint, si nulla eius in ipsis Aristotelis scriptis vestigia exstarent.

SECTIO II.

Inquiritur in vestigia librorum Exotericorum & Acroamaticorum ex libris Aristotelis ipsis.

Aristoteli solemnem omnino fuisse disciplinae diversitatem, ita ut, dilectioribus discipulis & familiaribus exquisitiori & accuratiori doctrina reservata, coram vul-

go non nisi de rebus levioribus intellectuque facilioribus praeciperet, etiamsi tot veterum testimoniis persuaderi tibi nolis, quo minus tamen dubites, ipse diversus librorum finis, quem Aristoteles sibi in hoc vel illo libro propositum esse passim significavit, inprimisque ea vetare videntur loca in eius scriptis obvia, ubi copiose declaravit, quales discipulos ad addiscendam, quam traditurus erat, scientiam, sibi requireret. Quod ut exemplis illustrem, principio Ethicorum ad Nicomachum, respectu ad ipsam disciplinam habito, quales auditores sibi optaret, luculenter exposuit. [1] Quicunque nempe de honesto, de iusto, aliisque huc pertinentibus se disputantem cum fructu audire cuperet, eum voluit esse ita moratum, & a prima inde iuventute institutum, ut animi affectionibus perturbationibusque nec obtemperaret, nec serviret, sed omnes appetitiones & actiones ad rationem revocaret; contraria enim sequenti homini, & incontinenti, inutilem esse exquisitam ethices cognitionem: ratum deinde habuit, accedere oportere desiderium tantae subtilitatis, ut in omni literarum genere, ita in hac quoque philosophiae parte, quantam rei ipsius natura capiat: nam quae penitus perspecta & explorata teneat aliquis, eorum optimum hunc esse iudicem: quae tamen cum ab omnibus ad ethicam scientiam recte addiscendam sperare non liceat, immo sint, quibus exquisitior doctrina propterea offerri non debeat, quod assequi eam haud valeant; qui insuper aliis impediantur, quo minus fructum inde percipiant; *non omnes qualescunque* ad *ethicorum acroasin* admittendos esse censuit. Alio prorsus consilio docuit philosophus Topica, Dialectica, & Rhetorica, quas disciplinas, utpote viam monstrantes ad perspiciendum in singulis verum & falsum, ad dubitandum in utramque partem, ad differendum de iis, quae ex pluribus verosimillima sint, ad acquirendam denique de omni re proposita dicendi facultatem, pariter *omnibus aliis ac fa-*

[1] Arist. Ethic. ad Nicom. I, 1, 2.

miliaribus utiles & neceſſarias eſſe arbitratus eſt. 1 Ex his *talem* inſtitutionis Ariſtotelicae diverſitatem, qualem Gellius nobis depinxit, concludi quidem non poſſe haud diffiteor: hoc tamen meo ſaltem ſenſu exinde evinci poteſt, fuiſſe Ariſtotelem de explorandis ingenio & moribus diſcipulorum, antequam doctrinam acroamaticam iis aperiret, valde ſollicitum; adeoque re vera, quae a Gellio aliiſque de diſtinctione inter auditores ab Ariſtotele facta narrantur, eius mori finique propoſito, quatenus ex libris eum novimus, ſaltem non repugnare.

His univerſe de diverſa Ariſtotelis diſciplina, quatenus ea auditores attinet, praemiſſis, nunc operam dabimus, ut indagemus veſtigia, quibus inſiſtendo, *quales libri* ſub exotericis & acroamaticis generatim deſignati ſint, & deſignati eſſe debuerint, oſtendere poſſimus. Quae quidem veſtigia in eo inveniſſe nobis videmur, quod Ariſtoteles praeter libros nomine laudatos, quo etiamnum veniunt, citaverit quoque λόγους ἐξωτερικοὺς, λόγους ἐγκυκλίους, λόγους ἐν κοινῷ, λόγους ἐκδεδομένους & λόγους κατὰ φιλοσοφίαν, quibus eum diverſum quoddam librorum genus deſignaſſe, ſatis clarum eſt. Noſtrum nunc erit, locis, ad quae rei ſumma redit, allatis, cum ex uſu loquendi communi, tum inprimis ex Ariſtotelico, non modo, quo ſignificatu voces, λόγος, ἐξωτερικὸς, ἐγκύκλιος, a philoſopho uſurpatae ſint, diligenter exponere, ſed etiam diſquirere, utrum hi ipſi λόγοι inter ſe diverſi, an ad unum idemque genus revocandi ſint.

Primum memorat Ariſtoteles pluribus locis λόγους ἐξωτερικοὺς, in quibus ſe de rebus philoſophicis diſſeruiſſe ipſe profitetur. Sic in Ethicis ad Nicomachum I, 13, ubi de animi viribus agit, cum nimis operoſum ei videretur animi vim penitius inquirere, quam cuiuſmodi quid propoſitum admittat, familiares ſuos ad dicta in λόγοις ἐξωτερικοῖς relegat, quibus illi utantur. — Τὸ ἐπὶ

1 Rhetor. I, 1. Topic. I, 2, 4; VIII, 14, 3.

πλεῖον ἐξακριβοῦν (τὴν ψυχὴν) ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων· λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς. — Alio quoque in Ethicis loco, quo differentiam inter *actionem* & *effectionem* explicare ſtudet, eos adhortatur, ut *exotericis* etiam λόγοις hac in re fidem habeant. Ethic. VI, 4. Cf. Eudem. V, 4, ἕτερον δ' ἐστὶ, ΠΟΙΗΣΙΣ καὶ ΠΡΑΞΙΣ· πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ αὐτῶν καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Vide ad utrumque locum Magn. Moral. I, 35. — Quod inter omnes conſtat, Plato rerum *ſpecies* quaſdam (ἰδέας) a rebus ipſis ſeparatas eaſque aeternas & divinas mirifice erat amplexatus, ita ut τὸ αὐτάνθρωπον, ſpeciem hominis, τὸ αὐτοίππον, ſpeciem equi, τὸ αὐτοδίκαιον, ſpeciem iuſti, eſſe perſuaſum haberet. [1] Eadem ſententia finxerat ſibi quoque ſpeciem ſummi boni, τὸ αὐτἀγαθὸν, cuius particeps *bona* demum, quotquot *vere* dicerentur, conſequi poſſit. Adverſus quas ſpecies maxime inſurgit Ariſtoteles, eaſque labefactare omnibus viribus contendens pronuntiat, ideas non boni ſolum, ſed cuiuſcunque alterius rei, inutiliter contentioſeque affirmari; additque, ſe multis modis quaeſtionem diſcuſſiſſe & in λόγοις ἐξωτερικοῖς & in λόγοις κατὰ φιλοσοφίαν, qui quales fuerint, poſthac demonſtrabitur. Eudem. I, 8: ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτοῖς (lege, αὐτῆς· ſubintelligendum enim δόξης) τρόποις, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν. Idem fere Ariſtoteles repetit Metaphyſ. XIII, 1: ἀλλ' ὡς περὶ μαθηματικῶν μόνον, εἴτ' εἰσὶν εἴτε μὴ εἰσί· (*num mathematica, ut numeri, lineae, ſubſtantiae ſint, necne*) καὶ εἰ εἰσι, πῶς εἰσιν· ἔπειτα μετὰ ταῦτα χωρὶς περὶ τῶν ἰδεῶν αὐτῶν ἁπλῶς καὶ ὅσον νόμου χάριν· (*opinionis ergo ſemel de iis conceptae, weil es eine Modephiloſophie iſt;* νόμος enim nonnunquam conſpirat cum δόξα, Ethic. ad Nicomach. I, 1.) τεθρύλληται γὰρ τὰ πολλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων. — Alibi de bonorum animi praeſtan-

1 Plato in Parmenide, Cratylo & Timaeo. Cf. Cic. quaeſt. acad. I, 9, 33. *Meiners* Geſchichte der Wiſſenſch. T. II, p. 731 ſq. p. 801,

tia differens duplex bonorum genus ſtatuit, unum eorum, quae extra nos, alterum, quae in animo noſtro poſita ſint; quod poſterius genus alteri praeferens adiicit, ſe eadem ratione in λόγοις ἐξωτερικοῖς diſtinguere bona ſolere. Eudem. II, 1: πάντα δὴ τὰ ἀγαθὰ, ἢ ἐκτὸς, ἢ ἐν ψυχῇ, καὶ τούτων αἱρετώτερα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ, καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. — Denique in iiſdem attigiſſe ſe ipſe Ariſtoteles teſtatur doctrinam *de variis imperii modis*, & locum *de optima vita*. De Republ. III, 6: ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀρχῆς τοὺς λεγομένους τρόπους ῥᾴδιον διελεῖν, καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. Ibid. VII, 1: νομίσαντας οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς. Haec ſunt, quantum ſcimus, loca omnia, ubi Ariſtoteles λόγων ἐξωτερικῶν mentionem facit. Sequitur, ut ſignificationes vocum ἐξωτερικὸς & λόγος, Ariſtoteli peculiares, paulo accuratius expendendo, quid ſub iis deſignaverit, declaratum dare ſtudeamus.

I. Ἐξωτερικὸν eſt omnino *extraneum*, quod ἔξω τοῦ πράγματος, extra rem eſt, ab ἔξω, ἐξώτερος, ſicut ἐσωτερικὸν ab ἔσω, ἐσώτερος. Aliam etymologiam proferri ſolitam, qua vocem ab ἐκ (pro ἐκτὸς, ut apud Homerum occurrit ἐκ τοῦ κάπνου καταθεῖναι· cf. Il. Λ, 163; Σ, 480; Ψ, 853. Odyſſ. Ω, 491.) & οὖς, ὠτὸς, derivant, ita ut λόγοι ἐξωτερικοὶ ſint ſermones *extra aures* familiarium habiti, contortam, ne dicam, ridiculam eſſe, nemo facile negaverit.

II. Eſt id peculiariter, *quod a re aliqua extrorſum tendit*, ut manus, pedes a corpore, quo ſenſu opponitur τῷ ἐσωτερικῷ, quod re continetur. Sic apud Ariſtotelem de generat. animal. V, 6: τὴν δὲ γλῶτταν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὥσπερ ἓν μόριον τῶν ἐξωτερικῶν εἶναι, μὴ ὅτι ἐν τῷ σώματι (legendum puto cum Philopono ad h. l. στόματι) σκεπάζεται, ἀλλ' οἷον χεῖρα ἢ πόδα. In Metaphyſ. X, 4, T. II, p. 722 B. τὰ ἐξωτέρω τοῦ γένους opponuntur τοῖς ἔσω. Locus hic eſt: καὶ γὰρ πλεῖστον διαφέρει ἡ

τέλειος διαφορὰ (*perfectam differentiam*, ut hoc interponamus, appellat Aristoteles eam, quae inter *duas res, eiusdem generis & speciei* obtinet) τῶν τε γὰρ γένει διαφερόντων, οὐκ ἔστιν (in margine melius legitur ex emendatione Bessarionis, εἶναι) ἐξωτέρω λαβεῖν καὶ τῶν εἴδει (διαφερόντων) δέδεικται. ὅτι πρὸς τὰ ἔξω τοῦ γένους οὐκ ἔστι διαφορὰ, (quatenus sunt extra genus; etsi enim *diversa* (ἕτερα) sint, *differentia* (διάφορα) tamen non sunt. Cf. c. III de modis, quibus sibi opponuntur *diversum* & *dissimile*.) In Analyt. post. I, 10, 7, differitur de λόγῳ ἔξω & λόγῳ ἔσω, mente *externa* & *interna*, de qua posteriori egit quoque Plato in Sophista.

III. Est *alienum ab aliquâ re, non ad rem pertinens*. Aristot. de Rep. I, 5: ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων συνέστηκε, καὶ γίνεται ἕν τι κοινὸν, εἴτε ἐκ συνεχῶν, εἴτε ἐκ διηρημένων, ἐν ἅπασιν ἐμφαίνεται τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον, (*quaecunque ex pluribus constant, & unum quiddam commune fiunt, sive ex continuis, sive ex disiunctis, in iis omnibus elucet atque apparet id, quod imperat, & id, quod imperio subiectum est*) καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἁπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἐμψύχοις, (emendandum utique cum Victorio, ἀψύχοις) καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς ἐστί τις ἀρχὴ, οἷον ἁρμονίας, (*harmoniam* vocat Aristoteles omnium partium consensum, ortum ex responsu *materiae formaeque*, adeoque illa per se considerata imperat utrique cum *materiae* tum *formae*;) ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως. Cf. ibid. VII, 1. Hinc dicuntur etiam *exoterici*, qui extra terram vel hominum societatem aliquam vivunt, aut aliud vitae genus, aliud doctrinae institutum sequuntur, respectu scilicet habito ad eos, qui in iisdem terris, in eadem societate versantur, idem vitae genus, eandem doctrinam eligunt. Sic Graecis Romanisque barbari, mystis profani, philosophis vulgus, sunt exoterici: quid quod Paulus I Cor. V, 13, gentiles simpliciter τοὺς ἔξω vocat, scilicet alienos ab ecclesiae societate; quam ethnicos appellandi formulam veteris ecclesiae doctores postea occupaverunt. Chrysostomus de Sacerdot.

VI, 8, *eloquentiae ſtudium vigere* teſtatur οὐ παρὰ τοῖς ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως οἰκείοις. Iuſtinus Martyr Paraeneſ. ad Graecos pag. 14 D. ed. congr. St. M. Hag. Com. 1742, appellat gentiles τοὺς ἔξωθεν τῆς θεοσεβείας. Conf. eiuſd. Quaeſt. ac Reſponſ. ad Orthodoxos in Reſponſ. ad Quaeſt. II, p. 442 H. Tertullianus Apologet. cap. VII, p. 7 ed. Rigalt. *tot hoſtes* queritur eſſe fidei, *quot extranei ſint, ex natura* (i. e. ex naturae pravitate) *ipſos etiam domeſticos* (οἰκείους). Idem ad nat. I, 7, *Oro vos, extraneis unde notitia? cum etiam iuſta & licita myſteria omnem arbitrii extranei caveant?* Cf. Clem. Alexandr. Strom. I, p. 278 C. Sylb. apud quem eſt quoque τὸ ἐξώτερον σκότος Strom. I, p. 270 D. Alia vide ap. Zeidlerum de gemino veterum docendi modo p. 10, 24.

IV. Eſt quod ab aliqua re extrorſum *in alia ſe diffundit.* De Republ. VII, 4: μάλιστα καὶ πράττειν λέγομεν, καὶ κυρίους τῶν ἐξωτερικῶν πράξεων τοὺς ταῖς διανοίαις ἀρχιτέκτονας· σχολῇ γὰρ ἂν ὁ θεὸς ἔχοι καλῶς, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, οἷς οὐκ εἰσὶν ἐξωτερικαὶ πράξεις παρὰ τὰς οἰκείας τὰς αὐτῶν. (Contendit nempe philoſophus, beatitudinem bonis actionibus effici, quae tamen actiones non neceſſe eſſe, ut ſe extra ſe diffundant; maxime eos agere & dominos eſſe actionum externarum, (in alia ſe diffundentium) qui conſilio opificibus praeſint: quod niſi ita ſe habeat, pergit, vix bene cum Deo ipſoque mundo agi, utpote quibus praeter intrinſecas deſint actiones externae.) Unde & hoc Ariſtotelem dixiſſe *exotericum*, quod a ſe ad extraneos directum, aut eorum uſui erat conſecratum, probabile fit.

Λόγοι ἐξωτερικοὶ poſſunt itaque eſſe vel ſermones viva voce ab Ariſtotele ad vulgus facti, vel libri ſcripti & in lucem editi. Sunt, qui priorem amplectantur interpretationem, freti ii quidem duobus argumentis, altero, quod eos ita explicuerit Andronicus Rhodius Peripateticus ad Ethic. I, 13: περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ στόματος πρὸς τοὺς ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΝΤΑΣ, ἀρκούντως εἴπομεν ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς·

altero, quod Aristoteles, quando λόγους ἐξωτερικοὺς citaverit, semper usus sit tempore praesenti, v. c. l. l. λέγεται ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Eudem. II, 1, καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερ. λογ. διοριζόμεθα· contra, quando librum scriptum laudaverit, semper adhibuerit tempus aoristum vel praeteritum, e. c. Ethic. VI, 3: ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς ἐλέγομεν καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα (reponendum est ex emendatione Casauboni προσδιωριζόμεθα, quoniam antecedit ἐλέγομεν) ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς. De Republ. II, 2: ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον. Analyt. prior. II, 14, 14: ὡς ἐν Τοπικοῖς ἐλέχθη; cuius quidem diversi citandi modi nullam afferri posse causam perhibent, nisi λόγοι ἐξωτερικοὶ accipiantur pro sermonibus viva voce habitis. Verum enimvero his probari nequit, λόγους ἐξωτερικοὺς *semper* significare sermones ore traditos, nec in scripta redactos; nam Andronici Rhodii auctoritas hac in re nihil valet, quippe cui opponi possint tot aliae, eaeque forte graviores: alterum porro argumentum, ex diverso citandi modo petitum, ex parte tantum verum est; ne urgeam, quam leve omnino id iam per se sit. Occurrunt loca, ubi laudans λόγους Aristoteles, non praesenti, sed praeterito utitur; v. c. Eudem. I, 8: ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Ethic. I, 3: ἱκανῶς ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν (de λογ. ἐγκ. vide infra). Equidem mihi persuasum habeo, Aristoteli λόγους ἐξωτερικοὺς esse nunc sermones ore traditos, quos tamen postea forsan in scripta redegerit, castigatos emiserit, aut saltem Theophrasto heredi reliquerit; nunc libros iam tum, cum eos laudaret, scriptos: nam si contenderes, sermones exotericos chartae nunquam mandatos fuisse, toti repugnares antiquitati, & contrarium patebit ex sequentibus.

Neque tamen omittendae aut negligendae sunt duae opiniones ab ista sententia digredientes: ex quibus primo loco commemorabimus eam *Zeidleri*, [1] hominis docti

[1] De gemino veterum docendi modo p. 6.

& Ariſtotelica philoſophia egregie imbuti, qui λόγους ἐξωτερικοὺς haberi poſſe putat pro ſermonum genere, quo vulgus aut exoterici omnino inter ſe invicem uſi fuerint, adeo ut Ariſtoteles ad notiones, quales in communi vita obtineant, aut ad vulgi conſenſum provocaverit, quamvis illud ſine ratione huic vel iſti ſententiae adhaereat. Petit Zeidlerus opinionis ſuae praeſidium ab interpretatione appoſita omnium fere locorum, quae de ſermonibus exotericis ſupra attulimus, ita tamen inflexa, & ad ſenſum, quem exire volebat, accommodata, ut ei noſtro iudicio non aſſentiendum ſit. Non diffitemur quidem, eſſe inter iſta loca unum, nempe qui in Metaphyſicis occurrit, & de Platonis ideis agit, quem ita accipere liceat, ut philoſophum ibi ſub λόγοις ἐξωτερικοῖς ſermones inter externos de ideis Platonicis frequentatos indigitaſſe, ſatis probabile videri poſſit: quem tamen ita interpretari nos vetat alter, ubi de iiſdem ad ſermones exotericos ita diſcipulos remittit Ariſtoteles, ut eum ſuos ipſius ſermones innuiſſe dubitari plane nequeat. Accedit, quod reliqua loca talem ſenſum prorſus reſpuunt, & ſeriores ſcriptores ad unum omnes libros exotericos ab ipſo Ariſtotele compoſitos, eoſque ab acroamaticis diverſos, agnoſcunt, ut adeo nullam non probabilitatem prae ſe ferat, Ariſtotelem, quoties ad λόγους ἐξωτερικοὺς reſpiceret, iſtos quoque libros, de quibus ſeriores locuti ſunt, intellexiſſe.

Aliter rem expedierunt Divus Thomas & Geneſius Sepulveda, [1] libros exotericos eſſe arbitrati non certum quoddam librorum genus, ſed libros qualeſcunque extra πραγματείαν illam, in qua teſtes citantur, conſtitutos, ita ut libris Ethicis v. c. Analytica, Topica, libri de anima, Metaphyſica ſint exoterica, & viciſſim Ethica ſint exoterica illis; nec adeo ullum intercedat diſcrimen librorum exotericorum & acroamaticorum, ſed iidem libri pro diverſo reſpectu nunc appellentur exoterici, nunc acroamatici. Quod igitur Ethic. I, 13, Ari-

1 Octav. Ferrar. de Sermon. exot. p. 35.

ſtoteles profeſſus eſt, *in exotericis de anima dici nonnulla, quae ſatis ſint*, ad id de ſuo addiderunt iſti, de anima in libris agi tribus, qui inter phyſica numerentur; tres vero illos eſſe *extra* libros de moribus, ergo exotericorum nomine oſtendi. At enim ſi vel ipſum hunc locum expendiſſent penitius viri docti, ſe falſam in opinionem aberraſſe, profecto vidiſſent. *In exotericis libris*, ait Ariſtoteles, *dici nonnulla de anima, quae ſufficiant*: num probabile eſt, eum hoc modo tres libros ſuos de anima allegaſſe, utpote in quibus omnia fere, quae de anima tunc temporis experientia & meditatione edoctus erat, diligentiſſime expoſuit? Quid quod ne certum quidem eſt, eum ad hos libros reſpexiſſe, dum λόγους ἐξωτερικοὺς laudaret; quoniam non tribus tantummodo libris de anima diſſeruit, ſed & alibi, in Metaphyſicis paſſim, in Magnis Moralibus, & praecipue in deperdito dialogo de anima, in honorem Eudemi Cyprii compoſito, ab omnibus interpretibus, qui eius meminere, pro exoterico habito; quem adeo aeque ac illos libros ſignificare potuit λόγων ἐξωτερικῶν nomine. Deinde quando extra πραγματείαν, in qua citat, libros laudavit Ariſtoteles, quidni eos ſemper appellavit exotericos, ſed peculiari nomine inſignivit, quo etiamnum veniunt? Provocavit Ethic. VI, 3, ad Analytica, eaque ſuo nomine vocata; quidni haec quoque nominavit ſimpliciter λόγους ἐξωτερικοὺς, cum *extra* ethicam πραγματείαν eſſent? Impediunt denique omnia ſeriorum de libris exotericis & acroamaticis teſtimonia, quo minus iſti opinioni te adiungas.

Praeter λόγους ἐξωτερικοὺς memorantur ab Ariſtotele etiam λόγοι ἐγκύκλιοι, & quidem primum in Ethicis ad Nicomachum I, 3, ubi, poſtquam dixerat philoſophus, ſummum bonum nec poſitum eſſe in voluptate, nec in honore aliiſque, nec in virtute quidem, propterea, quod contingere poſſit, ut virtute praeditus aut dormiat, aut per totam vitam nihil agat, aut magnis malis & calamitatibus prematur, homo autem ita vivens,

a nemine inter beatos numeretur, niſi quis propoſitum vel abſurdum ingenii acuendi cauſa defendere velit, orationis filo abrupto ſe his de rebus abunde in λόγοις encycliis egiſſe profeſſus eſt — δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν, καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα. τὸν δὲ οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ ΘΕΣΙΝ ΔΙΑΦΥΛΑΤΤΩΝ. καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν. — Deinde etiam in libro de Coelo I, 3, perſaepe proferri, ait Ariſtoteles, in *encycliis philoſophematibus* circa divina, neceſſario mutatione vacare divinum omne, utpote primum ipſum ac ſummum: καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις, ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον ἀναγκαῖον εἶναι πᾶν πρῶτον καὶ ἀκρότατον. — In eandem igitur diſquiſitionem nobis nunc deſcendendum eſt, ut varios ſignificatus vocis ἐγκύκλιος explorando, quoſnam commentarios Ariſtoteles ſub λόγοις ἐγκυκλίοις generatim comprehenderit, dilucidemus.

I. Ἐγκύκλιον univerſe notat *omne rotundum; orbiculatum, quodcunque in orbem redit.* Heſychius: ἐγκύκλιον, τὸ πανταχοῦ κυκλοῦν. Suidas: ἐγκύκλιον, τὸ ἀπανταχοῦ καθολικόν. Quo eodem ſenſu occurrit apud Ariſtotelem de Coelo II, 3: ἐπεὶ δὲ ὁ οὐρανὸς τοιοῦτος· σῶμα γάρ τι θεῖον· διὰ τοῦτο ἔχει τὸ ἐγκύκλιον σῶμα, ὃ φύσει κινεῖται κύκλῳ ἀεί. Alexander Aphrodiſ. ad h. l. ἐγκύκλιον σῶμα κυκλοφορικόν τε καὶ θεῖον σῶμα· & Iuſtinus Martyr everſ. dogmat. Ariſtot. n. 54 iungit τὴν σφαιρικὴν καὶ ἔγκυκλον κίνησιν. Cf. de Coelo II, 12. Pollux Onomaſt. VII, 13. Euſtath. ad Iliad. p. 976, de cuius loco vide Kuſter. ad Ariſtophan. Theſmophor. 261, & Brunck. not. T. I, p. 97.

II. *Quod redit tempore certo, inde omne quotidianum, obvium, commune.* Ariſtot. Meteorol. I, 1: ἔτι δὲ (θεωρήσαιμεν ἂν) περὶ κεραυνῶν πτώσεως, καὶ πρηστήρων, καὶ τυφώνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων, ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν τούτων σωμάτων. Vocantur

hoc loco meteora *encyclia*, quod circularis sit eorum ex iisdem corporibus generatio, adeoque ea saepe redeant. De Republic. I, 7 : ἐν Συρακούσαις λαμβάνων τις μισθὸν ἐδίδασκε τὰ ἐγκύκλια διακονήματα (usitata & vulgaria ministeria) τοὺς παῖδας. Cf. ibid. II, 5. De cura rei famil. II. Apud Demosthenem Orat. adv. Leptin. sunt ἐγκύκλιοι λειτουργίαι, in Orat. Graec. Reiskii Vol. I, p. 463, 13. Orat. in Aristogit. I, ἐγκύκλια δίκαια, Vol. I, p. 792, 16. Eunapius apud Suidam v. ἐγκύκλιον· ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ καὶ πρόχειρον τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν. Hinc etiam facile apparet, quid sit ἐγκύκλιον, quando de certo quodam institutionis, disciplinae, literarum artiumque genere usurpatur; sicut apud Strabonem (Geogr. I, p. 13 B. Casaub.) habemus τὴν ἐγκύκλιον καὶ συνηθῆ ἀγωγὴν τοῖς ἐλευθέροις καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν, i. e. disciplinam encycliam, (vulgarem, communem) ingenuis & philosophis usitatam; qua quidem comprehendebantur Gymnastica, Ars saltandi & pingendi, Musica (stricto sensu), Grammatica (latiori sensu), Geometria, Arithmetica, nonnunquam & Rhetorica. 1

III. Denique ἐγκύκλιον dicitur de eo, quod ἐν κύκλῳ est, fit, agitur, dicitur, docetur; quo sensu sumendum est in locis supra de sermonibus encycliis laudatis: κύκλος enim Graecorum nonnunquam respondet Latinorum *coronae*, significatque hominum multitudinem quasi in orbem collectam. Apud Plutarch. de Musica T. II, p. 1146 D. Francof. occurrunt λόγοι περὶ μουσικῆς ἐπικύκλιοι, & apud Ammonium proleg. in Categor. dicuntur χόροι ἐγκύκλιοι, qui ἐν τριόδοις καὶ ἐν τοῖς κύκλοις canebantur πρὸς διαστολὴν τῶν θυμελικῶν καὶ σκηνικῶν.

1 Vide, quae docte disputavit Cl. *Beck* in libello: Examen causarum, cur studia liberalium artium inprimisque poeseos a philosophis veteribus nonnullis aut neglecta aut impugnata fuerint; p. 5. Adde Plutarch. in Themistocle T. I, p. 112 B. Francof. vel ex quo loco patet, Rhetoricen pueros quoque inter ceteras artes liberales edoctos esse. Clem. Alexandrin. Strom. I, p. 248 A. Sylb.

Vocis ἐγκύκλιον vi igitur vel ſola ſpectata, nos a veritate haud aberraturos eſſe ſperamus, ſi λόγους ἐγκυκλίους eoſdem cum ſermonibus exotericis eſſe contenderimus. Sed ſtat quoque a partibus noſtris Simplicius, 1. qui *encyclia philoſophemata* ea ab Ariſtotele dicta eſſe vult, quae ſecundum aliquem ordinem vulgo tradita alias *exoterica* appellare ſolitus fuerit. Ariſtotelem vero ſub λόγοις ἐγκυκλίοις non vulgi ſermones, ſed ſuos ipſius commentarios intellexiſſe, exinde probari poteſt, quod altero loco a nobis allato eoſdem *philoſophemata encyclia* nominavit: nam φιλοσόφημα apud Ariſtotelem ſtrictiorem ſenſum induit, 2. quam λόγος, quippe quod eſt idem cum ſyllogiſmo demonſtrativo, quo ſane vulgus non uti ſolet; quamvis me non fugiat, latiori ſenſu vocem adhiberi ab aliis ſcriptoribus.

Λόγους ἐν κοινῷ (γενομένους), in quibus libro primo de anima 3. Ariſtoteles dicit improbari nonnullorum opinionem, ex qua animam harmoniam quandam compoſitionemque contrariorum dicant, non ſeiungendos eſſe a ſermonibus exotericis, omnes facile conceſſuros eſſe confidimus; quandoquidem nihil ſit, unde eorum ab his diverſitas oſtendi queat. Iam ſupra attulimus explicationem Philoponi, Ariſtotelis loco appoſitam, quae quidem cum noſtra ſententia prorſus convenit. Meminit denique Ariſtoteles λόγων ἐκδεδομένων, 4. qui tamen, quales fuerint, utrum exoterici, an alterius generis, non minus difficile ſit definire, ac ſi quis, quinam ex libris acroamaticis fuerint, quorum evulgationem aegre ferebat Alexander M. 5 demonſtrandum in ſe

1 Ad Ariſtot. de coelo I, fol. 67 b. ἐγκύκλια φιλοσοφήματα καλεῖ (Ariſtoteles) τὰ κατὰ τάξιν ἀπ' ἀρχῆς πολλοῖς προτιθέμενα, ἅτινα καὶ ἐξωτερικὰ καλεῖν εἰώθεν.

2 Topic. VII, 11, §. 16.

3 De anima I, 4.

4 De Poëtica cap. XV: εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν (ἠθῶν) ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς &c.

5 Plutarchus quidem (Vita Alex. M. T. I, p. 668) Metaphyſica fuiſſe vult; alii de phyſicis auſcultationibus cogitant: quorum opinionibus reiectis, conqueſtum eſſe Alexandrum de edito *libro de mundo* autumat Patricius diſcuſſ. Peripat. pag. 68, quandoquidem eo libro, ipſi Alexandro, ut ferunt, inſcripto,

ſuſcipiat. Ex ipſo loco concludere licet, fuiſſe eorum argumentum doctrinam de moribus; agit enim philoſophus, ubi ad eos provocat, de obſervanda morum in perſona tragica convenientia: adeoque coniecturae locus dari poteſt, in mente habuiſſe Ariſtotelem libros Ethicorum; ſed, cum tot libri ad eandem doctrinam ſpectantes deperditi ſint, quis eſt, qui ſub libris editis alios intelligi poſſe negare auſit? Male autem quidam eodem loco uſi ſunt ad probandum, libros exoteriços eſſe, quos, dum viveret, publici iuris auctor fecerit; acroamaticos, quos ἐν ἀπορρήτῳ retinuerit. Primum Alexandri epiſtola de librorum acroamaticorum evulgatione conqueritur: cuius auctoritatem, cum illa dubiae forte fidei videri poſſit, etiamſi ſpernamus, elucet tamen ex locis Strabonis & Plutarchi ſupra adductis, libros acroamaticos poſt Ariſtotelis mortem *non omnes* unice ad heredem perveniſſe, ſed nonnullos iam vivo auctore emiſſos eſſe. Praeterea locus in prooemio Simplicii ad librum ſextum Phyſicorum, [1] plura exemplaria ſaltem phyſicarum auſcultationum tum in Graecia circumlata eſſe, arguit. Narrat enim interpres, ſcripſiſſe Eudemum Rhodium ad Theophraſtum, ſe habere Codi-

(vocatur enim ab aliis ἐπιστολὴ περὶ τοῦ παιτὸς πρὸς Ἀλεξανδρον,) tota cum divina, tum naturalis philoſophia (doctrinae ſcilicet ſecretiores & acroamaticae) per compendium regio otio atque ingenio accommodatum ab Ariſtotele tradita ſit, eo nempe conſilio, ut facile rex vel memoria repetere, quae olim a praeceptore audiiſſet, vel etiam ſine taedio ea relegere poſſet. Verum Patricii ſententia ex ipſa Alexandri epiſtola ad Ariſtotelem data refutari poteſt; in qua non indignatur Alexander, quod libri acroamatici (non de uno, ſed de pluribus in epiſtola ſermo eſt) *ad ſe* miſſi, ſed quod *cum aliis* communicati ſint. Equidem neutri ſententiae me addicens, rem omnino neſcire, quam in ullam partem diſputare malim.

1 Simplic. ad phyſ. Auſc. fol. 216 a. lin. 7 Monet ibi interpres, priores quinque libros appellari *phyſicos*, reliquos tres *de motu*; cui ſubiicit: οὕτω γὰρ Ἀνδρόνικος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν Ἀριστοτέλους Περὶ κινήσεως διατάττεται, μαρτυροῦντος περὶ τῶν πράτων καὶ Θεοφράστου, γράψαντος Εὐδήμου περί τινος αὐτῷ τῶν διημαρτημένων ἀντιγράφων κατὰ τὸ πέμπτον βιβλίον. ὑπὲρ ὧν φησιν ἐπέστειλας κελεύων με γράψαι καὶ ἀποστεῖλαι ἐκ τῶν φυσικῶν.

cem libri quinti τῶν Φυσικῶν multis erroribus ſcatentem, & petere, ut ſibi ſcribat mittatque alium.

Erunt nunc fortaſſe, qui a me exſpectent, ut, quid ad τῶν λόγων ἀκροαματικῶν ſignificationem declarandam ex ipſis Ariſtotelis ſcriptis depromi poſſit, afferam: eorum tamen deſiderio non ab omni parte ſatisfacere poſſum, quandoquidem philoſophus nuſquam, praeter in epiſtola ad Alexandrum data, unde tamen parum aut nihil proficias, λόγων ἀκροαματικῶν meminerit. Verum memorantur in Eudemiis [1] λόγοι κατὰ φιλοσοφίαν, quos cum acroamaticis conſonare eo probabile fit, quod ipſo loco diſerte ab exotericis ſegregantur. Deinde univerſe tenendum eſt, Ariſtotelem demonſtrationem *dialecticam* diſtinguere a *philoſophica*, quoniam illa ad *probabilitatem* tantummodo tendat, haec ad *veritatem*. [2] Igitur λόγοι κατὰ φιλοσοφίαν erunt, in quibus κατ' ἀλήθειαν propoſitiones perſecutus eſt philoſophus, adeoque iidem cum acroamaticis, id quod ex infra diſputandis clarius adhuc perſpicietur.

Ex ipſis Ariſtotelis ſcriptis hactenus oſtendimus, eum praeter libros, quos nomine, quo etiamnum veniunt, citavit, provocaſſe quoque ad λόγους ἐξωτερικοὺς, ἐγκυκλίους, ἐν κοινῷ γενομένους, ἐκδεδομένους & λόγους κατὰ φιλοσοφίαν· declaravimus porro ſententiarum ſeriem, qua ad eorum mentionem philoſophus perducitur; probavimus denique ex communi loquendi more, & inprimis ex Ariſtotelico, cum λόγους ἐξωτερικοὺς fuiſſe in uſum vulgi compoſitos, tum ceteros λόγους, praeter τοὺς κατὰ φιλοσοφίαν, ad unum idemque genus τῶν ἐξωτερικῶν eſſe revocandos. Quod ſi nunc quaeratur, iſta diſquiſitione quid ad ipſam diverſitatem librorum Ariſtotelis exotericorum & acroamaticorum penitius pernoſcendam profecerimus, ingenue fatemur, nos parum aut nihil lucri feciſſe. Eodem

1 Eudem. I, 8.

2 Topic. I, 14, § 7. Diſputat Ariſtoteles de propoſitionibus: πρὸς μὲν οὖν φιλοσοφίαν κατ' ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν πραγματευτέον. διαλεκτικῶς δὲ, πρὸς δόξαν.

enim fere loco ſumus, quo nos conſtitutos videbamus, cum, quae ex ſententiis ſeriorum Ariſtotele ſcriptorum colligere liceret, uni obtutui ſubiiceremus. Habemus quidem, unde quadamtenus, quinam ex libris Ariſtotelis ad noſtra tempora ſervatis in acroamaticis numerandi ſint, definire poſſimus, videlicet, cum duo tantum librorum genera, exotericum & acroamaticum, exſtent, pro certo ſi ponamus, libros, in quibus philoſophus ad exotericos provocat, eſſe acroamaticos. Quod optimo iure poni poſſe, ut exemplo probem, dixit Ariſtoteles in Ethicis, de actionibus loquens: Πιστεύομεν δὲ περὶ αὐτῶν καὶ ἐξωτερικοῖς λόγοις, *fides hac de re habenda eſt ſermonibus quoque exotericis.* Igitur niſi accipiamus, Ethica eſſe acroamatica, nulla apparet cauſa, cur Ariſtoteles diſcipulos ſuos ad ſcripta exoterica relegaverit, cum ethica ipſa eſſent exoterica. Eandem concluſionem ſi ad ceteros etiam libros, in quibus commentarii exoterici laudantur, adhibere velimus, pro *acroamaticis* habendi erunt praeter *Ethica ad Nicomachum*, *Eudemia*, *libri de Republica*, *libri de Coelo*, & *libri de Anima*. Enimvero ratio iſta libros acroamaticos definiendi ad *omnes* libros applicari nequit; poſſunt libri eſſe acroamatici, quamvis in iis exotericorum Ariſtoteles mentionem iniecerit nullam; neque hoc modo librorum diſcrimen declaratur, dum ignoramus, qui & quales libri ſint exoterici. Pergendum itaque, &, *quibus in rebus* librorum exotericorum & acroamaticorum diverſitas ſita ſit, paulo altius nobis inquirendum eſt.

SECTIO III.

Explicatur ipſa librorum Ariſtotelis exotericorum & acroamaticorum diverſitas.

IAM ſupra diximus, ſintne libri acroamatici ab exotericis diverſi ratione vel materiae utrique librorum generi ſubſtratae, vel, quo auctor uſus ſit, tractandi

& differendi modi, vel denique dictionis aut clarioris aut obscurioris, de eo maxime posse dubitari. Vulgaris quidem est opinio, eaque propter verisimilitudinem, qua se primo intuitu commendat, valde speciosa, peculiarem & maximam librorum diversitatem in argumenti dignitate in uno genere maiori, quam in altero, positam esse, & contineri acroamaticis disciplinas occultas, obscuras, ex interiori philosophia petitas; exotericis vero leviores, intellectu faciliores, atque hominum vel vulgarium ingeniis accommodatas: neque alio ducunt plura, ut vidimus, veterum testimonia, quorum tamen auctores nostro saltem iudicio non magis, quam plerique recentioris aevi scriptores, qui rem attigerunt, verum librorum discrimen assecuti sunt. Etenim quid de materia in utraque librorum classe tractata dicendum sit, dum incerti fluctuamus, quinam libri haberi possint *exoterici*, non aliunde cum fide erui posse arbitror, quam ex istis locis, ubi Aristoteles auditores suos eo consilio ad libros exotericos relegat, ut in iis videant, aut ex iis sibi in memoriam revocent, quae *de iisdem rebus*, de quibus sermo ipsi esset, fusius ibi exposuerit: nam hinc manifestum fieri necesse est, *qualis materia* librorum exotericorum argumentum constituerit. Quo rectius autem de doctrinarum in libris exotericis traditarum dignitate, respectu ad libros acroamaticos habito, iudicium ferri queat, pauca omnino de earum ordine, philosopho nostro peculiari, nobis praemonenda sunt; in quo instituendo, cum eodem fere redeat, quem ducem seligamus, utemur distributione ab Ammonio Hermeae [1] prolata, ex cuius loco nonnulla iam a nobis adducta sunt. Is interpres duo quidem disciplinarum genera agnoscit, quorum unum omnium principes, *theoreticas* & *practicas*, comprehendit, alterum *organicas*, sive ministras & adiutrices, viam ad priores munientes, complectitur. Ad theoreticas sive contemplativas (διανοητικὰς), consentiente ipso Aristo-

1 Ad Arist. Categorias in prooem.

tele, 1 refert primum *physiologicas*, in quarum numero sunt, quas explicuit philosophus in auscultationibus physicis, in libris de generatione & corruptione, de anima, de coelo, in parvis naturalibus &c. deinde *mathematicas*, quae ex mente Aristotelis medium inter physica & metaphysica locum tenent; denique *theologicas*, sive *metaphysicas*, propterea theologicas dictas, quoniam spectant ad πάντα τὰ ὑπὲρ φύσιν, ad naturam divinam primasque omnium rerum causas, quantum eas ingenii humani viribus perscrutari atque contemplari licet. Ad *practicas* revocat primum *ethica* 2 s. doctrinas de bono & malo, honesto & turpi, de via ad bene beateque vivendum necessario ineunda, de felicitate summa unice ex perpetuo nec unquam interrupto virtutis exercitio consequenda, quales proposuit Aristoteles in Ethicis ad Nicomachum, in Magnis Moralibus, in libris ad Eudemum, & aliis; deinde *politica*, quibus docetur, quemadmodum morum honestas & pulchritudo, omnisque felicitas inde nascitura, in rempublicam inferri possit; quibus denique subiungit *oeconomica*, sive doctrinam de administranda re familiari, περὶ τοῦ κτήσασθαι οἶκον καὶ χρήσασθαι αὐτῷ. 3 Sequuntur *doctrinae organicae*, *ministrae*, *adiutrices*, quae communicando nobiscum rationes inveniendi, disponendi, collocandi & enuntiandi argumenta demonstrativa, dubitationibus de vero & falso tollendis inserviunt. Primum ex hoc genere locum sibi vindicat *Analytica*, quatenus methodi principia attinet, explicita ab Aristotele in Categoriis, libro de Interpretatione, & Analyticis prioribus; altera *Dialectica*, *ipsam methodum*, adeoque maxime ἀπόδειξιν, i. e. syllogismum demonstrativum, persequitur, ut

1 Metaphys. V, 1.

2 Nonnunquam Aristoteles Ethica nomine τῶν πολιτικῶν περὶ τὰ ἤθη insignit, ut Rhet. I, 4, Magn. Moral. I, 1; quatenus Ethica proprie circa mores hominum, qua *hominum*, versantur, & Politica proprie circa mores civium & magistratuum, qua *talium*; ita ut, diverso tamen respectu, Ethica possint appellari Politica, & vice versa.

3 De cura rei famil. I, 1. Cf. de Republ. I, 7.

ex Analyticis posterioribus, Topicis, & Elenchis sophisticis patet. Quibus adiiciendae sunt *Rhetorica* & *Poëtica*, quae quidem aliquatenus methodum adiuvant, priorum tamen doctrinarum opem requirunt. Etenim Aristoteles Rhetoricam compositam esse vult ex Analytica & Ethica, similemque esse partim Dialecticae, partim sermonibus sophisticis, [1] h. e. eam interdum vera rationibus idoneis, interdum probabilia aut falsa rationibus speciosis proferre docere. Quo respectu Poëtica ad singulare quoddam doctrinarum genus referenda est.

Dispositis hoc modo disciplinis, & ad ordinem suum unaquaque revocata, facilius nunc erit ex vestigiis supra monstratis ostendere, utrum in libris exotericis eadem, quae in acroamaticis, an in his alia, ac in illis, tractata fuerint. Etenim ut a genere doctrinarum theoretico initium faciamus, egit Aristoteles in exotericis etiam de Deo, ut omnium entium primo & summo, eiusque natura immutabili; [2] de anima porro; [3] de speciebus sive ideis Platonicis; [4] adeoque de rebus partim ad metaphysica, partim ad physica pertinentibus. Ex genere practico Aristoteles doctrinas de virtute, de actionibus & effectionibus, de bonorum animi praestantia, de vita beata, de diversis imperii modis, [5] tam in libris exotericis, quam in acroamaticis, persecutus est. Quod restat, num Aristoteles doctrinas organicas quoque, analyticam, dialecticam, rhetoricam, in libris exotericis proposuerit, patet satis superque ex Peripateticorum post Theophrasti decessum historia, & ex locis Plutarchi & Gellii, istam provinciam praecipue libros exotericos occupasse. Ergo a materiae diversitate librorum exotericorum & acroamaticorum discrimen repeti vix potest; & quidem intra probabilitatis fines subsistit, an ullum materiae discrimen fue-

1 Rhetor. I, 4.

2 De Coelo I, 3. Vide supra p. 133.

3 Ethic. ad Nicom. I, 13. Vid. p. 125.

4 Eudem. I, 8. Metaphys. XIII, 1.

5 Ethic. I, 3. Ibid. VI, 4. Eudem. II, 1. De Republ. VII, 1. Ibid. III, 6.

rit, necne; nullum enim omnino fuisse mihi propterea persuadere non possum, quod Aristoteles, quantum constat, mathematica in exotericis non attigit, deinde quod nullibi saepius librorum exotericorum meminit, quam in ethicis & politicis, unde maxime de rebus ad ea spectantibus, rarius de aliis, eum in illis differuisse, manifestum fit. Ex his unicuique in oculos incurrit, minus bene iudicasse, qui librorum exotericorum & acroamaticorum differentiam *unice in materia diversa* quaererent, Plutarchum, Gellium, Themistium, Simplicium, nec non recentiores istius opinionis assecias, tum etiam, si qua in re, in nulla alia latere illud posse, nisi in diverso tractandi modo & dicendi genere; adeoque, ut res ad liquidum perducatur, de his nobis nunc dispiciendum esse.

Aristoteles duplicem [1] res, quas explicare consilium ceperat, tractandi & contemplandi modum inire solebat, *aut* ut propriam, veram, & interiorem earum naturam indolemque, non ad communem & vulgarem hominum rationem, sed ex principiis & causis, unde reliqua fluunt, & per quae consistunt, ex singularum partium, quibus res compositae sunt, dissolutione earumque inter se comparatione, erueret, nec, quidquid iis inesset, quantum pro ingenii viribus posset, intactum relinqueret; *aut* ut, accuratiori & severiori subtilitate missa, rerum summam tantum stringeret, ex communibus vulgi opinionibus iisque consentaneis propositionibus concluderet, non tam argumentis demonstrativis uteretur, quam probabilibus atque intellectu facilibus, omninoque rudi Minerva disputaret. *Priorem* illum philosophandi modum appellabat τὸ ἐπισκοπεῖν θεολογικῶς, sive ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, *ex ultimis rei principiis & causis*, φυσικῶς, κατὰ φύσιν, *ratione naturae rei habi-*

1 Duplicem istam res expendendi rationem iam distinxerunt antiquiores philosophi & Sophistae. V. Plat. Theaetet. T. II, p. 92 c. Bip. in Menone T. IV, p. 339. in Timaeo p. 477, lin. 19 Basil. & alibi.

τα, κατ' ἀλήθειαν, *ad* veritatem, *non ad* opinionem (δόξαν), κατὰ ſ. πρὸς φιλοσοφίαν, *more, quo philoſophum decet*, ἀκριβῶς, *exquiſite, limate, erudite*, ἀναλυτικῶς ſ. λεπτομερῶς, *rei partes diſſolvendo, eaſque inter ſe comparando*, πραγματικῶς, *argumenta ex re ipſa, non aliunde petendo; poſteriorem* vero vocabat τὸ διαλεγέσθαι λογικῶς, διαλεκτικῶς, ἐνδόξως ſ. κατὰ δόξαν, κατ' ἔννοιαν, κοινῶς, *ad communes hominum opiniones*, ὡς τύπῳ ſ. παχυλῶς, ἐπιπολῆς, ἁπλῶς, *rem leviter tantum adumbrando*, ὁλοσχερῶς, *generatim*, κατὰ τὸ οἰκὸς ſ. πιθανῶς, *probabiliter*, κατὰ νόμον, *more vulgari*; [1] quorum nominum nu-

1 Τὸ ἐπισκοπεῖν θεολογικῶς ſ. ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. Vide Metaphyſ. V, 1. Haeret philoſophus, quaenam ex philoſophiae contemplativae partibus, mathematica, phyſica & theologica, princeps habenda ſit, ſive, quaenam harum diſciplinarum *circa prima & ultima principia* verſetur. Si nulla eſt, inquit, alia ſubſtantia, praeter eas, quae *natura* conſiſtunt, phyſica principem locum tenet; ſi vero eſt, theologia, ut prior, ceteris diſciplinis contemplativis praeferri debet. Hinc exponit Ariſtoteles, quae & qualis contemplatio theologiae ſive metaphyſicae peculiaris ſit: καὶ περὶ τοῦ ὄντος, ᾗ ὄν, αὐτῆς ἂν εἴη θεωρῆσαι, καὶ τί ἐστι (viz. τὸ ὄν) καὶ τὰ ὑπάρχοντα (τῷ ὄντι), καθόλου, ᾗ ὄν. Cf. Ammon. ad Categ. fol. 2 b. Id. ad lib. de interpret. fol. 6 b. -- Φυσικῶς rem conſiderare idem eſt. Simplic. ad Ariſtot. de anima I, 1, non longe a principio: φυσικῶς, οὐχὶ λογικῶς καὶ κοινῶς, ἀλλ' ἀποδεικτικῶς μᾶλλον, καὶ τοῖς προκειμένοις οἰκεία· δείκνυσι γὰρ διὰ τοῦ τῆς οὐσίας αὐτῶν. Ammon. ad Iſag. Porphyr. in Ariſtot. Categorias: φυσικῶς διαλαβεῖν -- τὸ τὰς οὐσίας ζητεῖν τῶν πραγμάτων. -- Differere πρὸς φιλοσοφίαν & κατ' ἀλήθειαν eodem redit. *Philoſophiam* enim definit Ariſtoteles *ſcientiam veritatis*. Metaphyſ. II, 1: ὀρθῶς δὲ ἔχει καὶ τὸ καλέσαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας (hic lacuna eſt) θεωρητικήν· θεωρητικῆς μὲν γὰρ τέλος ἀλήθεια, πρακτικῆς δ' ἔργον. Cf. Plato in Theage, Tom. II inde a pag. 7 Bip. Nonnunquam iſtae loquendi formulae inter ſe diſtinguuntur, ita tamen, ut facile apparcat, eſſe eas inter ſe cognatas. Sic Topic. I, 14, § 7: πρὸς μὲν οὖν φιλοσοφίαν, κατ' ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν (propoſitionum) πραγματευτέον· διαλεκτικῶς δὲ, πρὸς δόξαν. --- Ἀκριβῶς rem perſequi, eſt apud Latinos *erudite* pertractare, quo ſenſu vox ſaepe apud Platonem occurrit. Vid. in Protag. T. III, p. 142 e. in Gorgia Tom. IV, p. 88 c. & alibi. Cum ἀκριβῶς ſynonyma ſunt ἀναλυτικῶς, λεπτομερῶς, πραγματικῶς. Quibus opponitur τὸ ἐπισκοπεῖν λογικῶς, ſive ſecundum Ammonium in Iſag. Porphyr. τὸ τὰ συμβεβηκότα ζητεῖν τῶν πραγμάτων. Cf. Topic. I, 1, 7. Analyt. poſt. I, 6, 1. 19, 4. Cf. Plato in Menone T. IV, p. 339, -- κατὰ δόξαν, κατ' ἔννοιαν, ἐνδόξως. Vid. Alex. Aphrodiſ. ad Topic. I, 14. Ammon. ad Categor. ab init. --- ὡς τύπῳ. Topic. I, 1, 10, εἴδη μὲν οὖν τῶν συλλογισμῶν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ἔστω τὰ εἰρημένα. Ibid. cap. 6.

merum pluribus ſynonymis, ne lectoribus nauſeam faciam, augere nolo. Saepius ambae conſiderandi rationes ſibi invicem opponuntur. Etenim Ariſtoteles interdum affert, quid de aliqua re ſtatuendum ſit, ſive hanc, ſive illam ad eius contemplationem adhibeas. Neque tamen ideo admodum difficile eſt invenire, quale eas interſit diſcrimen. In auſcultationibus phyſicis 1 v. c. aſſerit Ariſtoteles, non eſſe corpus infinitum, nec ſi *logice* propoſitum perpendas, nec ſi *phyſice*. *Primam* methodum ſi ſequaris, corpus eſſe infinitum non poſſe propterea, ait, quod *infiniti* notio contraria ſit notioni *finiti;* corpus vero, ſicut ſuperficie terminetur, ita finitum ſit, quam probandi rationem, ductam *ex corporis accidentibus quibuſdam*, videmus vulgi captui ſatis eſſe accommodatam; ſed quae protinus hanc excipit demonſtratio κατὰ φύσιν, ipſam internam corporis naturam indagat: quia nempe corpus partibus conſiſtit, partes numero finiuntur; quivis numerus numerabile quid eſt; infinitum autem corpus nec compoſitum eſſe poteſt, nec ſimplex, ergo corpus infinitum non eſt. Eodem modo ſe habet diſquiſitio θεολογικῶς ſeu ἐκ τῶν ὑπαρχόντων inſtituta: quae quidem inde nomen accepit, quod ea maxime uſus ſit Ariſtoteles ad contemplandam naturam divinam, utpote ultimum omnium rerum principium & cauſam; theologiae enim ſ. metaphyſicae peculiare eſſe oportere contendit philoſophus hoc, ut ens, prout ens ſit, eiuſque naturam, i. e. quae ei inſint, ſive eius proprietates, & quidem univerſe, quatenus primum ens ſit, perſcrutetur, 2 ſi eam cum tractatione

Τύπος eſt proprie vox de artificiis plaſtarum, fuſorum, pictorum &c. adhiberi ſolita, ſignificatque primam & rudem futuri operis formam & delineationem; hinc transfertur ad rhetoricen, ita ut τύπῳ περιλαβεῖν ſit, accurata expoſitione miſſa, rei ſummam complecti, rem leviter, generatim, univerſe adumbrare. Eodem ſignificatu occurrunt παχυλῶς, ἐπιπολῆς ap. Philopon. ad Meteorol. I, 1; ὁλοσχερῶς ap. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. I, 13, ὡς ἂν ὁλοσχερέστερον εἴποι τις· & ap. Diog. Laërt. X, S. 55, ὁλοσχερέσταται δόξαι.

1 Auſcultatt. phyſ. III, 5. Cf. Simplicius ad h. l. fol. 110 a. b. & Philoponus ad eundem.

2 Metaphyſ. V, 1.

ad probabilitatem tantum tendente compares. Nam utriusque considerandi modi, quorum unus & alter, ut vidimus, variis nominibus insignitur, maxima diversitas in eo posita est, ut *physici* vel *theologici* vel quocunque alio nomine eum appelles, finis sit ἡ ἀποδεικτικὴ ἐπιστήμη ἐξ ἀναγκαίων ἀρχῶν, *scientia demonstrativa ex necessariis principiis; logici* vero & *dialectici*, δόξα, *probabilitas, opinio ducta ex maxime probabilibus propositionibus.* Quod ut clarius perspiciatur, pauciſſima de ratione, qua & ad veritatem & ad probabilitatem perveniri posse arbitrabatur Stagirita, nobis omnino monenda sunt. *Veritatem* & *philosophiam*, quam posteriorem *scientiam veritatis* definivit, a *probabilitate* sive *opinione* ita distinxit Aristoteles, ut illi nunquam subesse posse falsum diceret, immo potius illam, cum certitudine iunctam, omnem dubitationem, an falsum subsit, necne, excludere affirmaret. Ergo ad mentem Aristotelis, quae aliquis de aliqua re *vera* esse putat, ea aliter, ac ipse statuit, se habere non possunt; eatenus videlicet, quatenus ipsi videtur nihil falsi, i. e. aliter se habentis, subesse, neque fieri posse, ut, si ipse assensum praebeat, eo ipso decipiatur. Contra *haec*, opinio, probabilitas vera esse potest, sed potest etiam esse falsa, & sicut veritas & philosophia omne falsum respuunt, ita opinio, ut ipsis Aristotelis verbis utar, vero & falso dividitur, h. e. modo vera, modo falsa est. [1] Igitur, quoties Aristoteles ad veritatem sive ad philosophiam dirigeret demonstrationem, concludendum ei erat ex necessariis principiis, i. e. iis, quae rebus insunt, & necessario ad earum naturam pertinent; quoties autem probabiliter tantum, logice, dialectice, argumentaretur, ad id solummodo respiciendum erat, ut ex probabilibus quam maxime propositionibus, nec tamen cogentibus, nec cum certitudine iunctis, aliquid colligeret. Porro quidem habituum intelligentiae species quinque statuebat, quibus animus aut verum aut probabile

1 Ethic. ad Nicom. III, 4.

enuntiaret vel affirmando vel negando, τέχνην, *artem*, ἐπιστήμην, *ſcientiam*, φρόνησιν, *prudentiam*, σοφίαν, *ſapientiam*, νοῦν, *mentem* ſive *intelligentiam*. *Ars*, [1] voce eo ſenſu ſumta, quo ab Ariſtotele uſurpatur, ut ſit habitus quidam cum vera ratione coniunctus ad *efficiendum* idoneus, proprie ad noſtram diſputationem non ſpectat, quoniam omnis in *molitione rei* occupata eſt, h. e. id molitur, ut aliquid fiat eorum, quae primum aut ſunt, aut non ſunt, (ὅπως ἂν γένηταί τι τῶν ἐνδεχομένων καὶ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι,) deinde aut ita, aut aliter eſſe poſſunt. *Scientia* vero res ſubtiliter exquirit, non accidentia aut ſimilitudines ſectando, ſed excutiendo & inter ſe comparando, quae rebus inſunt, neceſſario ad earum naturam pertinent, adeoque aeterna, i. e. neque unquam orta ſunt, neque interire poſſunt. [2] Ergo, quod ſcientia complectitur, neceſſario ita eſt, nec aliter eſſe poteſt; unde etiam ſequitur, eam ſemper demonſtrationem exigere: quorum autem principia aliter ſe habere poſſunt, eorum demonſtratio eſſe nequit. Neque ſcientia vocari poteſt *prudentia*, ut quae ſit habitus, cum ratione vera coniunctus, ad *agendum* idoneus, in iis occupatus, quae homini vel bona vel mala ſunt. Cum autem duae animi partes rationis participes ſint, prudentia eius eſt virtus, quae ad opinandum valet, ſintne res bonae vel malae, adeoque in iis, quae non neceſſario bonae aut non neceſſario malae ſunt, ſed quae aliter eſſe poſſunt, verſatur. Quoniam autem ſcientia eſt exiſtimatio de rebus univerſis, iiſque neceſſariis, omnium vero rerum ſub demonſtrationem cadentium *principia* aliqua eſſe neceſſe eſt, patet, principiorum iſtorum nec *ſcientiam*, nec *artem*, nec *prudentiam* eſſe, ſed *intelligentiam*. *Sapientia* denique iſtorum habituum omnium eſt abſolutiſſimus, quatenus ſapientem oportet non ſolum intelligere, quae ex principiis colliguntur, ſed etiam in principiis verſantem de iis vere loqui vereque ſentire, adeo ut ſapientiam dice-

1 Ibid. VI, 4. Cf. Analyt. poſt. I, 1. 2 Ibid. VI, 5.

re liceat esse rerum dignissimarum (τῶν τιμιωτάτων) & intelligentiam & scientiam. Ex quibus omnibus iam concludi potest, artem & prudentiam tendere ad δόξαν; vicissim scientiam & sapientiam ad philosophiam sive veritatem demonstratam; [1] illas requirere argumenta maxime probabilia, has argumenta demonstrativa; illas methodum logicam, dialecticam, has methodum physicam sive theologicam.

Quod si igitur negari nequit, duplici res sub contemplationem philosophicam cadentes explicandi methodo usum esse Aristotelem, altera, qua ipsa rerum principia, causas, interioremque naturam ad *veritatem* describeret; altera, qua ex accidentibus, communibus, nec tamen peculiaribus semper rerum virtutibus colligendo earum notionem ad *opinionem* & *probabilitatem* finiret: nobis, ut proposito librorum exotericorum & acroamaticorum discrimen ex tractationis varietate eruendi satisfaciamus, superesse nihil videtur, nisi ut, transitu hinc facto, utram methodum philosophus in libris exotericis secutus sit, ostendere annitamur: quo declarato, in proclivi erit de methodo in acroamaticis observata pronuntiare. Iam vero gravissimorum scriptorum testimonia, & alia a nobis monita, omnem dubitationem excludunt, quin libros exotericos in commodum vulgi, τῶν ἔξωθεν, τῶν πολλῶν, Aristoteles scripserit: quid igitur iam per se maiori probabilitate se commendare potest, quam philosophum, cui inserviendum communi utilitati erat, faciliori etiam argumentandi modo ad vulgi captum se conformasse? Ipse autem Aristoteles maxime sibi persuasum habebat, [2] quoties imperitiores edocendi essent, nunquam adhibendam esse orationem a scientia profectam, vel ex interiori

1 Hinc verba scientia, sapientia, veritas, philosophia ab Aristotele saepe, quodam tamen semper respectu, promiscue usurpantur. Vide Analyt. prior. I, 27, 6; II, 16, 8; poster. I, 19, 4. Topic. I, 14, 7. Ceterum conferantur omnino Analyt. post. I, 6, 1, & inprimis cap. 31. Phys. I, 2. Rhet. I, 2.

2 Rhet. I, 1.

doctrina hauſtam, ſed ducendam eſſe fidem ex communibus eorum opinionibus, a praeceptore in uſum ſuum ſcite convertendis, habendam unice perſuaſionis rationem, nec afferendum, niſi quod ad eam iuvandam faciat. Fruſtra vero aliquem ſperare, ſe vulgo perſuaſurum eſſe, exiſtimabat, niſi argumenta proferat, quae illud aſſequi poſſit: in talium autem argumentorum numerum maxime relata eſſe probabilia ab Ariſtotele, ipſis eius verbis demonſtrari poteſt. Vera, inquit, & prima ſunt, quae non ab aliis, ſed a ſe ipſis fidem habent; non enim de ſcientiae principiis quaerendum eſt, quamobrem ſint, ſed omne principium per ſe ipſum fide dignum eſſe debet: *probabilia* contra ſunt, *quae videntur omnibus*, vel pleriſque, vel ſapientibus, & ex his, vel omnibus, vel plurimis, vel quorum nomen & fama maxime percrebuit. [1] Quod itaque in ſe non habet, cui refragari valde poſſis, diſputaſſe Stagiritam in libris exotericis probabiliter tantum & ad vulgi opinionem, id luculentiſſime interpretes Ariſtotelis Graeci fide digniſſimi teſtati ſunt. Legimus apud Alexandrum Aphrodiſienſem ad Ariſtot. Topic. I, 14, [2] in exotericis pleraque tam de rebus ethicis, quam de phyſicis, *probabiliter* dici. Ammonius Hermeae porro auctor eſt, [3] Ariſtotelem in libris dialogicis, ſive, ex Ammonii ſententia, exotericis, utpote in vulgi utilitatem

1 Topic. I, 1, 6: ἔστι δὲ ΑΛΗΘΗ μὲν καὶ ΠΡΩΤΑ, τὰ μὴ δι' ΕΤΕΡΩΝ, ἀλλὰ δι' ΑΥΤΩΝ ἔχοντα τὴν πίστιν. οὐ δεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διὰ τί· ἀλλ' ἑκάστην τῶν ἀρχῶν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πίστιν. ΕΝΔΟΞΑ δέ, τὰ δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς· καὶ τούτοις, ἢ τοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις, καὶ ἐνδόξοις.

2 Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς πλεῖστα καὶ περὶ τῶν ἠθικῶν καὶ περὶ τῶν φυσικῶν ἐνδόξως λέγεται.

3 Ad Ariſtot. Categor. fol. 2 b. ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐτοπροσώποις (acroamaticis), ἅτε πρὸς γνησίους ἀκροατὰς τὸν λόγον ποιούμενος, τὰ δοκοῦντά τε αὐτῷ λέγει, καὶ δι' ἐπιχειρημάτων ἀκριβεστάτων (vid. Analyt. poſt. I, 2) καὶ οἷς οὐχ οἷοί τέ εἰσιν οἱ πολλοὶ παρακολουθῆσαι. Ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς (exotericis) ἅτε πρὸς κοινὴν καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν γεγραμμένοις τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει, ἀλλ' οὐ δι' ἀποδεικτικῶν ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ δι' ἁπλουστέρων, καὶ οἷς οἷοί τέ εἰσιν οἱ πολλοὶ παρακολουθεῖν, κ. τ. λ.

compositis, quae sibi essent probabilia tantum, rationibus tamen non demonstrativis, sed simplicioribus apertioribusque, docuisse. Cum Ammonio faciunt & alii interpretes, Simplicius, Ioannes Grammaticus, [1] & reliqui, quorum loca supra excussimus, ut adeo non amplius sit, quod dubites, Aristotelem in libris exotericis solam methodum logicam s. dialecticam adhibuisse: de hoc autem si dubitari nequit, non minus certum erit, eum in libris *acroamaticis* methodo severiori, *theologica* sive *physica*, usum esse. Quod quidem assertum eorundem interpretum testimoniis nititur, ex quibus unum tantum Ammonii in medium proferre placet, quo Aristoteles dicitur in acroamaticis tantummodo, quoniam ad genuinos auditores sermonem fecerit, veram animi sententiam aperuisse, eamque argumentis tam subtilibus & exquisitis demonstrasse, ut propter obscuritatem, &, quam requirant, virium animi intentionem, ab imperitorum hominum corona capi non potuerint.

Supereſt, ut & inquiramus, quantum quidem nunc nobis licet, an dictionis quoque in libris exotericis & acroamaticis usurpatae aliqua diversitas obvia sit. Quam tamen disputationem ingenue fatemur ita a nobis institui non posse, ut ipsa variae dictionis exempla lectoribus ob oculos ponamus: nequit enim esse hac in re iudicium satis certum & tutum, sed versari illud semper in lubrico necesse est. Enimvero generatim pronuntiare si licet, ex ipsa commentariorum Aristotelicorum indole diversa, quidni etiam dictionem iis quodammodo diversam esse colligamus, inprimis cum declaratum sit, libros exotericos δόξαν κοινὴν, acroamaticos ἐπιστήμην ἀκριβεστάτην sectari? Quicunque Stagiritae philosophiam vel primis labris gustaverit, eum non fugiet, Aristotelem omnium primum multarum rerum naturam explicuisse, cui proprie designandae sermo Graecus vulgaris non semper habebat, quae suppedita-

1 Vide supra.

ret philosopho, verba: quare quo melius exprimeret mentem suam, sive nova rerum nomina illi erant fingenda, notaque praesenti signanda; sive alio sensu usurpari vulgo solitis significatus novi peculiaresque tribuendi; sive verba, quae iam ceciderant, in honorem suum revocanda. *Imponenda*, egregie dicit Cicero, 1 *nova novis rebus nomina: quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans, in omni arte, cuius usus vulgaris communisque non sit, multam novitatem nominum esse, cum constituuntur earum rerum vocabula, quae in quaque arte versantur.* Quid? quod ipse Aristoteles permulta diserte fatetur esse, quae careant nomine; nova ideo sibi procudenda esse nomina, cum perspicuitatis causa, tum ut aptior ac facilior sit orationis series: 2 quamquam eo ipso fiebat, ut, quid sibi vellet philosophus, si quis perspicere cuperet, ei singularis quaedam opera esset impendenda sermoni eius probe addiscendo. Quae adhuc diximus, eorum facilis est applicatio ad dictionem in libris Aristotelicis usurpatam, ut appareat, in utro eorum genere, exoterico an acroamatico, dictio inusitatior, quam in altero, quaerenda sit. Cum in libris exotericis ad vulgus maximam partem de rebus ethicis & politicis sermonem faceret, nullam sane utilitatem praebuisset, si multa nova finxisset rerum nomina, praesertim quamdiu intra fines latiores vagaretur disputatio: partim, quod nulla, quae cogeret, adesset necessitas; solent enim esse imposita eiusmodi rebus sua nomina; partim quod vulgus nova nomina non desideret, quippe quod studium ad novam vocum novarum vim explorandam necessarium fastidire solet, oblata inprimis maiori earum copia. Mihi quidem nulla dubitatio relicta est, quin Aristoteles in libris exotericis planiori dictione usus sit, & rarius verba insolita, nec vulgo isto sensu cognita, adhibuerit. 3 Contra in libris acroamaticis ei res erat cum familiaribus, longa exercitatione accuratiori & subtiliori do-

1 De Fin. B. & M. III, 1. 2 Ethic. ad Nicom. II, 7. Cf. omnino Galenus de methodo I, 5; II, 1, 2. 3 Topic. II, 1, 5.

cendi modo assuetis; versabatur porro non in adumbrandis externis & accidentibus rerum virtutibus, sed in peculiari & interna earum natura explicanda; habebat denique, id quod seriores affirmarunt, propositum, singulari verborum proprietate tardos & hebetes a doctrinae acroamaticae adytis repellere, ingenium vero & industriam generosioris spiritus iuvenum vel ea ipsa maiori ardore inflammare; ut non sit, cur mireris, quod in libris acroamaticis aliud, idque obscurius, dicendi genus, quam in exotericis, usurpatum esse opinemur. Omnino autem librorum acroamaticorum genium, ut ita loquar, efficiunt ἡ βραχυλογία, ἡ τῶν ἐννοιῶν πυκνότης, καὶ τὸ τῆς φράσεως συνεστραμμένον, *breviloquentia, sententiae spissae, deinceps sese excipientes, dictio contracta, nonnunquam adeo contorta.* [1] Omnium enim maxime Aristoteles recessit ab antiquo more, ex quo veritatem mythis induerent, vel symbolicis aenigmatibus offuscarent, vel ornamentis & pigmentis poëticis & oratoriis onerarent; sed instar omnium τὴν ἀσάφειαν, *verborum obscuritatem*, elegit. Sunt enim propria rerum nomina apud Aristotelem eatenus obscura, quatenus propria vis iis subiecta nobis exploranda est, antequam eius mentem assequi possimus. Quod tamen nulla sermonis inopia obscuritas eius scripta invaserit, norunt, qui vel mediocriter eius sermonem intelligere valent. Tantam dicendi facultatem prae se fert Aristotelis elocutio, ut pauca saepe verba plura tradant, quam multae aliorum periodi: neque claritas ei deest, ubi clarius res exprimere ipsi licuit.

Declarato discrimine, quod inter libros exotericos & acroamaticos ratione tractationis & dictionis generatim intercedit, quinam singuli Aristotelis libri ad unum alterumve genus, sive exotericum sive acroamaticum, sint referendi, facilius definiri poterit. Cum ipsius librorum diversitatis rationes & causae supra expositae nobis quoque notarum vel signorum loco esse debeant, quae

1 Simplic. ad Categor. Prooem. Ammon. ad Categ. fol. 3 a.

dum ſequimur, iſtum librorum ordinem inſtituere poſſimus; ante omnia eas colligere, unique obtutui ſubiicere, neceſſe erit: in quo quidem ita verſabimur, ut quo melius uniuſcunque vis & dignitas diiudicari queat, duplex earum genus, unum *externarum*, vel aliunde petitarum, alterum *internarum*, vel ex peculiari librorum conditione & indole ductarum, conſtituamus. Primo loco itaque ab externis rationibus ſi de libris iudicium pendere tuum paſſus fueris:

I. Iſti libri erunt *exoterici* vel *acroamatici* habendi, quos auctor ipſa inſcriptione tales pronuntiavit; argumentis niſi idoneis probari poterit, eſſe libri alicuius inſcriptionem a ſeriori manu additam, nec ab ipſo philoſopho profectam; aut *internae* niſi impedierint rationes, *anteponendae ſemper externis*, quo minus inſcriptionis auctoritatem ſequaris.

II. Iſti libri erunt *acroamatici*, in quibus auctor ad libros exotericos provocavit, quandoquidem nulla adeſt cauſa, cur Ariſtoteles in iis libros exotericos citaverit, ſi ipſi eſſent exoterici: rurſus erunt *exoterici*, ad quos Ariſtotelem, dum libros exotericos laudaret, reſpexiſſe affirmari tuto poteſt.

III. Ab externis vero adminiculis deſtituto quando ad internas rationes tibi confugiendum eſt, ad eas maxime animum te convertere oportebit, quas ex diverſo in utroque librorum genere res tractandi modo depromere licuerit. Igitur libri, in quibus Ariſtoteles interiorem rerum naturam, ſingulaſque earum partes eo conſilio perſecutus eſt, ut veras inde eliceret definitiones, ſive, ut more Ariſtotelico loquar, ubi θεολογικῶς, φυσικῶς, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, diſputavit, in *acroamaticorum* librorum cenſum referendi: rurſus ii, in quibus philoſophus λογικῶς, διαλεκτικῶς, ὡς τύπῳ, egit, ſive, ubi externae rerum faciei, accidentibus veram rerum naturam per ſe non efficientibus immoratus, aut generatim & ſummatim tantum locutus eſt, *exoterici* vocandi erunt.

IV. Ad diſquiſitionem de libri cuiuſvis indole, quatenus exinde genus determinandum erit, pertinebit quoque, ut diverſae dictionis rationem habeas.

ELENCHUS
CODICUM ET EDITIONUM
LIBRORUM ARISTOTELIS.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

bitror. Fructum porro aliquem tulit Codicum Aristotelis disquisitio ad ordinem constituendum, quo tum integrae librorum πραγματειαι, tum singuli libri, singulaque eorum capita, sese excipere debeant: Codices enim etsi plerumque maxime inter se discrepent, nonnunquam tamen ita consentiunt, ut argumenta ex eo consensu petere liceat, quibus librorum & capitum ordinem, diversum ab eo, quem editiones vulgatae sequuntur, revocandum esse vel Codicum auctoritate probaveris. Non omittam denique, ex sola Codicum descriptione iudicium ferri posse rectius & de Scholiis Graecis in Aristotelis libros, quorum immensa farrago in Codicibus exstat, & de pluribus Graecorum Aristotelis interpretum commentariis, qui manuscripti asservantur, necdum publici iuris facti, aut saltem non nisi frustillatim vel ex versione tantum Latina editi sunt. Brevitati autem quam maxime studui: quamobrem Codices, nec vetustate nec alia quadam dote eximii, aut plane omissi, aut verbo in censum relati sunt. In ipsa vero Codicum enumeratione, cum illi ad singulorum librorum ordinem recenseri non possent, multis quippe plures simul libros, aliis integras πραγματειας, perpaucis unum tantum librum continentibus, huic legi me adstrinxi, ut Codices librorum ad unam eandemque πραγματειαν pertinentium deinceps notarem. Quod editiones librorum Aristotelis impressas attinet, eadem fere ratione in instituendo earum elencho versatus sum. Primum locum occupant editiones versionum Latinarum antiquissimarum ante editionem Graecam Aldinam maiorem vulgatae, eaeque, cum maximam partem e Codicibus expressae sint, diligentius descriptae: sequuntur editiones omnium operum Aristotelis Graecae, Latinae, & Graecolatinae; tum singulorum librorum edd. tam Graecae, quam Latinae, & quidem ad πραγματειῶν ordinem digestae: agmen denique claudunt versiones exoticae, quotquot mihi innotuerunt. Opus sane erat accuratiori editionum recensu; nam deerat adhuc, e quo disceres, quinam alii iam in hoc vel illo Aristotelis libro vel castigando vel explanando operam collocaverint. Ceterum haud mirabor ipse, si forte Codices aut editiones non minus memorabiles, quam quae hic notatae sint, me fugisse aliquis monuerit; est enim hoc laboris genus ita comparatum, ut vix unquam omnibus numeris absolvatur.

CODICES MANUSCRIPTI
LIBRORUM
ARISTOTELIS.

CODICES LIBRORUM
AD ORGANON PERTINENTIUM

Porphyrii Isagoges, Categoriarum, libri de Interpretatione, Analyticorum priorum, Analyticorum posteriorum, Topicorum atque Elenchorum Sophisticorum.

*

VENETI.

CODEX *Organi*, N. CCI, in bibliotheca Veneta; membranaceus, in folio minori, manu *Ephraemi*, ut ex subscriptione patet, a. C. 955 exaratus. Catal. Codd. bibl. ad D. Marci p. 111.

CODICES duo *Organi* recentiores, seculi XIV, N. CCIII, & CCIV. Priori subiectus est Index philosophiae *Pachymerae*.

CODEX *Categoriarum* & *libri de Interpretatione*, chartaceus, sec. circiter XIV scriptus. Incipit a prolixa quinque Vocum Porphyrii expositione, auctoris, ut e nota apparet, Anonymi, in omnibus Ammonium Hermeae & Ioannem Philoponum secuti. Categoriis praefixa sunt Scholia sub nomine *Olympiodori Alexandrini* adhuc inedita, quorum principium: καθάπερ ἀρχόμενοι τῶν

εἰσαγωγικῶν. Libro de Interpretatione praeit *Michaëlis Pſelli iunioris* Παραφραστικὴ ἐξήγησις in hunc librum, inter inedita eius ſcripta ab Allatio in diatriba de Pſellis pag. 86 relata. Incipiunt: πρὸ τῆς ἀκριβοῦς ἐκθέσεως τῶν προτάσεων &c. In poſtremis Codicis foliis adiectum eſt expoſitionis ſecundi libri Analyticorum poſteriorum *Theodori Prodromi* & *Leonis Magenteni*, metropolitae Mitylenaei, fragmentum, quod tamen ad ſecundum tantum caput pertingit. Codicem integrum Magenteni commentarium exhibentem infra indicabimus.

CODEX *Organi cum Iſagoge Porphyrii*, aſſervatus in *bibliotheca monaſterii S. Michaëlis* Venetiis ſub n. 67. V. Mittarellii Bibl. Codd. MSS. (Venet. 1779, fol.) p. 73.

VATICANI.

Memorantur Codices Vaticani tres, qui *omnia Ariſtotelis opera* exhibent, apud Montfaucon bibl. bibliothecar. T. I, p. 33.

Ariſtotelis *Categorias*, *librum* περὶ ἑρμηνείας, & *librum primum Analyticorum*, in Codd. Vaticanis exſtare, idem monet p. 10, 12. Notatu autem digniſſimus eſt Codex, cuius p. 37 ibidem mentio iniicitur: *Categoriae Ariſtotelis e Graeco in Latinum translatae a S. Auguſtino cum prologo Alcuini ad Carolum Magnum.*

CODEX *Organi*, in *bibliotheca monaſt. ſ. Crucis in Ieruſalem* Romae. Ibid. p. 193.

MEDICEI.

CODEX *Organi*, Plut. LXXII, N. V, bibliothecae Laurentianae; refertur ad ſeculum undecimum, ſed ex parte tantum; nam Topica & Elenchos ſophiſticos recentior librarius ſeculi XIV adiecit. Abundat Scholiis marginalibus & interlinearibus. Praemiſſa eſt Porphyrii Introductio una cum *Davidis* prolegomenis philoſophiae & commentario in illam ab ore *Heliae* philoſophi excepto. (Fabric. Vol. IV, p. 187 B. Gr.) Ante Categorias legitur Ariſtotelis Vita, vulgo Ammonio tributa, ſine auctoris nomine. Finis libri ſecundi Analyticorum poſter. in hoc Codice a vulgato diverſus eſt. Deſinit liber ita: τέσσαρες ἐξ ἀνομοίων μετὰ ὁμοίου, ἢ ἀνομοίου

τιθεμένου τοῦ συνάγοντος. Claudit Codicem Anonymi εὐσύνοπτον σύνταγμα φιλοσοφίας ineditum. Bandinii Catal. bibl. Laurent. T. III, p. 29.

CODEX *Organi*, Plut. LXXII, N. III, membranaceus, in folio, ſec. XII. Continebat olim opera quaedam Chryſoſtomi, ut ex veteri ſcriptura paſſim non ſatis eraſa apparet.

CODEX *Organi*, Plut. LXXII, N. XII, bombycinus, in forma 4ta, multis in locis nova manu reſtauratus & ſuppletus. Deſunt Categoriae & initium libri de Interpretatione. Sophiſticorum elenchorum unus tantum liber numeratur, qui in vulgatis edd. in duos diſpeſcitur. Bandinii Cat. T. III, p. 33.

CODEX *Organi*, Plut. LXXII, N. IV, papyraceus, 4, male affectus. Habet Scholia marginalia & interlinearia, eaque antiqua.

Inter Codices *Gaddianos* in bibliothecam Laurentianam translatos eſt quoque Cod. *Organi* totius, ſed recentiſſimus, quippe ſec. XVI ſcriptus. Octavo Topicorum libro, qui deſinit, ut in editis, ſubiicitur caput inſcriptum: περὶ τῶν τοῦ συμβεβηκότος τόπων· quod cum etiam deſignetur verbis Τοπικῶν θ', ex librarii mente nonum Topicorum librum conſtituit. Verum videtur potius commentarii in Topica fragmentum eſſe textui ſubiunctum, quod librarius male pro novi libri principio habuit. Incipit enim: Σκοπεῖν, εἰ τὸ ὡς γένος ὑπάρχον ὡς συμβεβηκὸς ἀποδέδωκεν &c. Cod. eſt chartaceus, in forma 4ta minori. Bandinii Catal. T III, p. 414.

Praeter laudatos integri Organi Codd. Mediceos, exſtant quoque plures ſingulos tantum libros complectentes:

Codex XXXV, Plut. LXXI. Categoriae & liber de Interpretatione cum Scholiis Ammonii & Pſelli. Refertur ad ſec. XIII.

Codices X, XV, XVI, XVII, plutei LXXII, *Categorias*, *librum de Interpretatione* & *Analytica priora* exhibent, ceterum ſunt parum memorabiles; nam dicuntur propere admodum & oſcitanter exarati eſſe. Bandini T. III, pag. 33.

Codex XVIII eiuſd. plut. continet *Topica*. Finis libri ſeptimi a textu vulgato diſcrepat. Poſt verba, ἱκανῶς ἐξηρίθμηνται, Codex ita pergit: ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ τεχνολογεῖται — deſinit: καὶ τίς ἡ παρασκευὴ, quae Scho-

liaſtae potius alicuius, quam Ariſtotelis verba ſunt. Librum octavum claudunt haec: τέλος δὲ ψυχὴ ὑπάρχει τοιαύτη οὖσα, οἷα δύνασθαι — ἡ δὲ πᾶσα ὁμοίως ἔχει πρὸς τὸ ἅπαν πρᾶγμα· quae verba ex Analyt. poſter. II, 19, huc tranſpoſita ſunt.

Codex XX. *Priorum Analyticorum libri duo*, cum commentariis Io. Philoponi. Iidem inſunt in Cod. VIII, ubi libri ſecundi finis ita ſe habet: ὡς ἐφ' ἑνὸς αὐτὴν λαμβανόμενος. Ἐν οἷς ἡ πρᾶξις καὶ τὸ δεύτερον τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν σὺν θεῷ πληροῦται. (Eſſe haec a librariis addita, quis non videt?)

Codex XXII. *Categoriae* cum Porphyrii Iſagoge & Ammonii in hanc & in illas commentario. Codex eſt charthaceus, ſec. XIII.

Codex XVI, Plut. LXXXVII. *Categoriae, liber de Interpretatione*, & *Analyticorum priorum* liber I, ſed is non integer. Codicis pars ſec. XIII ſcripta eſt; reliqua a variis manibus profecta ſunt. Bandini T. III, p. 394.

CODEX *Mediceus Categoriarum*, deſcriptus a Bandinio T. III, pag. 5. Eſt papyraceus, forma 4ta, ſeculi XIII, madore ac tineis valde corruptus, & memorabilis propterea, quod liber Categoriarum in eo incipit a *capite quinto* in editis: οὐσία δέ ἐστι.

Alium adhuc *Categoriarum librum* in bibliotheca Laurentiana aſſervatum notavit Montfaucon Palaeogr. Gr. pag. 84. Exaravit eum *Antonius Mediolanenſis*, e Creta oriundus, cognomine *Damilas*, cuius aſſiduitati plures librorum Ariſtotelis Codd. accepti referuntur. Cf. Bandin. T. II, p. 484.

TAURINENSES.

CODEX *Organi*, N. CXXIX, cum commentario in margine & annotationibus interlinearibus. Catal. bibl. Taurin. P. I, p. 229.

Codex CCXXIV. *Categoriae, liber de Interpretatione* & *Analytica priora*. Ibid. P. I, p. 313.

MATRITENSIS.

Categoriae, liber de Interpretatione cum Scholiis ad oram, & *Analytica priora*, quorum tamen liber ſecundus mutilus eſt. Accedunt epitome Graeca Anonymi libri pri-

mi Topicorum, & metaphraſis eiuſdem Graeca, utraque inedita; porro commentarius in Porphyrii Iſagogen, ab omnibus, qui adhuc innotuere, diverſus, Conſtantini Laſcaris manu ſcriptus, forte ab ipſo concinnatus; tum Porphyrii Iſagoge cum Anonymi Scholiis marginalibus, Ariſtotelis Vita, vulgo Ammonii dicta, ſine auctoris nomine; denique inedita Anonymi prolegomena in Categorias. Iriarte Catal. Vol. I, p. 53.

PARISIENSES.

CODEX *Organi*, MCCMXLIII, bombycinus, ſeculo XII, ut videtur, exaratus. Continet etiam Porphyrii Iſagogen, Photii Categoriarum ſynopſin, Scholia inedita Ioannis Itali, & Michaëlis Pſelli commentarium in librum de Interpretatione. Is eſt idem, cuius meminit Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 114, & ex ea Fabricius B. Gr. III, 6, Vol. II, p. 110.

CODEX *Organi*, MMLXXXVI, bombycinus, ſub finem ſeculi XV ſcriptus.

Praeterea Codicum ſingulos libros ad Organon pertinentes *ex variorum verſione Latina* exhibentium in bibliotheca regia Pariſienſi magna copia eſt.

Libri Categoriarum ibi exſtant Codd. XVII.
Libri de Interpretatione IX.
Analyticorum priorum XII.
Analyticorum poſteriorum XI.
Topicorum VI.
Sophiſticorum elenchorum VI.

Omnes iſti libri, maximam partem in ſcholaſticos & pueriles uſus exarati, ad ſec. XIV, XV, XVI, referuntur. Adiecta habent in margine & inter lineas Scholia & gloſſas, modo ab eadem manu, cui textus debetur, modo ab alia & recentiori. Pervenere in bibliothecam regiam ex bibl. Colbertina, Memmiana, Nicolai Laodiceni, aliis. V. Catal. Codd. MSS. bibl. Pariſ. T. III, pag. 182, 225.

COISLINIANI.

CODEX *Organi* vetuſtiſſimus, CCCXXX; in quo ra-

men Topica & Elenchi sophistici aliam manum, eamque recentiorem, produnt. Reliqua enim sec. XI exarata esse videntur. Montfaucon Catal. bibl. Coislin. P. I, pag. 313.

CODEX *Organi*, CLVII. Deest liber de Interpretatione; verum continentur eo simul *Leonis Magenteni* commentarii in Categorias nondum editi, & in Analytica priora & posteriora. Commentarium in priora typis etiam vulgatum laudat Fabricius l. l. p. 114; eum in posteriora ignoravit, neque is lucem vidit. Sequitur *Anonymi commentarius in Topica* nondum editus, & *prooemium in elenchos sophisticos*, ab aliis *Michaëli Ephesio*, ab aliis *Michaëli Psello* tributum. Cf. Allatium de Psellis pag. 40. Occurrit idem prooemium in Cod. Mediceo XVII, Plut. LXX. (Bandinii Cat. T. III, p. 10.) & in Cod. Hurtadi Mendozae. V. Fabric. B. Gr. III, 6, Vol. II, p. 116.

CODEX *Organi*, CCCXXVII, Scholiis marginalibus uberrimis insignis.

Exstant denique duo Codd. Coisliniani, unus, CLXVII, *Elenchorum sophisticorum*; alter, CLXX, *Topicorum*; uterque cum Scholiis *Leonis Magenteni*. Montfaucon Catal. bibl. Coislin. P. I, p. 223, 227.

HARLEIANI.

CODEX *Organi*, MMMMMDXXXIV, sub finem sec. XV scriptus.

CODEX MMMMMXXXVI. *Analytica posteriora*. V. Catal. libr. MSS. bibl. Harleianae. Vol. II.

VINDOBONENSES.

CODEX *Organi*, XXX, notatus a Lambecio Commentar. de bibl. Vindob. T. VII, 148 ed. Kollar. Desunt *Elenchi sophistici*. *Topicorum* sex tantum libri hic leguntur. *Analyticorum posteriorum* liber secundus in duas partes divisus est. Accedunt in librum de Interpretatione Scholia Anonymi inedita. Fuit Cod. olim *Ioannis Sambuci*.

Codices singulorum Organi librorum duo praeterea memorantur a Lambecio Comment. T. VII, p. 150 & 228: unus *libri de Interpretatione*, alter *Analyticorum po-*

ſteriorum. Uterque ab *Augerio Busbeckio* Conſtantinopoli Viennam translatus, ad *Methuſalam*, Monachum S. Mont. Sinai, olim pertinuit, cuius quoque annotationes marginales & interlineares prior adiectas habet; alteri acceſſere Scholia Anonymi.

AUGUSTANUS.

CODEX *Organi*, chartaceus, in folio minori. V. Montfaucon. bibl. bibliothecar. T. I, p. 594, & Catal. bibl. Auguſtanae (Auguſtae Vindel. 1633, fol.) p. 761.

VOSSIANUS.

CODEX *Organi*, cum Scholiis. Catal. libr. MSS. Angliae & Hiberniae, p. 10.

PALATINI.

Codices VI, ad quos *Organon* recenſuit *Iulius Pacius a Beriga*. Vide eius Praef. Haud dubie in bibliotheca Vaticana adhuc latent, in quam ex Heidelbergenſi illati ſunt. Ceterum de iis aliunde nihil conſtat.

* * *

CODEX *Topicorum Camotianus*, cuius variae lectiones Volumini I editionis Venetae minoris 1551, 8, ſubiunctae ſunt.

CODEX *Topicorum Grynaei*, ex quo variae lectiones in margine editionis Organi Baſileenſis 1566, 8, excerptae ſunt.

CODICES *Caſauboniani*; vid. Caſauboni Praefat.

CODEX *Kulenkampianus*, membranaceus, in folio, charactere Gothico exaratus, literis quidem initialibus vario modo exornatis, cum multis gloſſis, textum paſſim undequaque ambeuntibus. E pluribus aliis eum conſarcinatum eſſe, ex ſcripturae diverſitate ſatis manifeſtum fit. Continentur eo ex verſione Latina: Anonymi ſermo de cauſis, fol. XI. Ariſtotelis Analyticorum priorum libri duo, fol. XLVIII. Poſt paginam 72 folium excidit, quare a § 6, cap. IV, lib. II, ad cap. V,

§ 7, hiatus est. — Analyticorum posteriorum libri duo, fol. XXII. Plures hic lacunae sunt post pagg. 6, 8 & 10. Hinc lib. I a cap. IV, § 9, ad cap. VI, § 4; it. cap. VII, § 6, ad cap. XI, § 8, & a cap. XIII, § 9, ad cap. XVI, § 2, omnia desiderantur. Aristotelis de sophisticis elenchis liber, fol. XVIII. Aristotelis Topicorum libri octo, fol. XXXVIII. Deest libri I initium ad § 2, cap. VIII; item finis eiusd. lib. a § 8, cap. XV, & libri secundi principium ad § 3, cap. VII, post pag. 4. In libro VIII quoque aliquot folia exciderunt. Hinc lacuna a § 9, cap. I, ad cap. V, § 6. — Aristotelis Metaphysicorum libri XIV, fol. XLI. Desunt maxima pars cap. V, & reliqua libri primi, tum cap. II, & reliqua libri III, c. IX, ad c. XVII, libri V, & integri libri XI & XII. Ad calcem leguntur haec verba: *Expliciunt libri metaphysice sub anno domini MCCCXXXVII in vigilia bartholomei apostoli.* Ceterum notandum est, Aristotelis Analytica priora & posteriora cum libro de Sophisticis elenchis & Topicis ex versione, quae in hoc Codice exhibetur, impressa esse Venetiis per Philippum Venetum 1481, fol.

* * *

Commentarii *Graeci*, quibus Aristotelis Organon aut singuli libri eo pertinentes illustrantur, cum in bibliothecis adhuc deliteścant plures, necdum editi, nec ab aliis Aristotelis editoribus & interpretibus, nec a Fabricio denique, quantum equidem scio, diligenter satis notati & excussi, brevem eorum recensum mihi subiicere liceat. Prae omnibus aliis memoratu dignus est *Codex bibliothecae Laurentianae*, bombycinus, in folio maximo, seculo decimo quinto ineunte, charactere minuto quidem, sed valde distincto & perspicuo exaratus, initio tamen mutilus; nam prima duo folia vetustate ac tineis corrupta sunt. Continet magnum commentariorum in varios Aristotelis libros numerum, quare, uti & ob voluminis molem, *Oceanus* inscriptus est, quo nomine etiam semper inter viros doctos Italiae venit. Auctore *Alcyonio* (in dialogo de exsilio p. 27.) hic quoque Codex in bibliothecae Mediceae direptione ab-

latus fuerat; recuperavit autem eum *Ioannes Mediceus*, poſtea *Leo X*, Pont. Max. Multa idem Alcyonius ſe inde hauſiſſe fatetur, dum Ariſtotelis libros Latine verteret. V. Ephemer. literar. Ital. Venet. 1710, T. III, p. 32. Praeter commentarios iam editos reperiuntur in eo: 1) *Anonymi* commentarius in *quinque voces Porphyrii*, initio mutilus. 2) *Alius in eundem libellum commentarius*, cui in margine adſcriptum legitur τοῦ Μαγεντῆνου, incipiens h. v. Ζητητέον τὰ ὀκτὼ κεφάλαια τὰ εἰωθότα &c. Huius Magenteni operis nulla mentio apud Fabricium. Verum etiam num a Magenteno vere conſcriptum ſit illud, valde dubitari poteſt, nam auctorum nomina commentariis in hoc Codice praefixa partim cum ſcriptura textus eandem manum agnoſcunt, partim recentius ab alia appoſita ſunt, cuius poſterioris generis eſt hoc loco *Magenteni* nomen. 3) *Io. Philoponi commentar. in eund. librum*, diverſus ab eo, quem in bibl. Vindobon. eſſe teſtatur Neſſelius Cat. P. IV, p. 79; incipit enim: καὶ τὸ πρὸς ὠφέλειαν μὴ μόνων τῶν οἰκείων μαθητῶν κ. τ. λ. 4) *Davidis* Commentarius in *Porphyrii Iſagogen* & in *Ariſtotelis Categorias*, nondum editus. (v. Fabric. B. Gr. Vol. II, pag. 110 & 294, ubi idem MStus exſtare dicitur in bibliotheca Sctorum Ioannis & Pauli. Aſſervatur quoque in Codice Veneto N. CCXXXV, ubi incipit: τῶν Ἀριστοτελικῶν ἀρχόμενοι λόγων. Catalog. bibl. Venet. pag. 117. Et in Mediceo I, Plut. LXXII, cuius in fronte legitur: Προλεγόμενα τῆς Πορφυρίου εἰσαγωγῆς ἀπὸ φωνῆς Δαβὶδ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ θεόφρονος. Diſtributa ſunt prolegomena in πράξεις XXXVI. Conſpirat omnino is commentarius cum eo, quem ſupra ſub *Eliae* philoſophi nomine laudavimus.) 5) *Magenteni* commentarius in *Categorias*. Nulla etiam huius mentio apud Fabricium. Nomen *Magenteni* iterum recentius additum. 6) *Michaëlis Pſelli* paraphraſis *libri primi Analyticorum priorum*, cuius non meminit Fabricius, Pſelli tantum commentarium in lib. II Analyt. poſter. *Latine* editum laudans. Cf. Bandinii Catal. bibl. Laurent. T. III, p. 239.

CODEX *Vaticanus* continet *Theodori Prodromi* Scholia inedita in Ariſtotelis *Analytica poſteriora*. Montfaucon bibl. bibliothecar. T. I, pag. 10. Monuit hoc iam Fabricius ex Geſnero III, 6, p. 114.

CODEX *Mediceus* XVI, Plut. LXX. *Ignatii* philosophi, Metropolitani Selybriae, in *scripta Aristotelis logica* commentarius ineditus. Init: Ὅτι ἀναγκαῖον ἐστι τοῖς διδασκομένοις τὴν ἐν λόγοις φιλοσοφίαν γινώσκειν πρότερον &c. Hic est fortasse Ignatius ille, de quo Fabric. B. Gr. Vol. V, pag. 46, haec habet: *Ignatii nescio cuius commentarios Graecos MSS. in Aristotelis logica e Scipionis Tetti catalogo memorat Labbeus* Bibliothec. nov. MSS. pag. 171.

CODEX *Mediceus* II, Plut. LXXXVI. *Georgii Pachymerae, Diaconi Protecdici* * *& Dicaeophylacis* († 1340) *compendium philosophiae ex mente Aristotelis*, libris constans XII, titulis XLVII, capp. CCXXXIIX. (non, ut apud Leon. Allatium in diatrib. de Georgiis ed. Fabric. B. Gr. Vol. X, p. 708, capp. CCXXXV; nec, ut apud eund. Vol. VI, p. 466, capp. CDXXXV.) Graece exstat quoque in Cod. Medic. XXII, eiusd. plut. in Vindob. XXXIII, (Lambec. T. VII, p. 150) & LXVII, (ibid. pag. 234.) & in Codice Coisliniano CLXIV. V. Montfaucon Cat. bibl. Coislin. P. I, p. 221. *Latinam* eius *versionem* e duobus aliis Codicibus, sed lacunosis & corruptis, edidit Philippus Bechius. Melior itaque editio & versionis & ipsius textus Graeci ex illis Codd. poterit adornari. Bandini l. l. T. III, p. 286, 366.

CODEX *Mediceus* XXXIII, Plut. LXXI, a Pistoriensi monacho e Macedonia allatus, ut docet subscriptio Angeli Politiani, continet praeter alia *Dexippi*, philosophi Platonici, (diversi a Dexippo Herennio Athenienſi, cuius χρονικὴν ἱστορίαν continuavit Eunapius) *in Aristotelis Categorias dubitationum & solutionum libros tres*, qui Latine tantum prodierunt, I. Bernardo Feliciano interprete. Sunt isti libri ad instar dialogi conscripti; nam occurrit Dexippus magister Seleuco discipulo, repetenti dubitationes Plotini, qui Aristotelis Categorias Ennead. lib. VI examini subiecerat. Liber primus commentarii Graece habetur etiam Codice Mediceo XXI, Plut. LXXII.

* *Protecdicus* suscipiebat captivos de clero in causis criminalibus, deque iis iudicabat. V. Io. Meursii Glossar. Graeco barb. h. v. & Iacob Goar in notis ad Georgii Codini lib. *de officiis Magnae ecclesiae & aulae Constantinopolitanae.*

CODEX *Vindobonenſis* XXIX, olim Ioannis Sambuci, magno encomio ornatus a Fabricio B. Gr. Vol. IV, c. 26, p. 164. Inſunt *Ioannis Grammatici* Scholia in Categorias ex colloquiis Ammonii; Vita Ariſtotelis, vulgo *Ammonio Hermeae*, hic *Ioanni Philop.* tributa, & inſcripta: Γενεαλογία τοῦ Ἀριστοτέλους. Teſte Lambecio vulgatus huius Vitae textus Codicis beneficio emendari ac ſuppleri poteſt. *Ioannis Philop.* prooemium in Categorias ineditum; *Ammonii* prolegomena valde ab editis diſcrepantia; ipſa Categoriarum expoſitio, auctoribus *Ammonio* & *Io. Philopono*, in capita CXLVII diviſa. Sine diſcrimine Ammonii & Philoponi commentarii in edd. vulgo confunduntur; in Cod. Caeſareo autem diſtincte indicatum eſt, quaenam ſint ἀποσημειώσεις Ammonii, quaenam ἴδιαι ἐπιστάσεις Philoponi. Utriuſque tamen commentariis intermixta eſt Photii Categoriarum ſynopſis, quae alias ſeparatim legitur. Ammonii Comment. in lib. de Interpr. admixta Magenteni expoſitione. Lambec. T. VII, p. 143.

Supereſt etiam in bibliotheca Vindobonenſi *Ioannis Itali* expoſitio libr. I, II, III, Topicorum inedita. Vid. Lambec. T. IV, p. 322, & VII, p. 257. Conf. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 115. Integer Ioannis Itali commentarius in omnes Topicorum libros exſtat in bibliotheca Vaticana. Montfaucon bibl. bibliothecar. T. I, p. 10.

In Codice *Coisliniano* CCCXXIII ſunt Scholia in *Analytica priora*, quae dicuntur eſſe τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων. Montfaucon Catal. bibl. Coislin. P. II, p. 444. Occurrit *ſummus philoſophorum* quoque in Lambecii Comment. de bibl. Vindob. VII, p. 148, qui ſub eo intelligi vult eundem *Ioannem Italum*, Michaëlis Pſelli diſcipulum. Verum epitheton id pluribus Ariſtotelis interpretibus commune eſt. In noſtro Codice intelligitur haud dubie *Ioannes Pediaſimus*, qui ſeculo XIV floruit, diu poſt Ioannem Italum, cuius quidem praeter commentarium ſupra dictum in Topica, *libri de interpretatione* ſuccinctam expoſitionem, & libellos *de ſyllogiſmorum figuris*, & *de eo, quod eſt in noſtra poteſtate ſecundum Ariſtotelem*, e Cod. Naudaeano XVI allegavit Labbeus biblioth. nov. MSS. pag. 113. Idem quoque Labbeus in Cod. regio CMLXVI *Gregorii Nazianzeni* ſynopſin *Organi* Ariſtotelis, commentarium porro *Maximi*, Iamblichi

discipuli, a Simplicio saepius laudati, quem Fabricius B. Gr. Vol. II, p. 111, in deperditis habuit, & *Nicomedis* Scholia in *Analytica priora* (haec e Catal. biblioth. Strozzianae) MSS. exstare monuit. Bibl. n. MSS. pag. 172. Conf. Fabric. l. l. p. 114.

Neque hic omittendae sunt plures singulorum Organi librorum paraphrases & in eos commentarii, de quorum auctoribus non constat. Supersunt in Cod. *Mediceo* XI, Plut. LXX, Anonymi Scholia in *Categorias* a Christiano homine forsitan profecta, ut ex fine probabile fit: ταῦτα ἔχει ἡ πρᾶξις· συγκαταπέπαυται καὶ αὐτῇ σὺν θεῷ καὶ τὰ σχόλια τῶν κατηγοριῶν. Vid. Bandinii Catal. T. III, pag. 9.

In Codice *Mediceo* I, Plut. LXXII, legitur inedita Anonymi ἐξήγησις συντομωτάτη καὶ σαφεστάτη εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας. Praecedit praefatio, cuius initium: Πρὸ τῆς τοῦ ῥήτορος σαφηνείας εἴπωμεν τὰ εἰωθότα προζητεῖσθαι κεφάλαια. Ipsa expositio incipit: Τὸ πρῶτον πολλαχῶς ἐν ταῖς κατηγορίαις ἐμάθομεν.

Alius Anonymi paraphrasin *Categoriarum* habet eadem ditissima Bibliotheca Laurentiana Codice XXXII, Plut. LXXI. Incipit cum verbis Aristotelis; Τῶν ὄντων τὰ μὲν ταυτώνυμα, τὰ δὲ ἑτερώνυμα. Finis: οὔτε τὰ γεννήματα οὕτως ἀπέσπασται, ὥσπερ δὴ τὰ ἡμέτερα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ζητητέον ἐπιπλέον, καὶ διαπορητέον.

CODEX *Mediceus* X, Plut. LXX, habet commentarium Anonymi ineditum in *librum I Analyt. prior.* Init: Τῆς συνόλεως τῶν συλλογισμῶν στοχαζόμενοι, καὶ τῆς σαφοῦς αὐτῶν παραδόσεως. Finis desideratur. In *librum I Analyt. post.* sunt Scholia Anonymi in Cod. XII eiusdem plutei. Init: Σκοπός ἐστιν ἐνταῦθα τῷ Ἀριστοτέλει περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ. Finis: τὰ δὲ ἁπλούστερα ἀεὶ τῶν δυσχερεστέρων προτάττονται. In Cod. XV eiusd. plut. est Anonymi expositio libri secundi Analyt. post. Incipit: Διαλαβὼν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς ἀποδεικτικῆς περὶ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ καὶ ἀποδεικτικῆς ἐπιστήμης, καὶ διαταξάμενος κ. τ. λ.

In *Elenchos* quoque *sophisticos* duplex commentarius ἀδέσποτος in bibliotheca Medicea asservatur, alter in Codice XXXII, Plut. LXXI, cuius initium: Οὐκ αὐτόθεν τοῖς φιλοσοφοῦσι τὸ περὶ τὴν σοφιστικὴν πραγματεύεσθαι·

alter in Cod. XIII, Plut. LXX, qui tamen in alio Cod. II, Plut. LXXI, *Alexandro Aphrodiſieo* tribuitur.

Verſiones Organi aut ſingulorum eius librorum Hebraicae, Syriacae, Arabicae, Armenicae, quae MStae exſtant.

In bibliotheca regia Pariſienſi duplex *Organi* verſio *Hebraica* occurrit, una ex Graeco facta ab Anonymo, altera ex Averrhois verſione Arabica. V. Catal. bibl. Pariſ. T. I, p. 30 ſeq. *Singulorum Organi librorum* ibidem quoque plures ſunt verſiones Hebraicae, quae omnes ex Arabico Averrhois aut Al Farabii fluxere, quorum commentarii ſimul Hebraice translati ſunt. In bibliotheca Caroli de Montchal, Archiepiſcopi Toloſani, Hebraicam *Organi* verſionem fuiſſe, auctore Abuchamad, cum gloſſis R. Moſis filii Ioſuae filii Mar David, refert Labbeus bibl. nov. MSS. pag. 202. Plures adhuc Lambecius Codd. verſionum Hebraicarum *Iſagoges Porphyrii*, *Praedicamentorum* Ariſtotelis, *libri de Interpretatione* & *Analyticorum priorum* memorat, forte omnes apographa unius ſub N. XXXIII laudati, (Commentar. de bibl. Vindob. T. I, p. 294.) in quo eoſdem libros una cum Averrhois commentariis ex Arabico tranſtuliſſe dicitur R. Iacob Antoli a. 1232 (aerae Iudaicae 4992.) ſub Friderico II imperatore. In bibl. Harleiana duobus Codd. aſſervatur *Organon* cum *Porphyrii Iſagoge* ex verſione Hebraica Iacobi filii R. Aba Mori filii R. Antolii. Cat. libr. MSS. bibl. Harlei. Vol. II, N. 5517, 5523. *Categoriae* ſigillatim Hebraice leguntur cum commentario Averrhois ex Arabico in Hebraicum ſermonem converſo, in Cod. XL bibl. Taurinenſis, uti & in Cod. Vaticano. V. Bartoloccii bibl. Rabbin. P. I, p. 480. *Liber de Interpretatione* Hebraice cum expoſitione Averrhois & R. Levi Ben Gherſon (fl. circa a. 1323) exſtat in bibl. Taurinenſi, Vaticana, (v. Bartolocci l. c.) & Collegii Mertonenſis apud Oxonienſes. Cf. Chriſtoph. Wolfii bibl. Hebraic. P. I, p. 219. *Topica* & *Elenchi ſophiſtici* ex interpretatione Hebraica R. Calonymi continentur Cod. XL Taurinenſi. Memorari denique video R. Ali ver-

sionem *Isagoges Porphyrii*, *Categoriarum* & *libri de Interpretatione*, pluresque Anonymorum in hos libros commentarios Hebraicos ap. Urium Catal. bibl. Bodleianae P. I, p. 76, 77.

Reperitur in bibliotheca Scorialensi Codex *Syriace* conscriptus, *Aristotelis Organon* & *Porphyrii introductionem* complectens, cuius tamen Syriacae versionis quis fuerit auctor, non compertum est. Ex Abulpharagii historia dynastiarum liquet, omnia Aristotelis & Porphyrii scripta Syriace versa fuisse, versionemque eiusdem Abulpharagii temporibus adhuc exstitisse. Vid. Casiri bibl. Arab. Hispan. T. I, p. 195.

Versio *Organi Arabica*, quam bibliotheca regia Parisiensis tenet, a diversis auctoribus ex Syriaco confecta est. Categorias convertit *Isa ben Isaac ben Zaara*; librum de Interpretatione *Iahia ben Honain*; Analytica priora *Iahia Adensis filius*; Analytica posteriora *Matthaeus Ali Baschar*; Topicorum libros septem priores *Abi Osman Said ben Iacub*, Damascenus; octavum vero *Abrahamus ben Abdallah*. Elenchorum sophisticorum varii fuere interpretes, *Iahia Abu Zachariae Adensis*, *Isa Ben Zaara*, *Theopylus* & *Naamensis*, quos inter numeratur *Anonymus*, qui eos longo tempore anteceſſit. Additum in nota est, Codicem ab his viris postremo loco nominatis esse emendatum. Itaque cum illi aut seculo Hegirae quarto, aut ineunte quinto, floruerint, Codicis scriptura ad haec ipsa tempora referenda est. Accedunt denique Alhireddini al Abeheri tractatus in Isagogen Porphyrii & Anonymi Scholia. Conf. Catal. bibl. Paris. T. I, p. 199.

In bibliotheca Vaticana ex versione *Arabica* Gregorii Bar-Hebraei MStus exstat *liber pupillarum*, complectens Porphyrii Isagogen cum Aristotelis Categoriis, libro de Interpretatione, & Elenchis sophisticis. V. Ios. Sim. Assemani bibl. Orient. Clement. Vatican. T. II, p. 269.

Commentarium in Organon Arabicum, auctore *Abu Isaac*, (fl. a. Hegir. 286) laudat Casiri bibl. Arab. Hispan. T. I, p. 405.

Versio *Armenica* Isagoges Porphyrii, Categoriarum & libri de Interpretatione, auctore Davide, & cum eiusd. Commentariis, exstat in bibl. regia Parisiensi. Catalog. T. I, pag. 94.

CODICES LIBRORUM

AD ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΝ ΦΥΣΙΚΗΝ PERTINENTIUM

De auſcultatione phyſica, de Coelo, de Generatione & corruptione, de Meteoris, de Mundo, de Anima, Parvorum Naturalium, de Animalium hiſtoria, de Partibus animalium, de Generatione animalium, de Plantis, de Coloribus, de his, quae ſub Auditum cadunt, de Mirabilibus auſcultationibus, de Xenophane, Zenone & Gorgia, de Ventorum locis & nominibus, de Phyſiognomia, Problematum, Metaphyſicorum, quaeſtionum Mechanicarum & de inſecabilibus lineis.

*

VENETI.

CODEX CC, in folio, membranaceus, ſeculo decimo quinto exaratus, *omnia Ariſtotelis Opera, praeter logica*, complectens. Notatur in fine, *abſolutum eum eſſe Romae a. C. 1447, manu* Ioannis Rhoſi, *ſacerdotis Cretenſis, iuſſu ac mandato reverendiſſimi in Chriſto patris* D. D. Beſſarionis Cardinalis, Epiſcopi Tuſculani. Catal. bibl. Venet. ad D. Marci p. 110.

CODEX CCV, chartaceus, 4, ſec. XIV: *Auſcultationum phyſicarum* libri octo cum prolegomenis Simplicii & Themiſtii metaphraſi; *Metaphyſicorum* libri XIV.

CODEX CCVI, membranaceus, in folio. Auſcultatt. phyſicae; libri de coelo; de generat. & corruptione; Meteorologica; libri de animalium inceſſu; de anima; Metaphyſicorum libri XIV; lib. de ſenſu & ſenſili; de memoria & reminiſcentia; de ſomno & vigilia; de inſomniis & divinatione per ſomnum; de longitudine & brevitate vitae, de iuventute & ſenectute, vita & morte & reſpiratione; de animalium motu. Ad calcem le-

gitur, Codicem *finitum esse Romae ab homine Lacedaemonienſi furiis agitato* a. 1467.

CODICES CCXIX, CCXX, recentioris aetatis. *Auſcultatt. phyſicae.* Poſterior praeter commentarium Simplicii adiunctam quoque habet particulam operis Procli Diadochi, inſcripti: στοιχείωσις φυσική. Catalog. bibl. Venet. pag. 112, 117.

CODEX CCX, chartaceus, in folio, ſec. XIII, continet libros de coelo IV; de generat. & corrupt. libb. II; & Meteorol. libb. IV.

CODEX CCXI, chartaceus, in 8vo, ſecul. circiter XII. Praeter eoſdem libros complectitur quoque Metaphyſicorum libb. XIV (in Catal. p. 114 vitioſe expreſſum XIX); Categorias, praemiſſa Porphyrii Iſagoge, librum de Interpretatione, Theophraſti Metaphyſicorum fragmentum, & Themiſtii paraphraſin Analyticorum poſteriorum. Appoſita habet Scholia marginalia & interlinearia.

CODEX CCVIII, chartaceus, 4, ſeculi decimi — Ariſtotelis de hiſtoria animalium libri IX; priores diverſo ordine a recepto in editionibus.

CODEX CCXIV, membranaceus, in fol. min. ſec. XI. Inſunt praeter Ariſtotelis Organon & Ethica ad Nicomachum Metaphyſicorum libri XIV; Auſcultatt. phyſ. libri VIII; de generat. & corrupt. libri II; de anima, libri III; ſubſequuntur nonnulla ex libro primo Rhetoricorum; de ſenſu & ſenſili; de ſomno & vigilia; de animalium motu; de longitudine & brevitate vitae; de iuvenrute & ſenecture, vita, morte & reſpiratione; liber de coloribus; liber de inſecabilibus lineis; quaeſtionum mechanicarum lib. I; de ſpiritu; de coelo libri IV, quorum poſtremus mutilus.

CODEX CCIX, chartaceus, in 8vo, ſeculi XII. — De anima libri III; de motu animalium; de ſenſu & ſenſibilibus; de memoria & reminiſcentia; de ſomno; de vigilia & divinatione per ſomnum, quo titulo etiam liber de inſomniis comprehenſus eſt.

CODEX CCXII, chartaceus, in 8vo, ſec. XIV.—Libri de coelo; de generatione & corruptione; Meteorologica; de hiſtoria animalium libri X; de partibus animalium; de eorum inceſſu; de anima; reliqua parva naturalia; liber de lineis inſecabilibus.

CODEX CCVII, membranaceus, 4, sec. XV. — De animalium historia libri X; de partibus animalium; de generatione animalium.

CODEX CCXV, sec. XV. — Rhetorica ad Theodecten & ad Alexandrum; libri de plantis, praefixo Anonymi prooemio, ut in editione DuValliana; Quaestionum mechanicarum lib. I; de mirabilibus auscultationibus; de mundo; de lineis insecabilibus; de coloribus; de spiritu; Physiognomonica; de Xenophane, Zenone & Gorgia; Problemata. Adiectum est opusculum inscriptum, *de signis pluviarum & ventorum*, vulgo Theophrasto Eresio tribui solitum.

CODEX CCXVI, sec. XV. Physiognomonica; de signis aquarum & ventorum; ventorum situs & appellationes ex Aristotelis libro de signis; de mundo; de Xenophane, Zenone & Gorgia; Mechanica; de spiritu; de plantis; Problemata, quae tamen desinunt in sect. XXXIII. Scatet Codex adeo librarii erroribus, ut ipse *Bessarion* Cardinalis, cuius sumtibus a. 1445 scriptus est, de iis in nota conquestus sit.

CODEX asservatus in bibl. monast. S. Michaëlis Venet. N. LXX. — Aristotelis de naturali auscultatione libri VIII. Post lib. VIII haec leguntur: *Liber hic finem accepit a me valde paupere Ioanne Chinopuli, a. C. 1418, scriptus vero est in insula Creta.* Sequuntur postea de coelo libri III; de generat. & corruptione libri duo, sed secundus in fine mutilus. V. Mittarellii bibl. Codd. p. 72.

M E D I C E I.

CODEX VI, Plut. LXXXVII, antiquissimus, saeculo XI scriptus & e Creta a Christophoro de Bondelmontibus Florentiam translatus, continens fragmentum *libri quarti auscultationum physicarum* cum Ioannis Philoponi commentariis. Bandinii Catal. bibl. Laurent. T. III, pag. 380.

CODEX XIX, Plut. LXXXVI, chartaceus, saeculo XIV, forma quarta, minutissimis literis exaratus cum titulis rubricatis, sed fere evanidis. — Prolegomena & praemeditationes ex Thomae Aquinatis in Aristotelis Physica commentario, haud dubie a Georgio Scholario ex Latino sermone in Graecum conversa; Anonymi pro-

legomena in eadem & excerpta ex Simplicii commentario; Ariſtot. auſc. phyſ. libri VIII; Artis rhetoricae libri III; Rhet. ad Alexandrum; Liber de virtutibus; Magnorum Moralium libri duo; de anima libri III; de mundo liber: Thomae Aq. interpretatio librorum de anima in Graecum ſermonem translata a Georgio Scholario, Patriarcha Conſtantinopolitano. Hanc Thomae expoſitionem inter eius ſcripta recenſet Fabricius bibl. med. & infimae Graecitatis lib. XIX, pag. 237. Addit vero ſimul, libri primi paraphraſin ſcriptorum veterum iudicio eſſe *Reginaldi de Piperno*.

CODEX XXIV, Plut. LXXXVII, membranaceus, in 8vo minori, ſec. XIII. — Ariſtotelis *auſcultationum phyſicarum* libri tres poſtremi. In ultima pagina manu multo recentiori & ineleganti a Codicis forte poſſeſſore haec annotata ſunt: Ὅστις ἂν ἀφέληται τὸ παρὸν βιβλίον, φυσικὴ ἀκρόασις, ἀπὸ τοῦ τόπου, ἔνθα κεῖται τὸ ταπεινὸν σῶμα ἐμοῦ Θεοδοσίου τοῦ Πρίγκιπος (principis), ἔστω ἀφορισμῷ ἀλύτῳ (ſententia indiſſolubili) καθυποβεβλημένος ἀπὸ πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἡ μερὶς αὐτοῦ μετὰ Ἰούδα τοῦ προδότου. Bandin. l. l. T. III, p. 405.

CODEX V, Plut. LXXXVII, chartaceus, in folio, ſec. XIV; difficilis & intricatae ſcripturae, cum ſubſcriptione: *Gorus Prior ſante crucis, Zamerarius Generalis & Dominus Lucenſis epiſcopus*. Eſt initio mutilus. Continet *Phyſica* Ariſtotelis, cum commentario inedito Georgii Pachymerae, a Fabricio non memorato.

CODICES VII, X, XI, Plut. LXXXVII, & COD. IV, Plut. LXXXVI, *Auſcultationum phyſicarum*, quos bibliotheca Medicea habet, recentiores ſunt & vix notatu digni. N. VII, ſec. XIV *Ioannicii* manu ſcriptus eſt; N. XI, ſec. XV a *Ioanne Rhoſo* exaratus, uterque cum Scholiis in margine. Bandinii Catal. T. III, p. 380.

CODEX I, Plut. LXXXI, ſcriptus *Ioannis Panareti* manu, qui ſec. XIII floruit. — Nonnulla ſub finem aetatem antiquiorem prae ſe ferunt, ita ut ex alio Codice in hunc locum tranſpoſita videantur. Bandini T. III, p. 221. — Meteorologica; libri de coelo; de partt. animal. libri IV; de animal. inceſſu liber; de anima libri III; de ſenſu & ſenſili; de memoria & reminiſcentia; de ſomno & vigilia, de inſomniis, de divinatione per ſomnum; (nam opus in hoc Cod. in tres diverſos libros di-

ſtinctum eſt) de animal. motu liber; de generatione animal. libri; de brevitate & longitudine vitae; de ſenectute & iuventute, vita & morte, & de reſpiratione; Metaphyſicorum libri XIII. Libri duo priores hic in unum coaluerunt, etſi in Cod. in α' maius & minus diſtincti quoque ſint. Secundae libri parti a librario praefixa eſt nota: Τοῦτο τὸ βιβλίον οἱ πλείους φασὶν εἶναι Πασικλέους (leg. Πασικράτους) τοῦ Ῥοδίου, ὃς ἦν καὶ ὑπῆρχεν ἀκροατὴς α*** (Ἀριστοτέλους), υἱὸς δὲ Βοηθητοῦ (leg. Βοναιοῦ), Εὐδήμου ἀδέλφου, Ἀλέξανδρός φησιν εἶναι αὐτὸ Ἀριστοτέλους. Ad calcem indiculus Latinus operum Codice contentorum legitur manu Georgii Antonii *Veſpuccii*, Ordin. Praedic. ſcriptus, ut ex prima pagina apparet. Cod. papyraceus, ſec. partim XII, partim XIII.

CODEX XXVI, Plut. LXXXVII. — *Meteorologicorum* libri IV, cum Scholiis partim Graecis, partim Latinis, quae videntur eſſe Franciſci Philelphi; *Metaphyſicorum* libri XIV.

Libri de mundo Ariſtoteli adſcripti aſſervantur in bibliotheca Medicea Codices IV, nempe N. XIII, XIV, XVI, XVII, Plut. LXXXVII. Codd. XIV & XVI ſunt perantiqui & bonae notae; referuntur ad ſeculum XIII; priorem tractavit Lucas Holſtenius, dum Florentiae commoraretur. Cod. XVII complectitur quoque libros *de coelo*, *de generatione & corruptione*, *de anima* libros III, & *de animalium inceſſu* librum. Additus eſt Thomae Aquinatis in libros de anima commentarius, e Latino in Graecum ſermonem a Georgio Scholario converſus, qui tamen Thomam ſua a Ioanne Philopono furatum eſſe contendit (ἣν ἐξήγησιν ὁ Θωμᾶς προήρπαξε παρὰ Ἰωάννου φιλοσόφου τοῦ Φιλοπόνου, καὶ ὡς ἰδίαν ἐποιήσατο).

CODEX XXVII, Plut. LXXXVII, membranaceus, forma quarta, ſec. XV, nitidiſſime ſcriptus, cum notulis aliquot marginalibus in principio, exhibet Ariſtotelis *de animalium hiſtoria* libros X. Libri decimi paragraphus ultima, quae in editis Latine tantum legitur, in hoc Codice Graeca habetur. Praeterea libri in editionibus VII, VIII, IX, in Codice ſunt IX, VII, VIII, & libri octavi in Codice (in edd. IX.) caput ultimum deſideratur. Bandinii Catalog. bibliothec. Laurent. T. III, pag. 410.

CODEX I, Plut. LXXXVII, chartaceus, in folio,

sec. XV, nitidissimus, continens *de historia animal.* libros X, & *de generat. animal.* libros V.

CODEX IV eiusd. plutei, papyraceus in 4 maiori, *Ioannicii* manu maximam partem exaratus sec. XIV. — Aristotelis *de generat. animal.* libri V. — *de historia animalium* libri IX. Discrimen hic quoque deprehenditur in librorum divisione & dispositione. Ex secundo enim libro duo fiunt in Codice, quorum prior desinit in verbis σαρκὸς τὴν φύσιν (lib. II, cap. XII, in fine), alter incipit a verbis: τῶν δ' ἐνύδρων ζώων — quae sunt prima capitis XIII; septimus vero liber est ultimus in Codice. — Aristotelis *problemata physica* κατ' εἶδος συναγωγῆς. Desinit collectio in sectione problematum XXVI. — *De animal. incessu* lib. cum Scholiis marginalibus. — lib. *de sensu & sensili.* — *de animalium motione.* — *de longitudine & brevitate vitae.* — *de senectute & iuventute.* —

CODEX III eiusdem plut. membranaceus in 4, sec. XIII, continet fragmentum libri primi *de generatione animalium* cum Scholiis marginalibus, quae forsitan a Marsilio Ficino profecta sunt; nam in prima pagina αὐτοχειρὶ annotavit Lucas Holstenius: *Hoc exemplari usus est Marsilius Ficinus, uti ex eius correctionibus notisque marginalibus apparet.* Cf. Bandini l. l. T. III, p. 380.

CODEX XX, Plut. LXXXVII, in 4 mai. nonnullis in locis vetustate ac madore corruptus, & in fine alia manu suppletus, continet praeter *libros de Coelo* Aristotelis, *de anima* libros III cum Scholiis marginalibus & interlinearibus, & Themistii paraphrasin librorum de anima, quae in Cod. in VII libros distribuitur, cum in edd. tripartita sit. Codex facit ex primo libro duos, totidem ex secundo, ex tertio tres. Eandem librorum divisionem agnoscit Suidas, ubi Themistii commentarium laudat, v. Θεμίστιος, Τοῦ περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίοις ζ'. Nulla igitur causa, cur cum Fabricio B. Gr. Vol. VIII, p. 29 not. errorem in librorum numero apud Suidam suspicantes pro ζ' reponamus γ'. Ceterum haec paraphrasis Latine tantum edita exstat. Graece asservatur etiam in Cod. Med. XVI & XVII, Plut. LXXXV; cf. Bandini T. III, p. 278; & in bibl. Vindob. vid. Nessel. Cat. bibl. Caes. P. IV, p. 66. Praeterea Cod. continentur *Parva Naturalia. Problematum physicorum* pars, sed diverso prorsus ordine, quo ea in edd. exhibentur. Bandini T. III, p. 405.

CODEX XXI, membranaceus, in 8vo, ſeculi XV, cuius eraſa antiquiori ſcriptura nova ſuperinducta eſt. Inſunt Ariſtotelis de ſenſu & ſenſili liber — de memoria & reminiſcentia lib. — de ſomno & vigilia — de inſomniis — de divinatione per ſomnum — de animalium motione — de lineis inſecabilibus. —

CODEX XXII, chartaceus, in folio, ſec. XV, nitidiſſimus. Inſunt Ariſtotelis de anima libri III.

CODEX XXIII, continet libros III *de anima* — Anonymi in eos Prolegomena, quae incipiunt: Τῶν περὶ ψυχῆς πραγματευσαμένων, οἱ μὲν μαθηματικώτερον — *de generatione & corruptione libri* duo. In fine annotatur, *deſcriptum eſſe hunc Codicem ab exemplari valde mendoſo.*

CODEX XXV, Plut. LXXXVII, membranaceus, ſec. XIII, optime ſervatus. Ariſtotelis *de anima* libri tres; Scholion Anonymi ſeu potius breve ſummarium librorum de anima, quod incipit, Ἰστέον, ὅτι Ἀριστοτέλης ἐν τρισὶ λόγοις τὸν περὶ ψυχῆς ἐξέθετο λόγον· Themiſtii paraphraſis librorum de anima cum tetraſticho Elegiaco in fine, cui inſcriptum: Τοῦ αὐτοῦ Θεμιστίου στίχοι εἰς ἑαυτὸν, ὅτε ἔπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανός.

CODEX XII, Plut. LXXXVII, membranaceus, in folio, ſec. XIII, optime ſervatus — Ariſtotelis *Metaphyſicorum* libri XIV, cum Alexandri Aphrodiſiei commentario, qui totum Codicis marginem undiquaque ambit. Textus grandioribus literis exaratus eſt & vetuſta manu. Quatuor poſtremi libri eodem ordine diſpoſiti ſunt, quo in editionibus DuValliana antiquioribus. Commentarius a recentiori quodam ſuppletus. Vide de Cod. Ant. Poſſevin. bibl. ſelect. lib. XII, cap. 25, & Bandin. Catal. T. III, p. 394.

Ex eodem pluteo huc pertinent *Metaphyſicorum* Codd. N. XVIII papyraceus, forma quarta, ſec. XIV, tineis ac vetuſtate valde arroſus; N. XIX, chartaceus, quem Bandinius ad ſec. XV refert; & ex pluteo LXX, Cod. XVI, chartaceus, ſec. XV, *duodecim* tantum libros continens. Bandin. T. III, p. 10.

CODEX XV, Plut. LXXXVII, chartaceus in 4to min. ſec. XV, optime ſcriptus. Continet *problematum naturalium* ſectiones XXXVIII. Tituli deſiderantur, ſpatio vacuo iis relicto. Bandin. T. III, p. 394.

CODEX XX, eiuſd. plut. continet *problematum phyſi-*

corum partem, diverſo ordine a recepto in editt. Ibid. T. III, pag. 405.

CODEX III, Plut. LXXXV, (Bandini T. III, pag. 246.) membranaceus, ſec. XIV, optime ſervatus. — Liber primus *de plantis*.

CODEX III, Plut. LXXXVI, papyraceus, ſec. XIV exaratus a quodam *Nicolao Perdicca*. — Liber *de mirabilibus auſcultationibus*. Bandini T. III, p. 290.

Libri *de Xenophane, Zenone & Gorgia* duo memorantur Codd. Florentini in praefat. ed. huius libri (Lugdun. 1557, 4.) p. 7.

CODEX XLV, Plut. XXVIII, chartaceus, in 8vo mai. ſec. XV, cum mathematicis figuris in margine minio expreſſis. — *Quaeſtiones mechanicae*. Bandinii Catalog. T. II, pag. 68.

In pluribus Codicibus *Vaticanis* exſtare Ariſtotelis Phyſica, Metaphyſica, de mundo librum, de hiſtoria animalium libros, de inſecabilibus lineis, & de coloribus libellos, auctor eſt Montfaucon biblioth. bibliothecar. P. I, p. 8, 10, 11.

Idem memorat Codices *Caſſinenſes* Metaphyſicorum, librorum de phyſico auditu, de coelo, de anima, & de plantis. T. I, p. 220.

TAURINENSIS.

CODEX XXVIII. Ariſtotelis Metaphyſicorum libri XIII. Catal. bibl. Taurin. p. 107.

MATRITENSIS.

In *Codice Matritenſi* (Iriarte Catal. Codd. MSS. bibl. Matrit. p. 321) occurrit fragmentum libri Ariſtoteli adſcripti *de animalium proprietate*, Ἀριστοτέλους περὶ ζώων ἰδιότητος προοίμιον. Liber Ariſtotelis de animalium proprietate nec in editis exſtat, nec inter deperditos laudatur. Conſtantinus Laſcaris, auctor Codicis, addidit annotatiunculam: ἔοικεν γὰρ Ἀριστοτέλει. Ut ineditum publici iuris itaque fecit hoc prooemium Iriarte pag. 322. Verum eius argumentum non ad animalium proprietatem, ſed omnino ad rem medicam ſpectat. Mihi quidem initium commentarii ſive in Hippocratis aphoriſmos, ſive in alium Hippocratis aut Galeni librum eſſe videtur.

CODICES PARISIENSES.

CODEX MDCCCLIII, olim Mediceus, maximam partem sec. X ineunte exaratus: folia ultima manu recentiori scripta sunt, ut videtur, sec. XIV. Margini adiecta sunt Scholia antiqua & recentiora, in nonnullos libros perpetua, in alios rariora. Continet praeter auscultationes physicas libri secundi de anima principium foliis duobus; de coelo libros IV; de generatione & corruptione libros II; Meteorologicorum libros IV; de anima libros III, tertii folium unum sub finem desideratur; de sensu & sensilibus librum; de memoria & reminiscentia; de somno & divinatione per somnum; de animalium motione; Metaphysicorum libros XIII; Theophrasti Metaphysica, ad quorum calcem annotatum legitur, nullam illorum ab Andronico & Hermippo in operum Theophrasti recensu mentionem fieri, ipsi tamen a Nicolao Damasceno tribui; de coloribus librum; de partibus animal. libros IV; de generat. animal. libros V; libri de incessu animalium initium; Ethicorum ad Nicomachum libros X, (octavus sub finem mutilus, nonus ferme totus desideratur;) & Magnorum Moralium libros II. Apparet, Codicem ex pluribus aliis consarcinatum esse.

Asservantur praeterea in bibliotheca Parisiensi auscultationum physicarum Codd. VIII; libri de coelo, VII; libri de generatione & corruptione & de meteoris totidem; libri de mundo, VIII, e quibus Cod. MCII seculo undecimo exaratus esse dicitur; librorum de historia animalium Cod. I (MMCCXXVII); libri de partibus animalium, VI; de generatione animalium, III; de anima, XV; de sensu & sensibilibus, IX; de memoria & reminiscentia, VII; de somno & vigilia, IV; de insomniis, III; de divinatione per somnum, IV; de animalium motu, V; de longitudine & brevitate vitae, V; de iuventute & senectute, vita & morte, V; de respiratione, I; de incessu animalium, IV; libri de Xenophane, Zenone & Gorgia, I. Omnes isti Codd. recentioris aetatis sunt, nec de iis amplius quid memoratum vidi, quare etiam nescio, fuerintne ex his, quos Morelius in recensendis Aristotelis Physicis adhibuit.

Metaphysicorum ibidem exstant Codd. VI. In Cod.

MDCCCXLIX duo tantum priores libri leguntur, iique sub finem mutili, uti in Cod. MMXXVII libri tantum quatuor priores, sed integri. Reliqui omnes tredecim Metaphysicorum libros continent, duobus prioribus pro uno in censum relatis. Cat. bibl. MSS. Paris. T. II, p. 475.

Problemata Aristotelis exhibentur Graece in sex Codd. bibl. Parisiensis. Quaenam problemata & quot contineant isti libri, non constat. Cod. MCCMLXV, manu Michaëlis Apostolii sec. XV scriptus, habet problematum sectiones XXXVIII, praemissis, & etiam ad calcem subiectis, Anonymi Miscellaneis tum Graecis, tum Latinis. Notandus etiam est Cod. MMXXXVI membranaceus, sub finem sec. X exaratus, cum Aristotelis problematibus physicis Dionysii Longini de sublimi librum complectens. Accuratius eum descripsit Zacharias Pearca in praef. ad Longinum: nam omnia MSta Longini exempla ex hoc fluxisse videntur, ut patet ex lacunis, quarum originem ille prodit.

In Cod. MMMMMMCCCXXVIII, olim Baluziano, insunt Aristotelis problemata, a Georgio Trapezuntio Latine versa. In fine legitur: *Non erant in exemplari Graeco plura, unde traduxi; in veteri autem interpretatione pauca quaedam adduntur, quae si cui placet huc transferat; nos enim non putavimus officii nostri esse id facere.*

Mechanicorum & libri de insecabilibus lineis ibidem duo exstant Codices Graeci, sicut etiam alii duo libri de physiognomia: sunt autem recentiores, quippe sec. XIV & XV exarati. V. Catal. T. III, p. 475.

CODEX MMMCCMIXC olim Colbertinus, seculi XIV, habet inter alia Aristotelis tractatum de signis aquarum & tempestatum. Memorantur quoque huius libelli duo Codd. Graeci, qui tamen non nisi nomina ventorum excerpta habent.

CODEX MMMMMMMMD, sec. XIV, membranaceus. — Liber de pomo.

CODEX MCCVIII, membranaceus, olim Bigotianus, sec. XIV scriptus. — Liber de astrologia Aristoteli tributus & ex Arabica lingua in Latinam translatus.

CODICES COISLINIANI.

CODEX CLXVI. — Auscultationes physicae, cum commentario Ioannis Philoponi integro usque ad librum

sextum (in quatuor tantum priores libros ille lucem vidit); inde a septimo incipit Simplicii expositio. — Libri de coelo I & II cum commentario amplissimo, libri autem III & IV cum commentario duplici, sine interpretum nomine. — Libri de generat. & corrupt. cum comment. Ioan. Philoponi. — Meteorologica cum comment. eiusdem, Alexandri Aphrodisiei hypomnemate, eiusdem Scholiis in librum quartum, & Olympiodori Alexandrini in omnes libros. — Liber de mundo ad Alexandrum; de senectute & iuventute, vita & morte, & de respiratione, omnes itidem cum Scholiis. Montfaucon Catal. bibl. Coislin. P. I, p. 223.

Notandus quoque est Cod. CCCXXIII. — Aristotelis liber de coloribus. Ibid. P. II, p. 444.

CODICES VINDOBONENSES.

CODEX XXXIV, membranaceus, pervetustus & optimae notae, in folio, ab Augerio Busbeckio Constantinopoli comparatus. — Auscultationes physicae — Libri de coelo — de generatione & corruptione — Meteorologica — Metaphysicorum libri XIV ordine ante Duvallium recepto — Fragmentum Metaphysicorum Theophrasti.

CODEX XXXV, membranaceus, elegantissimus, olim Andreae Matthaei Aquavivae, Ducis Adriae, postea Ioannis Sambuci. — Auscultatt. phys. — de generatione & interitu — de coelo libri III priores — de anima libri III. Scriptus est Aprutiae (*Abruzzo*) a. 1496 manu peccatoris Romberti Maiorani, Papae i. e. Sacerdotis; v. Dominici Magri notit. voc. eccles. h. v.

CODEX XXXVI, bonae notae, olim Ioan. Sambuci, non nisi auscultationes physicas continens.

CODEX XXXVII, chartaceus, literis aureis passim exornatus, olim Guarini Veronensis, post Sambuci, exaratus a Demetrio Lycandyla a. 1446. Insunt auscultationes physicae cum Anonymi διαιρέσει τῶν φυσικῶν πραγμάτων praemissa, & praefatione de variis philosophorum veterum opinionibus physicis sub titulo, δόξαι παλαιῶν; de anima libri III; de coelo, IV; Meteorologicorum, IV; de memoria & reminiscentia, & de longitudine & brevitate vitae libelli. Margo habet antiqua

Scholia Graeca, & Guarini annotationes propria ipsius manu scriptas, partim Graecas, partim Latinas.

CODEX XXXVIII, praestantissimus, scriptus a. 1457 a Ioanne Presbytero Cretensi. — Auscultationes physicae — libri de coelo — de generat. & corrupt. — Parva Naturalia — Metaphysicorum libri XIV. — In folio secundo depicta est Aristotelis scribentis imago, quam Lambecius aeri incidi curavit Commentar. de bibl. Vindob. T. VII, p. 166. Pertinuit Cod. olim ad Esaiam, Hieromonachum & Pneumaticum * Cyprium; postea fuit Ioannis Sambuci, qui eum emit Venetiis a. 1555.

Tenet bibliotheca Caesarea alios Codd. VI auscultationum physicarum, librorum de coelo & de generatione & corruptione, qui omnes ex Ioannis Sambuci & Augerii Busbeckii supellectile eo translati sunt. Codici XLII, Parva quoque Naturalia continenti, adsperſa sunt Scholia Mathusalae Machiris, monachi S. Montis Sinai, sicut Codd. XLIII & XLIV annexos habent commentarios Simplicii, Georgii Pachymerae & Themistii.

CODEX XLVII. — Liber de mundo ad Alexandrum. Lambec. T. VII, p. 186.

CODICES XLVIII, XLIX, L, LIV. Duo priores continent Parva Naturalia; tertius, de anima libros III & librum de lineis insecabilibus cum paraphrasi Graeca Georgii Pachymerae, inserta editionibus operum Aristotelis, ut & Sylburgianae T. IV, p. 26; in quarto denique insunt libri de animalium incessu cum Michaëlis Ephesii Scholiis typis iam vulgatis, & libri de animal. generat. Lambec. T. VII, p. 200, 209, 214.

Laudantur etiam Codices duo Metaphysicorum, de quibus tamen nihil amplius constat, apud Lambec. T. VII, pag. 215.

CODEX LVI. — Liber de mirabilibus auscultationibus. Textus & ordo capitum in hoc Codice ab eo, qui in editis est, valde discrepat. Incipit liber: Λέγεται περὶ τὰ Τύανα ὕδωρ εἶναι Ὀρκίου Διός· καλοῦσι (verbum καλοῦσι in edd. Sylburg. Casaub. Duvall. Beckmann. deest) δὲ αὐτὸ Ἀσβαμαῖον· οὗ (in edd. perperam οὖν) πηγὴ ἀναδίδοται πάνυ ψυχρά. παφλάζει δὲ &c. Desinit

* Πνευματικὸς πατὴρ, *pater spiritualis*, qui nunc dicitur *Confessarius*. V. Meursii glossar. Graecobarbarum h. v.

autem: αὖον εὐθὺς γίνεσθαι αὐτόν. In edd. λύσιν εὐθὺς γίνεσθαι αὐτοῦ. Invenit idem principium, quod in hoc Codice legitur, etiam Henr. Stephanus in pleriſque veteribus libris MStis. Ceterum complectitur Cod. Vindob. quoque Ariſtotelis Mechanica & librum de inſecabilibus lineis. Lambec. l. l. Codex eſt chartaceus & pertinuit olim ad Ioannem Iovianum Pontanum.

CODEX LVII. — Liber de Xenophane, Zenone & Gorgia. Textus vulgaris, teſte eodem Lambecio, ex hoc Codice emendari poterit. Sunt etiam variae lectiones & coniecturae a Politiano adſcriptae.

VOSSIANUS.

Liber de Xenophane, Zenone & Gorgia.

LIPSIENSIS.

Liber de Xenophane, Zenone & Gorgia. Lectionis varietatem ab Oleario inde excerptam Fabricius inſeruit B. Gr. lib. III, cap. 6, p. 139.

ERLANGENSIS.

Chartaceus, forma octava maiori, ſeculo circiter XV exaratus. In margine gloſſas adſperſas habet, quae tamen, etſi literis minoribus ſcriptae, eandem manum produnt, cui textum debemus. Continet praeter alia etiam Ariſtotelis auſcultationes phyſicas cum fragmento ex Simplicii in eas commentario. Dono acceperat hunc Codicem Ludovicus Camerarius a Cyrillo Lucari, Patriarcha Conſtantinopolitano, e cuius bibliotheca poſtea ad Reinhardum, Profeſſorem Erlangenſem, & poſt huius mortem iure emtionis in bibliothecam publicam Erlangenſem tranſiit. Conceſſit eum meis uſibus, ut iam in praefatione monui, *Harleſius*, vir doctiſſimus.

GOTTINGENSIS.

Chartaceus, forma octava minori, antiquiſſimus; videtur enim ſeculo circiter XII exaratus eſſe. Scriptura huius Codicis eſt maxime intricata & lectu difficillima, paſſim etiam ob vetuſtatem evanida. Exhibet librorum Ariſtotelis de anima verſionem Latinam: qua-

re eum non nisi in locis dubiis & salebrosis consului. Acceptum refert Codicem bibliotheca nostra Academica viro ornatissimo, *Matthiae*, Gymnasii Grunstadiensis Professori.

OXONIENSIS.

Aristotelis liber de mirabilibus auscultationibus. Memoravit Codicem ex Catalogo MSS. Angliae & Hiberniae in praefatione editionis huius libri iam Beckmannus, vir eruditissimus.

HARLEIANUS.

Qui olim ad S. Nicolai prope Cusam pertinuit, continens Aristotelis auscultationes physicas, libros de coelo & mundo, de generatione & corruptione, de meteoris, de anima, de memoria & reminiscentia, de morte & vita, de spiritu, de somno & vigilia, de sensu & sensato, & de plantis librum primum. Vid. Catal. libb. MSS. bibl. Harlei. Vol. II, N. 3487.

In alio Codice Harleiano, N. 3020, insunt Aristotelis libri de animalibus.

* * *

Praeter commentarios Graecos in Aristotelis libros physici argumenti, quos in bibliothecis passim latentes atque adhuc ineditos iam supra attigi, supersunt etiam alii, quorum brevem notitiam dare lubet.

In bibliotheca *Matritensi* exstat epitome dictorum ab Aristotele in physicis auscultationibus, octo capitibus constans, diligentius ab Iriarte descripta Cat. bibl. Matrit. Vol. I, p. 52. Epitomen excipit Anonymi metaphrasis librorum physicorum inedita, a Themistii, Simplicii & Georgii Pachymerae commentariis prorsus diversa, sed duo tantum libri primi capita complectens. Divisit etiam auctor Physica in duas partes, quarum primae priores quinque libros tribuit, in hoc nonnullos ex veteribus interpretibus secutus. Accedunt denique Georgii Gemisti Plethonis excerpta ex Aristotelis animalium historia. Init: Τῶν ζώων τὰ μὲν χερσαῖά ἐστι, τὰ δὲ ἔνυδρα. Fin. ἀμβλύτης δὲ μελαγχίαν σημαίνει.

In Codice *Mediceo* IV, Plut. LXXXV, (Bandinii Catal. bibl. Laurent. T. III, pag. 250.) occurrit Theodori Metochitae paraphrasis auscultationum physicarum, librorum de coelo, de generatione & corruptione, de meteoris, de anima, & parvorum Naturalium, quae quidem Latine tantum prodiit ex versione Herveti. Paraphrasis librorum de animalium partibus & libri de sensu & sensili ne Latine quidem adhuc edita est. Alia continetur hoc Codice auscultationum physicarum expositio Graeca inedita, auctore Georgio Metochita, Theodoro illo paulo antiquiori. Theodori Metochitae commentarii supersunt etiam in Cod. Veneto. (Catal. bibl. D. Marci Venet. pag. 121.) Commentarius in libros de generat. animal. in hoc Cod. Theod. Metochitae adscriptus, a Fabricio B. Gr. Vol. IX, p. 365, tribuitur Michaëli Ephesio, in alio autem Cod. bibliothecae Venetae, (N. CCXXXVII, Catal. p. 117.) & quidem in nota a librario adiecta, Ioanni Philopono. Rectius tamen videtur ad Michaëlem Ephesium (diversum a Michaële Psello, qui sec. XI inclaruit; nam Ephesium Allatius coniicit fuisse Ducam Parapinaceum, Pselli discipulum. Vid. Allat. diatrib. de Psellis edit. Fabric. ad calc. Vol. V, p. 21.) referri, adstipulantibus huic sententiae duobus Codd. Mediceis. Nam exstat primum in Cod. Mediceo, *Oceanus* inscripto, Plut. LXXXV, ubi ita infit: Ἡ παροῦσα πραγματεία, ὡς καὶ αὐτός φησι, συνεχής ἐστι τῇ περὶ ζώων μορίων· ἐν ᾗ ζητῶν διὰ τί ἕκαστον τῶν μορίων οὕτως ἔχει· deinde in Cod. Medic. IX, Plut. LXXXVI; in utroque sub Michaëlis Ephesii nomine.

CODICE *Veneto* CCXIIX continetur Anonymi Commentarius in Aristotelis auscultationes physicas, cuius initium: Ὁ μὲν οὖν Πλάτων ὕλην καὶ εἶδος ἔλεγεν ὡς —. Alius Anonymi Scholia in quatuor primores Physicorum libros occurrunt in Cod. Ven. CXXIV. Incipiunt: Πρὸ τοῦ εἰς τὴν κατὰ μέρος τῶν κεφαλαίων διόρθωσιν. Catal. bibl. Venet. p. 109, 117.

In Codice *Veneto* CCXVIII exhibetur *Anonymi* in Metaphysica commentarius ineditus, cuius initium: Μετὰ τὴν τῶν φυσικῶν διδασκαλίαν ἅπαντᾷ παρευθὺς τὰ μετὰ τὰ φυσικά.

Alium Codicem *Asclepii Tralliani*, in sex primores Metaphysicorum libros Scholia ex ore Ammonii Her-

meae excepta continentem, & ſcriptum Venetiis ab Antonio Eparcho a. 1574, memorat Labbeus bibl. nov. MSS. p. 113, & Fabricius B. Gr. lib. III, cap. 6, pag. 148. Fortaſſe idem hic eſt cum eo, quem nunc bibliotheca Medicea tenet, Cod. X, Plut. LXXXVI, (Bandin. Cat. bibl. Laurent. T. III, p. 290) aut cum Cod. Taurinenſi CXIV. (Catalog. Codd. biblioth. Taurin. T. I, pag. 217.)

In Cod. XLV bibliothecae *Taurinenſis* (Cat. p. 152) legitur etiam Ἑρεννίου φιλοσόφου ἐξήγησις εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικά. Hic eſt Herennius Philo Byblius Grammaticus, ſub Domitiano Imperatore multis egregie ſcriptis clarus. Commentarium eius in Metaphyſica allegari ab H. Dodwello in diſſert. de Sanchuniathone pag. 16, & exſtitiſſe MStum in bibliotheca Iſaaci Voſſii, monet Fabricius l. l.

In Cod. *Taurin.* CX (Catal. P. I, pag. 52) exſtant *Alexandri Aphrodiſiei* commentarii in Metaphyſicorum libros VI — XII, Graece; in Cod. CXXXIV eiuſd. bibliothecae iidem in libros VI — XIV, Graece; in Cod. denique Mediceo II, Plut. LXXXV, in libros I, II, III, IV, V, X, XIII, XIV, ita ut comment. in libros VI — IX incl. deſint. Poterit igitur ex his tribus Codicibus integri commentarii Graeci editio adornari. Nam adhuc Latine tantum Alexandri commentarius in duodecim priores Metaphyſicorum libros ex Io. Sepulvedae verſione cura Fr. Patricii prodiit; Graece nondum lucem vidit. Scholia in libros XIII & XIV nec Graece, nec Latine edita ſunt. V. Fabric. B. Gr. T. VII, p. 148. Fuere haec etiam MSta in bibliotheca Ioannis Vincentii Pinelli, teſte Schotto in Vita Ariſtotelis p. 160. Cf. Poſſevin. bibl. ſelect. XII, 25, 29, & Bandin. Cat. bibl. Laurent. T. III, p. 246.

CODEX *Coislin.* CLIX (Montfaucon P. I, p. 220.) continet Anonymi & Michaëlis Pſelli Scholia Graeca in octo libros auſcultationum phyſicarum, e quibus Pſelli Scholia Latine edita ſunt.

Anonymi Synopſin librorum de phyſico auditu e Cod. Naudaeano, & ex alio *Damaſcii* philoſophi parecbolas in libros Ariſtot. de coelo, laudat Labbeus bibl. nov. MSS. pag. 116, 112.

Syrianus, Philoxeni filius, Alexandrinus, ſcripſit com-

mentarium in omnes quatuordecim Metaphysicorum libros, cuius fragmentum (in libros III, XIII & XIV), sed Latine tantum ex versione Hieronymi Bagolini prodiit Venet. 1558, 4. Graece superstant Syriani Scholia in pluribus bibliothecis. Integra exhibentur in Codd. Parisiensibus MCMXII & MCCMXCIII. In Cod. Paris. MCCMXCIV leguntur in libros I, XII & XIII, cum fragmento libri *de providentia*. Cod. MCCMXCV continet commentarium in librum secundum; Cod. MCCMXCVII autem in libros III, XIII, XIV, & hunc Bagolinus fortasse ante oculos habuit. Vix enim credo, expressisse eum Cod. Mediceum XXV, Plut. LXXXV, aut Holstenianum, qui nunc in bibliotheca Hamburgensi est, etsi uterque ad libros Metaphysicorum III, XIII, XIV, spectat, quoniam in Bagolini versione desiderantur, quae in tribus postremis horum Codd. paginis occurrunt de providentia sub hoc titulo, Εἰς τὰ περὶ προνοίας τινὰ συντελοῦντα, uti monet Fabricius B. Gr. Vol. VIII, p. 451, de Holsteniano Codice loquens. Notandus hic quoque est eximius Cod. Coislinianus CLXI, bombycinus, sec. XIV, qui olim fuit Laurae S. Athanasii in monte Atho & Catechumenorum, descriptus a Montefalconio Cat. bibl. Coislin. P. I, p. 220. Is praeter alia complectitur Anonymi prooemium & Scholia in libros I & II Metaphysicorum. In librum tertium duplex est commentarius, alter eiusdem Anonymi, cuius nomen in Cod. deletum est, alter Syriani. Sequuntur commentarius Anonymi in librum IV; Michaëlis Ephesii Scholia in lib. V; Anonymi Scholia in libb. VI, X, & XII; denique Syriani commentarius in librum II, eiusdemque liber de Aristotelis dubiis circa mathemata & numeros in Metaphys. libb. X & XI.

CODEX *Vindobonensis* LIII (Lambec. Comment. T. VII, pag. 209) continet *Sophoniae* paraphrasin librorum Aristotelis de anima, in tres quoque libros divisam, necdum editam. Nulla Sophoniae fit mentio in Labbei Catalogo interpretum Aristotelis, nec in Iacobi Ioannis Frisii bibliotheca universali; cf. Fabric. B. Gr. Vol. X, p. 545. Exstat tamen idem Sophoniae opus in bibliotheca Laurentiana Cod. XXXII, Plut. LXXI. (Bandin. T. III, p. 21.) Forte hic idem est Sophonias cum illo, cuius in Categorias commentarium memorat Labbeus bibl.

nov. MSS. p. 115. Ceterum hanc Sophoniae librorum de anima paraphrasin innuere videtur Fabricius Vol. II, p. 129, ubi ait: *Sophronius MS. in bibl. Medicea.* Sed pro *Sophronius* legendum *Sophonias*. In eodem Cod. Mediceo, qui Sophoniae commentarium exhibet, legitur etiam fragmentum commentarii Anonymi in parva Naturalia, quod quidem ad librum de memoria & reminiscentia spectat, & cuius initium: Περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν λεκτέον, τί ἐστι, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν γίνεται. In alio Cod. Mediceo est quoque commentarius in librum Aristotelis de sensu & sensili, qui incipit: Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον δεῖ νοῆσαι καὶ περὶ τὰς ὀσμάς. ὅπερ γὰρ ποιεῖ ἐν τῷ ξυρῷ τὸ ὑγρὸν, τοῦτο ποιεῖ ἐν ἄλλῳ γένει τὸ ἔχυμον ὑγρόν.

Versiones librorum Aristotelis argumenti physici Hebraicae, Arabicae, Syriacae, Armenicae.

VERSIO *Hebraica auscultationum physicarum* exstat MSta in bibliotheca *Parisiensi*, ex Arabico facta ab Anonymo, una cum Averrhois commentariis. V. Catal. bibl. Paris. T. I, p. 30. Ibidem MSta asservatur versio Hebraica librorum *de coelo, de generatione* & *corruptione, de meteoris* & *de mundo*, ex Arabico facta per R. Aben Tybbon, qui Averrhois commentarium Arabicum simul in sermonem Hebraicum transtulit. Plures etiam librorum *de anima* in eadem bibliotheca reperiuntur versiones Hebraicae ex Arabico factae, una quidem per R. Schem Tob filium Isaac, reliquae per Anonymos. In alio Codice Paris. legitur versio Hebraica opusculi *de sensu & sensili*. Memoratur denique versio Hebraica *Metaphysicorum* ex Arabico sermone ab Anonymo facta, uti & libelli *de mirabilibus auscultationibus* e Graeco facta ab Anonymo. Singulis capitibus adiuncti sunt Averrhois commentarii ex Arabico in sermonem Hebraicum conversi.

In bibliotheca *Taurinensi* supersunt MStae versiones Hebraicae plures *auscultationum physicarum*, librorum *de coelo, de generatione & corruptione, de anima, de animalibus, de mundo, de plantis*. Cf. Catal. bibl. Taurin. pag. 12 sq. Ibidem in Cod. CXLI exstat commentarius Abu Ahmed in auscultationes physicas Arabice scriptus, sed

a R. Moſe Ben Tybbon Hebraeus factus (p. 52), qui in bibliotheca quoque Laurentiana aſſervatur.

In bibliotheca *Scorialenſi* eſt Codex (DCCCLXXXIII) praeter alia ſiſtens *Abdallae Abilpharagii* vulgo *Ebn Althaiebi* tractatum *de plantis*, ex Ariſtotelis libris excerptum, in quo de arboribus, floribus, fructibus, & ſeminibus ſecundum medicorum & philoſophorum placita fuſe diſſeritur. V. Caſiri bibl. Arab. Hiſpan. T. I, pag. 300. In eadem bibliotheca libri duo *de ſenſu & ſenſibili* Arabice exſtant. Caſiri l. c. pag. 306. Ibidem aſſervantur libri XIX *de hiſt. animalium*, ex Arabico in Latinum translati a *Michaële Scoto.*

Hiſtoriae animalium libri XIX (quo numero comprehenduntur etiam nonnulli libri Parvis Naturalibus accenſeri ſoliti) olim exſtiterunt *Syriace*, converſi ab *Ebn Albatricko.* Supereſſe quoque antiqua horum librorum compendia tradit Iahia Ben Adi. Compendium Nicolai e Graeco in Arabicum ſermonem tranſtulit & emendavit *Ali Ben Zaara*, cuius verſionis exemplum fuit penes Caſirium.

In bibliotheca *Pariſienſi* occurrit verſio librorum *de generatione & corruptione* Arabica, ſed Hebraico charactere ſcripta; alia quoque Armenica libri *de mundo* ad Alexandrum una cum Davidis commentariis. V. Catal. bibl. Pariſ. T. I, p. 31.

Codex *Bodleianus* CCCXCII ſiſtit Anonymi commentarium in Ariſtotelis libros *de anima;* quem *R. Moſche Bar Schemuel Bar Iehuda Ben Tibbon* a. 1261 in ſermonem Hebraicum tranſtulit, ſicut Cod. CCCXCIII inter alia continet Averrhois commentarium in libros de animalibus inde a ſect. XI uſque ad ſect. XIX Hebraice converſum a *R. Iacob Bar Machir* circa a. 1200. Uri Catal. bibl. Bodlei. P. I, p. 74.

Occurrit etiam inter Codices Bodleianos continens commentarium in libros *de coelo & mundo* Hebraicum, auctore *R. Schelomo Harophe Ben Iob*, Hiſpano, qui circa annum 1360 floruit; & alius, in quo leguntur Averrhois commentarii in Ariſtotelis libros *de coelo & mundo, de generat. & corrupt.* & *de meteoris*, Hebraici facti. Uri p. 86.

Digna denique eſt, quae hic notetur, verſio Turcica libri de *phyſiognomonia*, in Cod. Bodlei. Turc. XIV aſſervata. Uri pag. 305.

In Codice Vindobonensi VI continentur libri *de animalibus*, Hebraice, una cum Averrhois commentariis in libros *de generatione & corruptione* & in *Parva Naturalia*, quos ex Arabico in Hebraicum sermonem convertit *R. Mosche Tabon*. In alio Codice, descripto a Lambecio Comment. T. I, p. 288, exstat versio Hebraica libri *de physiognomonia*. Codices VIII & LXXII eiusdem bibliothecae (Lambec. T. I, p. 285, 394) exhibent Averrhois commentarios in libros Aristotelis *de anima*, Hebraice. Uterque Codex scriptus est vetusto charactere Africano.

Ex libris Aristotelis *de animalibus*, quorum XIX plerumque ab Arabibus numerantur, libri XII, XIII, XIV & XV, exstant Arabice inter Codd. Golianos in bibl. Leidensi. Vid. Labbei bibl. nov. MSS. p. 268.

Inter Codices Levini Warneri bibliothecae Leidensis memorantur Aristotelis *auscultationes physicae* ex *Honaini* versione Arabica; tum etiam *Metaphysica*, cum commentario *Ibn Roschd* (Averrhois), ex lingua Arabica in Hebraicam translata. Catal. bibl. Leid. (Lugd. ap. Bat. 1716, fol.) p. 446, 405.

Laudantur Aristotelis *auscultationes physicae* a scriptore Sinensi in libro Yven — Kim — Xue, (i. e. de specillis longe prospicientibus) unde Sinicam illarum versionem supereſſe nonnulli concluserunt; verum auctorem libri Europaeum, forte e Societ. Ies. fuisse, multo probabilius est.

CODICES LIBRORUM
ETHICORUM, POLITICORUM, OECONOMICORUM.

*

V E N E T I.

CODEX *Venetus* CCXII, supra iam laudatus, continet etiam Ethica ad Nicomachum, cum Georgii Pachymerae paraphrasi marginali nondum edita, cuius initium: τῆς φιλοσοφίας εἰς δύο διαιρουμένης. Refertur ad sec. XV.

CODEX *Venetus* CCXIII. — Aristotelis Magnorum Moralium libri duo. — Ethicorum ad Nicomachum libri X. — ad Eudemum libri VII. — De cura rei familiaris libri duo. — De Republica libri VIII, sec. circiter XV.

CODEX *Venetus* CCXIV, ſeculi circiter XI, ſupra etiam deſcriptus, continet praeter alia Ethica ad Nicomachum. Catal. bibl. D. Marci p. 114 ſq.

PARISIENSES.

In bibliotheca *Pariſienſi* Ethicorum ad Nicomachum Codices exſtant *undecim*. Unus ex his MCCMLIV ad ſeculum XII refertur; adſcripta ſunt Scholia varia manu eaque recentiori, quae Mich. Pſelli eſſe veroſimile eſt. Codicem MMXXIII exaravit Demetrius Chalcondylas.

Magnorum Moralium ibidem aſſervantur Codices VII.

Politicorum Codices V, ex quibus Cod. MCCMLVIII a capite ſexto libri quinti incipit. Priora deſiderantur.

Oeconomicorum Codices IV.

Libri de virtutibus & vitiis Codices V.

Excerpta ex variis Ariſtotelis libris, ex Ethicis & Politicis maxime, in pluribus Codicibus latent, quos tamen enumerare piget.

MATRITENSES.

In bibliotheca *Matritenſi* duo aſſervantur Codices Ethicorum ad Nicomachum ſub titulo *Ethica magna*, quibus adiecta ſunt *Ethica parva*: Ἀριστοτέλους ἠθικὰ τὰ μικρά. Eſt tamen hic liber idem cum vulgato de virtutibus & vitiis; vid. Iriarte Cat. Codd. bibl. Matrit. p. 141 & 180.

CODEX *Matritenſis* LXV continet Ariſtotelis Ethicorum Eudemiorum libros *octo*. In fine libri primi omiſſa ſunt verba, μετὰ ταῦτα ἄλλην λαβοῦσιν ἀρχήν, id quidem bene, cum libri ſecundi caput primum ab his ipſis verbis inchoëtur. In excuſis exemplaribus ſeptem tantum numerantur libri, quod liber VII MStus in ultima verba deſinat capitis duodecimi eiuſdem excuſi; octavus autem MStus exordiatur a prioribus verbis capitis XIII eiuſdem ſeptimi libri excuſi. Quamobrem liber unus in duos abiit, quod in aliis MStis uſu ſaepe venit. Ceterum Laſcaris, Codicis auctor, ipſe aſſerit, eſſe oportere *octo* libros, cum in Codice, quem exſcripſerat, ſpatium vacuum inſcriptioni libri octavi relictum eſſet. Notavit Laſcaris praeterea, inventu perdifficilem fuiſſe Codicem Eudemiorum. Iriarte p. 228.

Politicorum quoque & *Oeconomicorum* Codex in bibliotheca Matritenſi reperitur, deſcriptus ab Iriarte p. 149.

MEDICEI.

CODEX *Mediceus* VIII, Plut. LXXXI. — Ethicorum ad Nicomachum libri X, cum Scholiis ex Euſtratii Nicaeni commentario excerptis. Sequitur ibidem *Menandri* rhetoris liber de diviſione cauſarum in genere demonſtrativo, & poteſt ex hoc Codice ultimum caput περὶ προοιμίου, quod imperfectum in Aldina Rhetorum Graecorum collectione (Venet. 1508, fol.) pag. 641 legitur, ſuppleri.

CODEX *Mediceus* VII, Plut. LXXXI, chartaceus — Ethica ad Nicomachum libri X, cum uberrimis notis marginalibus & gloſſis interlinearibus, ſcriptus a *Ioanne Rhoſo* a. 1475; emendatus a Fr. Zenobio Acciajolo, ordinis Praedicatorum in conventu S. Marci Florentiae. Additur etiam elenchus Graecus argumentorum ſingulorum librorum manu eiuſdem Zenobii Acciajoli.

Memoratur praeterea Codex *Mediceus* papyraceus in folio, ſeculi partim XII, partim XIII, notatis hinc inde in margine adſperſis, qui inter alia etiam Ethica ad Nic. continet. Bandini T. III, p. 221.

CODICES *Medicei* IX, X, eiuſdem plutei, chartacei, forma quarta, ſec. XV. — Ethica ad Nicomachum.

CODEX *Mediceus* XI, eiuſdem plutei, antiquiſſimus omnium; eſt membranaceus in folio minori, ſeculo decimo ſcriptus, cum titulis ſingulorum librorum. Exhibet praeter Ethica ad Nicomachum etiam Magna Moralia.

CODEX *Mediceus* XII, eiuſd. plutei, membranaceus, in quarto minori, optimae notae, manu Ioannis Rhoſi exaratus, & initialibus literis egregie pictis inſtructus. Continet Ethica ad Nicomachum & Eudemia. In fine libri quinti Eudemiorum adſcriptum eſt: Ἀριστοτέλους Ἠθικῶν Εὐδημίων τέλος. Sequuntur autem duo alii libri Eudemiorum, *ſextus* nempe & *ſeptimus*, titulis deſtituti, ſpatio tamen illis apponendis relicto. Septimus iterum in alios duos dividitur, quemadmodum in Codice Matritenſi ſupra notato, & etiam in Codice Mediceo (IV, eiuſd. plut.) Eudemiorum, & in Codice XV & XX nitidiſſimo, qui olim ad domum Philelphianam pertinuit, ut ex emblemate in fronte apparet.

CODEX *Mediceus* XVI, membranaceus, ſec. XV, olim Georgii Antonii Veſpuccii. Ethica ad Nicomachum.

CODEX *Mediceus* XVII. — Eth. ad Nicom. olim Sozomeni Piſtorienſis, annaliũm ſcriptoris.

CODEX *Mediceus* XVIII, papyraceus, in 4 maiori, ſec. XIV, initio alia manu ſuppletus, variis praeterea affectus vulneribus & male reſtauratus. — Ethica ad Nicomachum. — Magna Moralia. — De partibus Animalium libri IV.

CODEX *Mediceus* XIII, continens Magnorum Moralium libros II. Scriptus eſt Mediolani a. 1444. Conf. Montfaucon Palaeogr. Graec. lib. I, p. 79. Fuit is olim Franciſci Philelphi, quod tum ſubſcriptio, tum gentis inſignia in fronte Codicis affabre delineata atque depicta ſatis probant.

CODEX *Mediceus* V, Plut. LXXXI, membran. ſec. XV, continet de republica libros VIII, & Oeconomicorum libros II. Prior horum liber principio caret.

CODEX *Mediceus* VI, ſec. XV, olim Angeli Politiani, ſcriptus Florentiae manu Ioannis Theſſali Scutariotae, memoratus etiam a Montefalconio Palaeogr. Graeca lib. I, pag. 85. Continet Ariſtotelis Politica libb. VIII. Videatur omnino Bandinius Catal. bibl. Medic. T. III, p. 225 ſq.

Codex XXI, Politicorum & Oeconomicorum, optime ſervatus, membran. in 4 maiori ſec. XV.

VINDOBONENSES.

CODEX *Vindobonenſis* LXI, (Lambec. T. VII, pag. 222) Ethica continens, elegantiſſimus, a Ioanne Sambuco Maximiliano II, regi tum Bohemiae, poſtea Imperatori, dono datus, cum pulcherrimis figuris inauratis, quibus ſingulorum librorum frontiſpicia mirifice exornata ſunt.

CODEX *Vindobonenſis* LXII. — Ethica ad Nicomachum cum Scholiis Graecis, quae ſub Andronici Rhodii nomine circumferuntur.

CODEX *Vindobonenſis* LXIII. — Ethica cum Scholiis Anonymi. — Magna Moralia.

CODEX *Vindobonenſis* LXV, chartaceus, olim in bibliotheca Fuggeriana aſſervatus, quae 1656 Auguſta Vindelicorum in Caeſaream translata eſt. (vid. Lam-

bec. Comment. lib. I, pag. 140 sq.) Continet Ethica cum Anonymi Scholiis Graecis.

CODEX *Vindobonensis* LXVI. — Ineſt Ariſtotelis liber de virtutibus & vitiis — Ariſtotelis definitiones virtutum & vitiorum ex Ethicis & Politicis excerptae. Cf. Fabric. Vol. II, p. 162. — Georgii Gemiſti Plethonis liber de virtutibus, editus Graece & Latine ab Adolpho Occo, Medico Auguſtano una cum Ariſtot. libello de virtutibus & vitiis, Baſileae, 1552, 8. — Gemiſti liber exhibet ordinem virtutum, ſive earum ſtemma vel arborem, cuius ultimus ramus κοσμιότης. Alexandri Aphrodiſiei liber de virtutibus ineditus. Vid. Fabr. Vol. VII, pag. 77. Non paginas XXII in hoc Codice implet, ut Fabricius voluit, Neſſelium ſecutus Catal. P. IV, Cod. CCCXI; ſed folia tria & viginti. Lambec. T. VII, p. 230.

Liber Ariſtotelis de virtutibus & vitiis exſtat quoque in Cod. CIX bibliothecae *Matritenſis*. In eodem legitur: Ἄλλου τινὸς σοφοῦ περὶ ἀρετῶν· cuius initium: Ὁ περὶ ἀρετῶν λόγος πολὺς καὶ πολυειδὴς τοῖς πάλαι σοφοῖς καταβέβληται. Finis: Καὶ τὰ μὲν περὶ πασῶν τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν τέλος ἐχέτω· ἡμῖν δὲ δοίη κύριος διά τε πράξεως καὶ θεωρίας πρὸς αὐτὸν ἀναβῆναι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἀξιωθῆναι· εὐχαῖς τῶν ὁλοκλήρως αὐτῷ εὐαρεστησάντων ἁγίων. ἀμήν. — De auctore nil compertum eſt; hoc unum liquet, fuiſſe eum Chriſtianum hominem, id quod tum ex verbis modo adductis elucet, tum ex his: Θηριότης δὲ σπάνιον μέν, ὡς εἰρηται ἀνώτερον, ἐν Ἕλλησι, μᾶλλον δὲ τοῖς ἐξ Ἑλλήνων Χριστιανοῖς ἅπασι. Iriarte Vol. I, p. 429.

* * *

Bibliotheca *Pariſienſis* habet Hebraicam verſionem *Ethicorum* e Graeco factam, auctore R. Meir Alvarez; item *Oeconomicorum*, interprete R. Abraham filio Tibbon. Ibidem ſunt etiam R. Schem Tob commentarius in Ethica, uti plurium Anonymorum commentarii. Averrhois commentarios in Ethica ex Arabico Hebraice convertit R. Moſes filius Ioſuae Narbonenſis. Catal. bibl. Pariſ. T. I, pag. 32.

CODEX *Taurinenſis* continet Ethica & libros de republica, Hebraice. Catalog. biblioth. Taurinenſis P. I, pag. 12 ſq.

CODEX *Bodleianus* CCCXCVII (Uri Catal. P. I, p. 75.) continet Ethica ad Nicomachum ex Graeco in Hebraicum ſermonem converſa, & Scholiis illuſtrata a R. Don Meir Alguadeshi, qui ſe alias Meir Ben Shelomo dicit; praeterea Ioſephi Ben Caſpi commentarium in Ariſtotelis de moribus libros in decem tractatus diſtinctum.

Alius in Ethica commentarius exſtat in Codice 394, auctore R. Ioſeph Aben Shem Tob.

Sic etiam in bibliotheca *Vindobonenſi* reperitur Epitome Ethicorum Nicomacheorum ex Arabica in Hebraicam linguam translata a R. Ioſepho Ben Caſpi a. 1330. Eodem Codice continetur Ariſtotelis *epiſtola ethica* verſa ex Graeco in Arabicum ab *Ali* Medico, & porro ex Arabico in Hebraicum ſermonem translata a Iehudah Ben R. Schelomo, Ben Charizi, Medico. Lambec. Comment. T. I, pag. 292.

In eadem bibliotheca Arabice exſtat liber de regimine ad Alexandrum, alias inſcriptus de Secretis ſecretorum. Dicitur converſus eſſe ex Graeca lingua in Arabicam ab Iahia Ben Batrik. Catal. bibl. Pariſ. p. 200, T. I. De verſionibus Arabicis Ethicorum ad Nicomachum, quae olim exſtitere, conſulatur Caſirii biblioth. Arab. Hiſpan. T. I, p. 306.

Graece aſſervatur hic liber in Codice *Harleiano* VMCCLV, inſcriptus: Ariſtotelis de Secretis ſecretorum ad Alexandrum epiſtola.

Latine exſtat idem liber in bibliotheca *Pariſienſi* Cod. VIMCCXCVIII, ſub titulo, Secretum ſecretorum Ariſtotelis, & interprete Philippo Clerico Tripolitano.

CODEX *Leidenſis* continet Politica Ariſtotelis ex Graeca lingua in Arabicam verſa a Iahia filio Patriarchae Script. Maurit. Catal. bibl. Leid. p. 451.

In bibliotheca *Pariſienſi* exſtat verſio Armenica libri Ariſtoteli adſcripti de virtute ad Alexandrum, fortaſſe eiuſdem, cui de virtutibus & vitiis inſcripſit, aut qui alias liber de Secretis ſecretorum dicitur. Catal. bibl. Pariſ. T. I, p. 94.

CODICES LIBRORUM
DE ARTE DICENDI, ET LIBRI DE ARTE POETICA.

*

VATICANUS.

ARISTOTELIS Rhetoricorum libri III. Montf. bibl. biblioth. T. I, p. 8.

VENETI.

CODEX *Venetus*. Inſunt Ariſtotelis ars rhetorica & Topicorum libri. In tabulis Codicem obtegentibus annotatur: *Iſta Rhetorica Ariſtotelis eſt Franciſci Barbari Patritii Venetiarum & amicorum ſuorum.* Hodie aſſervatur in bibliotheca monaſterii S. Michaëlis Venet. V. Mittarellii Catal. pag. 72.

CODEX *Venetus* bibliothecae D. Marci, membranaceus, CCXV, 4, ſec. circiter XV. Praeter alia etiam libros de arte dicendi, Rhetorica ad Alexandrum, & librum de Poëtica continet. Vid. Catal. biblioth. D. Marci pag. 115.

NEAPOLITANUS.

Ariſtotelis Rhetorica. Aſſervatur in bibliotheca S. Ioannis de Carbonara Auguſtinianorum. Montfaucon bibl. bibl. T. I, p. 376.

FLORENTINUS.

Ariſtotelis Rhetorica. Exſtat in bibliotheca Benedictinorum beatae Mariae. Montf. b. b. T. I, pag. 415.

MEDICEI.

CODEX *Mediceus* XIV, Plut. XXXI, chartaceus, in 4 maiori, ſeculi XV, optime ſervatus. Inſunt: Ariſtotelis liber de Poëtica. -- De arte rhetorica libri IV. Pri-

mus liber in Cod. in duos dividitur. — Rhetorica ad Alexandrum. Bandinii Catal. bibl. Medic. T. II, p. 88.

CODEX *Mediceus* X, Plut. LX, papyraceus, in folio minori, ſeculi XV, multis lacunis repletus. Continet Ariſtotelis Rhetoricorum libros III, & Rhetorica ad Alexandrum. Ibid. p. 600.

CODEX *Mediceus* XIV, eiuſdem plutei, chartaceus, in 4 minori, ſeculi XV, cum annotationibus in ora libri, manu Angeli Politiani, ad quem Codex olim pertinuit, ut ex epigraphe in primo folio appoſita elucet. Continet librum de Poëtica. Ibidem p. 603.

Poëtices etiam exſtant duo alii Codices *Medicei*, N. XVI, & N. XXI, chartacei, in 4 min. ſec. XV.

TAURINENSES.

CODEX *Taurinenſis* Rhetoricorum, CIII, complectens etiam Scholia, deeſt tamen integer liber I, & pars ſecundi, quo fit, ut Scholiorum auctor dignoſci nequeat. Idem Codex continet Scholia Domini Stephani in Rhetorica, memorata a Sylburgio in Cat. MSS. bibliothecae Palatinae, nec non a Labbeo e Cod. II bibl. Regiae, fortaſſe eodem cum eo, quem ſupra laudavimus. Cat. Codd. bibl. Taurin. P. I, p. 213.

In bibliotheca *Taurinenſi* exſtant etiam Ariſtotelis Rhetorica ex interpretatione Todros Todroſi cum commentario Ben Raſchid. Nec non liber de Poëtica ex interpretatione Todros Todroſi facta a. 1337.

MATRITENSES.

CODICES *Matritenſes* Rhetoricorum & Rhetoricae ad Alexandrum memorantur duo. In altero etiam ineſt Anonymi commentarius in Rhetorica, quem Iriarte eundem eſſe ſuſpicatur, cuius fragmenta Aldus Manutius vulgavit in Veneta rhetorum Graecorum editione 1509, p. 190, 192. Vide Iriarte Catal. Codd. bibl. Matrit. p. 196. Cod. Rhetoric. ad Alexandrum continet quoque epiſtolam ad Alexandrum huic libro vulgo praefigi ſolitam.

Memorabilis eſt Codex Poëtices *Matritenſis* XCII, deſcriptus ab Iriarte p. 367, ſeculo XV, ut videtur, exaratus, olim in bibliotheca Ioannis Fernandez de Vela-

ſco aſſervatus. In hoc Cod. libellus non in capita, velut in impreſſis exemplaribus, ſed in ſectiones LX diſtributus eſt. Neque tamen eum tenet ordinem rerum Codex, quem Daniel Heinſius in editione ſua, capitibus a VII ad XVII aliter atque aliter diſpoſitis, revocandum eſſe contendit, ſed conſuetum ac pervulgatum. Initia quidem ſectionum adduxit Iriarte; dolendum tamen eſt, eum varias lectiones, uti illi primum conſilium erat, propter feſtinationem non addidiſſe.

Praeter hunc alius exſtat Codex *Matritenſis* libri de Poëtica, Cod. LXXX. Iriarte p. 294.

PARISIENSES.

In bibliotheca *Pariſienſi Rhetoricorum* aſſervantur Codd. V. Ex antiquioribus eſt Cod. MDCCXLI, ineunte ſeculo undecimo ſcriptus, cum Scholiis adſperſis. Codex MCCMXVIII non niſi Rhetoricae compendium exhibet. Cod. MCCMLXIX, Conſtantinopoli non multis abhinc annis in bibliothecam regiam illatus, habet Scholia Anonymi, ſed eadem omnino, quae Conradus Neobarius 1539 edidit. Reperiuntur tamen hoc in Codice ſub finem nonnulla, quae in editione Neobariana deſiderantur. Cod. Rhetoricorum MMCXVI elegantiſſima manu Angeli Vergetii exaratus eſt.

Rhetoricae ad Alexandrum ibidem duo exſtant Codices.

Poëticae bibliotheca *Pariſienſis* tenet Codices VI, e quibus Cod. MDCCXLI ad ſeculum undecimum refertur. Catal. MSS. bibl. Pariſ. T. III.

VOSSIANUS.

Ariſtotelis liber de arte poëtica. Memoratur in Cat. MSS. Angliae & Hib. T. II, p. 60.

GUELPHERBYTANUS.

Ariſtotelis artem poëticam exhibens, cuius varias lectiones excerpſit *Curtius* in commentario verſioni ſuae Germanicae libri de poëtica ſubiecto.

* * *

In bibliotheca *Vindobonenſi* aſſervatur Averrhois commentarius in Ariſtotelis Rhetoricam & Poëticam ex Ara-

bico in sermonem Hebraicum translatus a R. *Todros* a. 1337. Scripsit Averrhoës hunc commentarium Avenione, anno Hegirae 570. Lambec. Comment. T. I, p. 292.

Aristotelis Rhetoricorum libri duo ex Syriaca lingua in Arabicam ab Anonymo conversi reperiuntur in bibliotheca *Parisiensi*. Catal. T. I, p. 455.

Leguntur etiam Hebraice cum Poëtica in duobus Codicibus: in uno interprete Anonymo, in altero, cum Averrhois commentariis Hebraice a Theodoro sive Theodorida conversis. Quis ille Theodorus fuerit, quove tempore vixerit, non est exploratum. Ibidem T. I, pag. 32.

Praeterea plures Codices Latini librorum de arte dicendi & Rhetoricorum ad Alexandrum exstant in bibl. *Parisiensi*, & quidem variis interpretibus, Guilelmo, Philelpho, & aliis. Codici VIIMDCXCIV additus est commentarius *Aegidii de Roma*, ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini.

CODICES LIBRORUM ARISTOTELIS QUI SUPPOSITITII HABENTUR.

CODEX *Vossianus*. Aristotelis libri de Physico auditu, de missione sanguinis, mulierum morbis, & alia quaedam. Catalog. MSS. Angl. & Hibern. T. II, pag. 59, N. 93.

Aristotelis liber de summo Bono & Causa prima exstat Hebraice MS. inter Codd. Levini Warneri in bibliotheca Leidensi. Catal. bibl. Leid. p. 447.

CODEX *Golianus* bibliothecae Leidensis. Aristotelis opusculum de causae primae influxu in secundas, Arabice. V. Labbei bibl. nov. MSS. p. 268.

De literarum significationibus, liber Aristoteli adscriptus. Asservatur itidem Arabice inter Codices *Golianos*, teste Labbeo l. l. pag. 266.

CODEX *Gemmeticensis*. Aristotelis liber de pomo, seu de morte, paulo ante obitum ab ipso editus, quem de Arabica in Hebraicam linguam translatum habens Manfredus, Friderici Imp. filius, ut Christianis communem

faceret, in Latinam ipse transtulit. Meminit Codicis Gesnerus in bibliotheca. Cf. Montfauc. bibl. bibl. T. II, p. 1209. In bibliotheca *Vaticana* idem liber occurrit MStus ex versione Hebraica, teste Bartoloccio biblioth. Rabbin. I, pag. 482. Hebraice adeo excusus est Rivae Tridenti, una cum libro virtutum animae. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II, pag. 166.

Liber Aristotelis de ducentis LV Indorum voluminibus, universalium quaestionum tam generalium, quam circularium, summam continens, sive Aristotelis commentatio in Astrologiam & summa iudicialis de accentibus mundi per Ioannem de Eschenden. Occurrit hic liber MS. inter Codd. Kenelmi Digbaei. Catal. MSS. Angl. & Hib. T. I, pag. 84. Forte idem est cum Aristotelis libro quaestionum Babylonicarum, memorato a Guevarra in Horologio Principum II, 17. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II, pag. 168.

Aristotelis liber ad Alexandrum regem de secretis naturae, exstat MStus in bibliotheca monast. S. Michaëlis Venetiis, (vid. Mittarell. pag. 894.) & in Medicea, teste Montefalconio bibl. bibl. p. 399. Transtulit hunc librum Ioannes quidam e Graeco in Chaldaicum sermonem; e Chaldaico idem ab Anonymo conversus est in Arabicum, & ex Arabico se illum in Latinam linguam transtulisse asserit Philippus Clericus, dum Antiochiae commoraretur cum episcopo Guidone de Valentia. Latine olim impressum esse in Italia librum, testatur Mich. Neander in erotematis linguae Hebr. p. 558. Laudatur vero saepius Italica eius versio, auctore Ioanne Manente, quae prodiit Vener. 1538. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. II, pag. 167.

Fuerunt & in bibliotheca Renati Moreau, teste Labbeo p. 215, Aristotelis *secreta secretorum*, & Epistola *de conservatione humani corporis*, versa per Nicolaum quendam; deinde Platonis & Aristotelis *epistolae de anima hominis & quatuor temporibus*. In catalogo MSS. bibl. Augustan. p. 51 memoratur *Aristotelis liber de arte vivendi, qui etiam dicitur secretum & regimen principum. Est autem liber de servanda sanitate per medicinam & diaetam*. Exstat & Hebraice ex Arabico translatus; v. Hottinger. Biblioth. Orient. p. 57, & Bartoloccii bibl. Rabbin. I, pag. 482. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 167.

CODEX *Bodleianus*. Ariſtoteles de converſione corporum. Catal. MSS. Angliae & Hiberniae T. I, p. 107.

Exſtant in bibliotheca *Pariſienſi* Codices VI, qui praeter alia etiam Ariſtotelis ad Alexandrum, Philippum & Theophraſtum epiſtolas continent. Cod. MMDLI habet etiam epiſtolas ad Olympiadem. Cod. MMDCCCXXXII continet Menandri, Glycerae, Aeſchinis, Bruti, Ariſtotelis & Philippi epiſtolas. Cod. MMMII habet ſolam Ariſtotelis epiſtolam ad Olympiadem. Cod. MMMLIV habet Iſocratis, Socratis, Xenophontis, Antiſthenis, Ariſtippi, Platonis, Phaedri, Ariſtotelis, Aeſchinis oratoris, Menandri, Glycerae, Chionis, & Theanus Pythagoricae epiſtolas.

In alio Codice *Pariſienſi* (Catal. p. 203.) occurrit epiſtola Ariſtotelis ad Alexandrum M. de ſagittis alcateriis, quibus victoria aut imminens clades ſignificantur, ex Hebraico in Arabicum ſermonem translata.

Ita in Codice quoque bibliothecae *Matritenſis* exhibetur collectio epiſtolarum a pluribus veteribus philoſophis conſcriptarum, e quibus huc referendae ſunt epiſtola Philippi ad Ariſtotelem, qua rex philoſophum certiorem facit de filio ſibi nato, alia Alexandri M. ad Ariſtotelem de vulgatis libris acroamaticis cum huius reſponſione, epiſtola denique Ariſtotelis ad Olympiadem. In Aldina collectione epiſtola Philippi deeſt: tribuitur autem Philippo ea, quam in Cod. Matrit. Ariſtoteles Olympiadi ſcripſiſſe fertur. Vid. Iriarte p. 80.

Alexandri Magni Macedonis ad Ariſtotelem magiſtrum epiſtola, exſcripta e tabula marmorea, apud S. Felicem ad Emam reperta, exſtat in Codice *Mediceo* VIII, Plut. XXIX, teſte Montfaucon Bibl. bibl. T. I, p. 298.

НБ ОГПУ им. Н.Г. Чернышевского

EDITIONES
LIBRORUM ARISTOTELIS.

EDITIONES SINGULORUM LIBRORUM
EX VERSIONE LATINA

Partim facta ex Arabico Averrhois, partim e Graeco, cura inprimis Theodori Gazae Theſſalonicenſis, Ioannis Argyropyli, & Leonardi Aretini, uſque ad a. 1495.

1473 *Ariſtotelis Ethicorum decem libri, Latine, Leonardo Aretino interprete:* per Conr. Sweynheim & Arnold. Pannartz, die lunae, undecima Ianuar. fol. Romae, 1473. — Maittair. Annal. Typogr. T. I, P. I, pag. 329.

1474 *Libri Metaphyſicorum* Ariſtotelis fuere primi, qui ex *Arabica verſione Averrhois* in Latinum ſermonem ab homine utriuſque linguae imperito translati, typis exſcriberentur: *Librorum Metaphyſicae Ariſtotelis ab Averroi Cordubenſi commentatae translatio: per Laurentium Canozium, Lenenarienſem, (di Lendenara)* Nobilis Vincentii Ioannis Philippi Aureliani, & fratrum impenſa. Impr. M. CCCC. IIII & LXX. III Kalendas Febr. Tribus Tomis in folio maiori. Patavii. — Memorarunt hanc editionem, a Fabricio ignoratam, Orlandi *origine e progreſſi della ſtampa* p. 152, & Maittaire Annal. typogr. T. I, P. I, p. 334. Nitidum eius exemplar aſſervari in bibliotheca monaſterii S. Michaëlis Venetiis, teſtatur Mittarellius Bibl. Codd. monaſt. S. Michaëlis Venet. Append. libr. impreſſ. ſec. XV, p. 216.

НБ ОНУ ім. І.І. Мечникова

——— *Traductio nova problematum Aristotelis ad Nicolaum V, Pont. M. per Theodorum Gazes Grecum per particularum divisionem.* In fine leguntur: *Mantuae hoc summi philosophorum principis: Aristotelis problemata novam ad Nicolaum V, P. M. secundum traductionem per Theodorum Gazes Grecum, Lodovico de Gonzagha Marchione ibidem tunc regnante, per Ioannem Vurster de Campidona & Ioannem Baumeister socios, volumen impressum finit foeliciter.* fol. sine anno. — Laudatur editio ap. Maittar. Ann. T. I, P. II, p. 756. Ioannes Vurster artem typographicam exercebat a. 1475. Vid. eundem Maittar. T. I, P. I, pag. 113. Ludovicus de Gonzagha vero obiit a. 1478 d. XII Iun. Referenda igitur haec editio saltem ad annum 1474; nam anno sequenti lucem vidit altera problem. editio Sixto IV P. M. inscripta.

1475 *Aristoteles de moribus ad Eudemum., Latine, Leonardo Aretino interprete,* per *Ioannem de Westphalia* in florentissima universitate Lovaniensi residentem, non fluviali calamo, sed arte quadam characterizandi modernissima feliciter consummatum a. dmni 1475, d. X Iun. *Lovanii.* Orlandi pag. 155. Maittaire T. I, P. I, p. 347.

——— *Problemata Aristotelis, ad Sixtum IV, Pont. Max. cum praefatione Gupalatini, Veneti Physici, editio facta ab Antonio Stratta, Cremonensi. Venet. a.* 1475. — Gupalatinus in praefatione: *Problemata Aristotelis emendatissima, ut nunc sunt, Latina lingua non habuit; nam* Theodorus Gazes, *quam interpretationem* Nicolao quinto *iam diu dedicaverat, emendavit nuper sub* Sixto presente IIII P. M. *Testis ego sum, qui eo dictante scribebam, quantum laboris insumserit senex doctissimus annum continuum in emendandis plurimis librariorum erroribus. Depravati erant certe Codices Greci omnes, ipse tamen — id in problematis fecit, quod in aliis quoque rebus fieri solet, ut ex multis corruptis ac perversis quoddam integrum atque optimum factum sit. — Hanc autem novissimam problematum recognitionem & emendationem, cum per impressivam artem, in cuius laudem multa in prohemio Ioannis Damasceni* (Ioannis Mesue) *Venetiis* (1471) *impressi diximus, divulgandam curaremus, tibi,* Sixte

IV, P. M. *merito dicavimus.* Vide de hac editione, cuius nulla mentio fit apud Orland. Maittar. & Fabricium, Mittarellii Bibl. monaſt. S. Michaël. Venet. App. p. 189. Aliam problematum editionem laudat Maittaire Annal. T. I, P. I, pag. 353: *Ariſtotelis Problemata: Romae impreſſa per Ioannem Reynhard de Eningen*, quae *Theodorus Gazes Theſſalonicenſis* olim e Graeco in Latinum convertit, eaque nuper ultima emendatione emendavit; ſub Sixto IIII, Pont. M. abſoluta ſunt feliciter a. 1475, XIV Cal. Iunii. Cf. Orlandi pag. 77. Exemplum huius editionis fuit in bibliotheca nuper divendita Maphaei Pinellii, Veneti quondam literatiſſimi; vid. Morellii Catal. bibl. Pinell. T. I, p. 218. Ceterum iam ante Theodorum Gazam problemata Ariſtotelis in Latinum ſermonem converterant Georgius Trapezuntius & Nicolaus Perottus, quos tamen Theodorus in praefatione acerbe perſtringit. Allatii diatrib. de Georgiis pag. 381.

1476 *Ariſtotelis de animalibus libri, Latine, Theodoro Gaza interprete*: quos *Ludovicus Podocatharus Cyprius* ex archetypo ipſius Theodori fideliter & diligenter auſcultavit, & formulis imprimi curavit per Ioannem de Colonia, ſociumque eius Ioannem Manthen de Gherretzen. Venet. 1476, fol. — Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 134. Orlandi p. 24. Maittair. Annal. T. I, P. I, p. 353. Exſtat editionis exemplum in bibliotheca Laurentiana. V. Montfaucon bibl. bibliothecar. P. I, p. 402.

ſ. a. (circa a. 1478) *Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum; Latine, interprete Ioanne Argyropylo Byzantio.* Finit per me *Nicolaum* (*de Lorenzo*, ut opinatur Maittarius) fol. Florentiae. Sine anno. — Annal. Typ. T. I, P. II, p. 756. Exſtitit huius editionis exemplum in bibliotheca Crevennae, qui eam per *Nicolaum Alemannum*, & quidem circa a. 1478 impreſſam putat. V. *Catalogue raiſonné de M. Crevenna* Vol. II, p. 27, 28, & *Catalogue de la bibliotheque de Crevenna* Vol. II, p. 73.

1478 *Ariſtotelis opera quaedam logica, Latine*; per Udalricum Geringh. Pariſ. 1478, fol. — Orlandi p.

86. Maittaire Annal. Tom. I, Part. I, pag. 566.

1479 *Aristotelis Ethica ad Nicomachum, Latine,* Augustae Vindelicorum, 1479, fol. — Maittaire Annal. T. I, P. II, p. 775.

1481 *Rhetorica & Poëtica cum compendiosa declaratione Alpharabii, ad formam clariorem reducta per Lanzellottum de Zerlis, artium & medicinae doctorem, & physicum Veronensem.* Venetiis, impressum per magistrum *Philippum Venetum* a. sal. MCCCCLXXXI d. XXII mens. Iunii. In folio, charactere quidem quadrato, sed cum multis scripturae compendiis. Notatur editio a Mittarellio App. libr. impr. sec. XV, p. 12, 25. Ibidem eodem anno & per eundem Philippum Venetum prodierunt: *Porphyrii Isagoge, Aristotelis praedicamenta, Gilberti Porretani liber sex principiorum, Aristoteles de Interpretatione, Topica, Elenchi Sophistici, Analytica priora, Analytica posteriora,* d. XXV mens. Octobr. Exstat haec quidem Organi editio in regia bibliotheca *Gottingensi* & in *Kulenkampiana*, eamque ipse una cum Codice manuscripto versionis Latinae, quae in ea impressa exhibetur, ad manus habui. Laudatur quoque a Maittario Annal. T. I, P. II, pag. 421. Rhetoricen in editione priori loco commemorata Lanzellottus e Graeco transtulit; Poëticen vero *Hermannus* quidam *Alemannus* (quem ego *Hermannum*, monachum Augiensem, *Contractum* dictum a contractione membrorum, virum Graece, Latine, & Arabice doctissimum, fuisse suspicor) ex Arabica versione Averrhois. Ipse enim fol. 41 ait: *Assumsi ergo editionem averrois determinativam poëtriae Aristotilis secundum quod ipse aliquid intelligibile eligere potuit ab ipso, & modo, quo potui, in eloquium redegi Latinum. Suscipiant igitur, si placet, & huius editionis poëtrie translationem viri studiosi, & gaudeant, se cum hoc adeptos loici negotii aristotilis complementum.* Ex quibus verbis apparet, Alemannum editionem poëtices & rhetorices supplemento esse voluisse editioni Organi. Verum exoritur hic aliqua difficultas. Editio Organi, quae penes me est, absoluta fuit mense Octobri anni 1481; contra editio

poëtices & rhetorices menſe iam Iunio eiuſdem anni. Quare hanc, praeter illam, alia anteire debuit Organi editio, quam Philippus Venetus tantum repetiit, cuius tamen accuratiorem notitiam deſidero.

——— *Ariſtotelis libri de anima*, cum commentariis praeclariſſimi philoſophi *Gaëtani de Tiennis Vicentini*, Antonii de Strata de Cremona impenſa. fol. Venetiis II Cal. Octobr. 1481, charact. Gothico. Orlandi p. 39. Maittair. T. I, P. II, p. 425.

1482 *Ariſtotelis Problemata, cum expoſitione praeclariſſimi atque eximii artium ac medicinae doctoris Petri de Ebano* (ab Abano, Apono), *Patavini.* In fine: *Explicit expoſitio problematum Ariſtotelis, quam Petrus edidit Paduanus, ea nullo prius interpretante: incepta quidem Pariſiis, & laudabiliter Paduae terminata. Arte hac* (ac) *impenſa Ioannis Herbert Alemanni, qui non ſolum ſummam curam adhibet, ut ſint haec ſua ſuave quoque ſine vitio, verum ut laute ſint etiam elaborata.* Anno 1482 d. XXV Febr. fol. Liber rariſſimus exſtat in bibliotheca Academica Gottingenſi, impreſſus charactere Gothico, literis initialibus minio pictis. In fronte edit. cernitur pictura Petrum exhibens diſcipulorum corona cinctum. Conf. Fabricii bibl. Latin. ed. Hamburg. 1736, Vol. V, p. 768. Cat. bibl. Firmian. Vol. III, pag. 12. Orlandi pag. 153. Maittarii Index in Ann. typ. P. I, p. 2.

——— *Ariſtotelis Phyſica & Metaphyſica, Latine;* per Philippum Venetum, fol. Prid. Non. April. 1482. Veneriis. Orlandi p. 29. Maittaire T. I, P. II, p. 430.

1483 *Ariſtoteles de phyſico auditu, Latine.* Venet. 1383, fol. Labbei bibl. nov. MSS. p. 351.

——— *Ariſtotelis tractatus varii*, ſcilicet, *de anima*, libri III; *de ſenſu & ſenſato, de memoria & reminiſcentia, de ſomno & vigilia, de longitudine & brevitate vitae, de ſtructura orbis* (Averrhois), *Meteorologicorum* libri IV; *Metaphyſicorum* libri XII; *de Praedicabilibus* (Porphyrii); *de praedicamentis, Perihermínias; Analecticorum priorum* libri II; *Analecticorum poſteriorum* libri II; *Topicorum* libri VIII; *Politicorum* libri VIII; *Oeconomicorum* libri II; *Phyſicorum* libri VIII; *de*

coelo & mundo libri VI; *de generatione & corruptione* libri II; omnia Latine, *Averrhoë* interprete. Venetiis per *Andream de Aſula*, 1483. Tomi III, fol. Huius editionis Latinae principis omnium fere operum Ariſtotelis, quae Orlandium, Fabricium & Maittarium latuit, exemplum eleganter impreſſum in membranis, cum literis initialibus depictis atque auro exornatis, fuit in bibliotheca Pinelliana. Morellii Catal. T. I, p. 218. Vide quoque Cat. bibl. Auguſtanae (Aug. Vind. 1633, fol.) p. 581. Catal. bibl. Caſanat. T. I, p. 266.

1484 *Ariſtotelis liber*, qui dicitur, *ſecretum ſecretorum*, ſ. de regimine principum. Lovanii, 1484, 4. Catal. libr. impr. Muſei Brit. Art. *Ariſtoteles.*

1488 *Ariſtotelis problematum particule viginti, Gaza interprete, per ultimam emendationem.* Venetiis per Antonium Cremonenſem de Strata a. 1488, XV Cal. Ian. fol. Mittarellii App. libr. impr. ſec. XV, p. 169. Hanc quidem problematum editionem, quae mera repetitio eſt ed. 1475, eodem adhuc anno excepit alia:

——— *Alexandri Aphrodiſii problemata, Georgio Valla Placentino interprete; Ariſtotelis problemata, Theodoro interprete, & Plutarchi problemata, Ioanne Petro Lucenſi interprete, a Calphurnio emendata:* per Antonium de Strata Cremonenſem, fol. III Non. Ianuar. Venet. 1488. Orlandii pag. 40. Maittaire T. I, P. II, pag. 494.

1489 *Ariſtotelis Opera omnia cum commentariis Averrois.* Comprehenduntur hac editione: Phyſicorum libri VIII, abſoluti d. XV Cal. Martii; de generatione & corruptione, pridie Cal. Februarii; de anima, VI. Id. Martii; de ſenſu & ſenſato; de memoria & reminiſcentia; de ſomno & vigilia; de longitudine & brevitate vitae; Meteororum libri, Id. Aprilis; Metaphyſicorum libri, Id. Maii; Ethicorum cum prooemio Leonardi Arretini, IX Cal. Iunii; Politicorum libri cum prooemio eiuſdem Leonardi; Economicorum libri & Phyſiognomica, Non. Septembris; Praedicamentorum quinque Porphyrii; Perihermenias, ultimo Maii; Gilberti Porretani Ariſtotelici liber ſex principiorum cum

Alberti (Magni) commento; priorum Analyticorum libri IV, Cal. Auguſti; poſteriorum Analyticorum libri, Id. Iulii; Averroës de ſubſtantia orbis; in Praedicabilia Porphyrii. Omnia ſimul comprehenſa & edita Venetiis 1489, ſtudio & impenſa *Bernardini de Tridino*, (eiuſdem, qui in aliis libris, quos impreſſit, *Stagninum de Monteferrato* ſe appellat.) Tomi II, in fol. maximo. Character literarum ſemi Gothicus in textu; Gothicus & cum ſcripturae compendiis in commentariis. Exſtat editionis exemplum in bibl. monaſt. S. Michaëlis Venetiis. V. Mittarellii App. libr. impr. ſ. XV, pag. 27. Memoratur ea quoque a Maittario Annal. T. I, p. 513.

1491 *Meteororum libri cum commentariis Caietani de Tienis* (Vicentini, Canonici Patavini). Acceſſit tractatus de reactione, tractatus de intenſione & remiſſione formarum. Omnia autem emendata per S. Theologiae bachalarios, fratrem *Franciſcum de Macerata* & fratrem *Angelum de Monte-ulmi*, Ord. Min. Venetiis, cura Ioannis de Forolivio & Gregorii fratrum, 1491, fol. Typis Gothicis. Aſſervatur editio in bibl. monaſt. S. Michaël. Venetiis. Mittarelli l. l. p. 25; cf. p. 104. Maittaire Annal. Typogr. T. I, P. II, p. 540.

1492 *Verſio librorum IX Ariſtotelis de animalibus, ſive de natura animalium* (per Theodorum Gazam), *ad Sixtum IV, P. M. de partibus animalium, librorum quatuor; de generatione animalium, librorum quinque.* Ioannes & Gregorius de Gregoriis fratres eorum opera & impenſa Venetiis impreſſerunt. Sebaſtianus Marilius Romanus recognovit, & per capita diſpoſuit, XIV Cal. Decembr. incarnat. dmncae a. 1492; Auguſtino Barbadico, Sereniſſimo Venetiarum principe, rempublicam tenente. In folio, charactere ſemigothico valde nitido. Egregium huius editionis exemplum eſt in bibliotheca Gottingenſi; aliud in bibl. monaſt. S. Michaël. Venet. Mittarellii App. libr. impr. pag. 168. Conf. Maittair. Annal. T. I, P. II, pag. 545. Repetita ea eſt per Bartholomeum de Zanis de Porteſio expenſis Octaviani Scoti, fol. Venet. 1498.

——— *Aristotelis Politica, Latine, ex traductione Leonardi Aretini cum commentario D. Thomae*, fol. charactere nitido, per Magistrum Eucharium Silber, alias Franck, absolutum d. Iovis XIV Cal. Aug. Romae, 1492. Orlandi pag. 78. Maittair. T. I, P. II, pag. 548.

——— *Aristotelis Ethica, Latine, Ioanne Argyropylo interprete*, fol. In fine: *Laus deo optimo maximoque. Impressum Romae per Eucharium Silber, alias Franck: a. salut.* 1492. *Cal. Septembr. Alexandro VI Pont. Max.* Bibl. Gotting. Orland. l. l. Maittair. T. I, P. II, pag. 554.

1493 *Aristotelis problemata; Alexandri Aphrodisiensis problemata; Mechanica Aristotelis; eiusdem Metaphysicorum libri XIV; Theophrasti Metaphysicorum liber unus.* Venet. ap. Aldum 1493, fol.

Aristotelis historia animalium & Parva Naturalia; Theophrasti opuscula. Venet. apud Ald. 1493, fol. Memorantur harum editionum exempla in membranis vitulineis a Labbeo bibl. nov. MSS. p. 342.

——— *Aristotelis Ethica, Latine, interprete Aegidio Delfo.* Per Georgium Wolf. Parisiis 1493, 4. Maittair. T. I, P. II, p. 569.

1494 *Aristotelis Opera, Latine:* per Gregorium de Gregoriis, expensis Benedicti Fontanae, fol. Venet. 1494. — Laudatur editio a Maittario T. I, P. II, pag. 587; quocum tamen & ego dubito, an ea vere exstiterit.

——— *Aristotelis Ethica* cum expositione Versoris, fol. Colon. 1494. Maittaire T. I, P. II, pag. 583. (Bibl. Gotting.)

s. a. *Porphyrii Isagoge & Aristotelis Organon, Latine;* exaratum per magistrum Udalricum Geringh. Paris. fol. sine anno. Maittair. Annal. T. I, P. II, p. 756.

s. l. & a. *Aristotelis Ethica ad Nicomachum, Politica & Oeconomica, Latine, ex versione Leonardi Aretini*, fol. sine loco & anno. In praefatione Leonardus, *Aristotelis Ethicorum libros*, ait, *Latinos facere nuper instituī, non quia prius traducti non essent; sed quia sic traducti erant, ut barbari magis quam Latini effecti viderentur. Constat enim, illius traductionis auctorem, quicunque tandem is fuerit, quem tamen ordinis*

praedicatorum fuisse manifestum est, neque Graecas, neque Latinas literas satis scivisse. Nam & Graeca multis in locis male accepit, & Latina sic pueriliter & indocte reddit, ut vehementer pudendum sit tam supinae & crassae ruditatis. Quin etiam frequenter verborum, quae optima & probatissima Latinitas habet, ignarus, atque in opulentia nostra mendicans, cum Graeco verbo Latinum reddere nesciat, quasi desperans & consilii inops, ita ut iacent, Graeca dimittit. Ita semigraecus & semilatinus sit, in utraque deficiens lingua, in neutra integer. Quid dicam de transformatione orationis, qua nihil est turbatius, nihil puerilius. Haec quidem ad veterem illum interpretem Latinum spectant, cuius versione, non tamen e Graeco, sed ex Arabico aut Hebraico facta, plerique ante Leonardi Aretini & Ioannis Argyropyli operam usi fuerant. Libros de republica & de re familiari, Leonardus in Latinum sermonem transtulit per otium post vacationem apostolicae sedis in concilio Constantiensi subsecutum, cum ipse quoque ab officio vacaret, quod in curia praestare consueverat. *Excitavit quoque me*, ait in praefatione, *utilitas maxima, quam ex interpretatione Ethicorum proveniisse conspexeram. Homines enim ingenue eruditi, quos primo veteris interpretationis ineptitudo atque barbaries a legendo repellebat, ita postmodum eos libros complexi sunt, ut in maximam lucem illarum rerum cognitio sit perducta.* Exstant duo huius editionis exempla in bibl. Gottingensi. Praecedere ea debuit ed. Venet. a. 1496, in qua Leonardi Politicorum & Oeconomicorum versio iam reperitur. Character literarum Gothicus, cum multis scripturae compendiis; charta nitida; paginae numeris carent; nulla nec librorum nec capitum distinctio.

EDITIONES OMNIUM OPERUM

Graecae, Latinae, & Graeco-Latinae ab a. 1495 — 1668.

1495. 1497. 1498. Editio Aldina princeps. *Aristotelis Opera Graece* primum prodierunt *Venetiis* apud *Al-*

dum Pium Manutium Romanum, quinque voluminibus, in folio minori. Est haec editio pro eo tempore satis eleganter impressa, etsi multis literarum compendiis, in Codicis fere speciem, in nonnullis exemplaribus etiam textu in quavis pagina lineis rubris incluso. In primo volumine, quod a. 1495 prelo exiit, paginarum numeri non appositi sunt, quibus tamen reliqua volumina non carent. Adiuvit in hac editione curanda Aldum inprimis *Alexander Bondinus* (Agathemerus), artium & medicinae Doctor, cuius quoque epistola Graeca ad philosophiae studiosos in Aristotelis laudem primo Tomo praefixa est cum alia Scipionis Carteromachi, eiusdem argumenti, duobusque tetrastichis unoque hexasticho, quae quidem in fronte leguntur. Dicavit eam Aldus Alberto Pio, principi Carpensi, literarum Graecarum Latinarumque humanitate valde perpolito. *Primo* volumine continentur Organon & Porphyrii Introductio; *secundo*, quod a. 1497 typis exscriptum est, Vitae Aristotelis & Theophrasti ex Diogene Laërtio, Vita Aristotelis sub nomine Ioannis Philoponi, Pseudo Galeni liber περὶ φιλοσόφου ἱστορίας, Aristotelis auscultationum physicarum libri octo, de coelo libri quatuor, de generatione & corruptione, duo, Meteorologicorum quatuor; de mundo ad Alexandrum unus, Philonis Iudaei de mundo liber unus, Theophrasti de igne liber unus, eiusdem de ventis liber unus; de signis aquarum & ventorum, liber incerti auctoris, vulgo Aristoteli tributus, & Theophrasti de lapidibus liber unus. Vitas Aristotelis cum in principio posuerit Aldus, hoc volumen omnium operum Aristotelis primum haberi forte voluit; minus recte tamen, quandoquidem librorum Aristotelicorum collectionem ab Organo incipere oportet. Erat Aldi consilium, scripta Theophrasti simul cum Aristotelicis in publicam lucem edendi, ut ex epistola nuncupatoria ad Albertum Pium elucet, in qua acerbe conqueritur, exempla manuscripta operum Theophrasti tam rara esse, ut librorum eius volumine hoc com-

prehenſorum unum tantum in tota Italia reperiri potuerit. De induſtria ſua in caſtigandis Ariſtotelis libris phyſici argumenti collocata ita praefatur: *Ariſtotelis vero & quae nunc legenda damus, & quae mox daturi ſumus, multum certe elaboravi, ut tum quaerendis optimis & antiquis libris, atque eadem in re multiplicibus, tum conferendis caſtigandiſque exemplaribus, quae dilaceranda impreſſoribus traderentur, in manus hominum venirent emendatiſſima. Id ita ſit necne, ſunt mihi graviſſimi teſtes in tota fere Italia, & praecipue Venetiis* Thomas Anglicus, *homo & Graece & Latine peritiſſimus, praecellenſque in doctrinarum omnium diſciplinis, &* Gabriel *meus,* Braſſicellae *natus, vir impenſe doctus ac rei literariae cenſor acerrimus, alterque Quintilius,* Iuſtinus *etiam* Corcyraeus, *miro ingenio adoleſcens, Graeceque ſanequam eruditus;* Ferrariae *vero* Nicolaus Laonicenus & Laurentius Maiolus Genuenſis, *quorum alter librorum Ariſtotelis, quos ipſe haberet, mihi copiam humaniſſime fecit, alter omnes prope Ariſtotelis libros ſumma cura ſummoque ſtudio contulit cum libris Laoniceni noſtri meo rogatu. Idem & ipſe Venetiis accuratiſſime feci non ſine adiumento virorum doctorum, qui & Venetiis ſunt & Patavii.* Volumen *tertium,* eodem anno 1497 excuſum, complectitur Ariſtotelis libros ad animalium hiſtoriam & naturam ſpectantes una cum Parvis Naturalibus, & Theophraſti libros quoſdam ſimilis argumenti. In nonnullis exemplaribus deſunt folia octo, fragmenta librorum Ariſtotelis de hiſtoria animalium exhibentia, quae Theodorus Gaza in verſionis Latinae horum librorum prooemio in Codd. nonnullis Graecis & Latinis inveniri ait, & quae in edd. recentioribus librum decimum hiſtoriae animalium conſtituunt; nam Theodorus novem tantum libros interpretatus eſt. Locum illa ſuum proprie habent poſt pag. 145 Vol. III. Venere in manus Aldi poſt emiſſum iam volumen; idcirco in nonnullis huius exemplis deſiderantur, in aliis initio voluminis, in aliis vero ad finem poſita ſunt. Non defuturos auguratur Aldus in praefatione, ordinem, quo in hoc volumine libri ſin-

guli se excipiant, improbantes; provocat tamen ad librum *Francisci Caballi*, medici Veneti & aequalis sui, *de ordine librorum in philosophia Aristotelis*, quem mox ipse excusum formis publicaturus esset. Mihi quidem librum, saepius ab huius seculi scriptoribus laudatum, & a Conrado Gesnero quoque lectum, videre non contigit. Volumen *quartum*, quod eodem a. 1497 prodiit, comprehendit Theophrasti de historia plantarum libros IX; *decimi perpauca quaedam*, inquit Aldus, *ut erant in exemplaribus, imprimenda iussimus, reliqua vel non exstant, vel in nono confusa & immista sunt*; porro eiusd. de causis plantarum libros VI; Aristotelis & Alexandri Aphrodisiensis problemata, Aristotelis Mechanica, Metaphysicorum libros XIV, & Metaphysicorum Theophrasti opusculum, sive potius fragmentum. Absoluta denique est editio volumine *quinto*, impresso a. 1498, in quo insunt: Ethicorum ad Nicomachum libri X, Politicorum libri VIII, Oeconomicorum libri II, Magnorum Moralium libri II, Moralia ad Eudemum libri VIII. Notandum est, in locum posterioris libri Oeconomicorum, qui tum Graece non reperiebatur, etsi a Leonardo Aretino e Graeco in Latinum sermonem antea conversus esset, Aldum supposuisse fragmenta strategematum, ad rem domesticam nihil facientia. In pistola ad Albertum Pium, huic volumini praemissa, Aldus ait: *Moralia ad Eudemum, quia unum dumtaxat exemplar habere potuimus, offendent nonnunquam & tuas & aliorum doctissimas aures. Item Oeconomica potius fragmenta quaedam, quam liber integer & absolutus videbuntur. Atque utinam id omne, quod est a Leonardo Aretino in Latinum traductum, dare potuissem; quod ut haberemus, Romam, Florentiam, Mediolanum, in Graeciam, ad ipsos quoque divisos toto orbe Britannos, & quo non? misimus, nec nisi, quod etiam Venetiis habebatur, accepimus.* — Haec quidem editio Aldina, notante Fabricio B. Gr. lib. III, cap. 6, p. 168, iam Erasmi aetate perrara fuit. In auctione Gudiana quinquaginta marcis Lubecensibus veniit. Sunt eius integerrima

exempla Gottingae, unum in bibliotheca Academica cum paucis gloſſulis in margine adſcriptis, alterum in bibliotheca ven. Kulenkamp. Fuit ea quoque in bibliotheca olim Askewiana, unde emta in bibliothecam Pinellianam pervenerat. Praeterea eam vidi in bibliotheca Auguſtiſſimi M. Britanniae Regis, quae Hannoverae aſſervatur, in bibliotheca Guelpherbytana, & apud Beireiſium, Profeſſorem medicinae Helmſtadienſem. Ceterum cf. Bandinii Cat. bibl. Laurent. T. III, p. 380. Orlandi Origin. e progr. della ſtampa p. 57. Maittair. Annal. typogr. T. I, P. I, p. 79. Catalogue de la bibliotheque da Crevenna T. II, p. 48. Oudinus in comment. de ſcriptt. eccl. T. III, col. 2610, citat editionem: *Ariſtotelis Ethicorum libri decem, Graece, cum verſione Latina Ioannis Argyropyli Byzantini, Leonardi Aretini & aliorum, Venet.* 1498, *fol.* Nulla autem anno 1498 Ethicorum Ariſtotelis editio Graece prodiit praeter Aldinam modo deſcriptam, eaque Graeca tantum, ſine ulla Latina verſione, exhibet.

1496 Circa idem tempus impreſſa ſunt *Ariſtotelis Opera omnia, Latine, impenſis Benedicti Fontanae, per Gregorium de Gregoriis, Venetiis* a. 1496, (non, ut ap. Orlandium pag. 37, a. 1494.) fol. duobus Voluminibus, typis ſat elegantibus & charta nitida & pura. Scatet tamen iſta editio operarum vitiis. Ex Democriti epiſtola ad Benedictum Fontanam, quae in fronte legitur, apparet, fuiſſe tum magnam in ſcholis librorum Ariſtotelis penuriam, uſoſque eſſe pleroſque non textu Graeco, ſed antiqua illa verſione Latina ex Arabico aut Hebraico facta, incerti auctoris, valde barbara & incomta. *Cum ipſum bonum*, ſcribit Democritus, *quanto communius univerſaliuſque efficitur, tanto laudabilius diviniuſque eſſe conſtat; uti igitur omnes Latinorum ſcholae e tenebris ignorantiae in lucem veritatis erumpant, tu fons verus & archa pleniſſima bibliopolarum omnium noſtri temporis hoc praeſtantiſſimum caſtigatiſſimumque opus omnibus commune efficiſti, tam pauperibus, quam divitibus, & non ſolum Italiam ipſam, ſed & totum Occidentem Septemtrionemque & Meridiem locaque omnia, ad*

quae Latinae linguae notitia pervenire potuit, his voluminibus repleviſti. Inſunt vero in hac editione: Epiſtola Ariſtotelis ad Alexandrum, in qua de libris ad methodum civilium ſermonum ſpectantibus diſſeritur, Ioanne Argyropylo Byzantio interprete; Vita Ariſtotelis, ex veteri traductione Latina, ut in Nunneſii editione Vitae Ariſtotelis Ammonio adſcriptae; Phyſicorum libri VIII, ex verſione Argyropyli & cum eius prooemio ad Petrum Mediceum. Libri in tractatus diviſi ſunt, & tractatus iterum in paragraphos. — Metaphyſicorum libri XII, ab Argyropylo in Latinum ſermonem converſi in uſum Coſmae Medicei; de coelo & mundo libri IV, ab eodem Latine converſi iuſſu Ioannis Panoni, archiepiſcopi Strigonienſis; acceſſit etiam praefatio Argyropyli; De anima libri III, Coſmae Medicei cauſa ab Argyropylo translati; Ethicorum ad Nicomachum libri X, interprete Argyropylo, praemiſſa epiſtola Petri Marſi ad Virginium Urſinum principem; Liber de moribus ex verſione Leonardi Aretini, cum eius epiſtola ad Galeotam. Hic liber a libro Ariſtoteli tributo *de virtutibus & vitiis* diverſus, non Ariſtotelem auctorem habet, ſed a Leonardo Aretino ipſo ex Ethicis ad Eudemum excerptus eſt. V. Fabric. B. Gr. lib. III, cap. 6, p. 156. — Porphyrius de quinque vocibus, interprete Argyropylo, ad Petrum Mediceum; Ariſtotelis praedicamenta, eodem interprete, ad eundem; de interpretatione libri II; Gilberti Porretani liber ſex principiorum, interprete Hermolao Barbaro; Analyticorum priorum liber; Analyticorum poſteriorum libri duo, interprete Argyropylo ad Coſmam Mediceum. Qui nunc ſequuntur libri, ex antiqua traductione, cuius ſupra meminimus, expreſſi ſunt. Topicorum libri VIII; elenchorum libri II; de ſenſu & ſenſato; de memoria & reminiſcentia, de ſomno & vigilia; de motibus animalium; de longitudine & brevitate vitae; de iuventute & ſenectute; de reſpiratione & inſpiratione; de vita & morte; de phyſionomia; de bona fortuna; (hic

quoque liber ex Eudemiis II, 2, & VIII, 14 sq. decerptus est) de plantis; de vegetabilibus; de lineis indivisibilibus; de Nilo; de proprietatibus elementorum; de pomo; de intelligentia; de mundo; de causa; Politicorum libri VIII ex versione Leonardi Aretini; Oeconomicorum liber, eodem interprete; Magnorum Moralium liber, Georgio Valla Placentino interprete. Desunt igitur in hac editione plures Aristotelis libri, qui in seriori-bus demum accessere, rursus locum habent libri philosopho adscripti in his omissi. Fabr. B. Gr. lib. III, 6, p. 171. Orlandi l. c. Maittair. Ann. T. I, P. II, p. 608. (Bibl. Gotting.)

1500—1502 *Aristotelis Opera, Latine, cum commentariis Averrhois, per Io. Baptistam Bagolinum.* Tomis X. Venet. apud Iuntas 1500—1502, fol. Laudatur editio in Catal. libr. impr. Musei Britannici Vol. I, pag. 175.

1507 *Aristotelis Opera, quae a Ioanne Argyropylo, Hermolao Barbaro, Leonardo Aretino & Georgio Valla e Graeco traducta sunt. Cum nova errorum castigatione, ut studenti patebit. Venetiis.* Impressa sumtibus heredum Octaviani Scoti, civis Modetiensis. Maxima diligentia Bartholomei de Zanis de Portesio. Ann. incarn. dmncae 1507, d. III mens. April. fol. Editio a Fabricio, Orlandio, Maittario non memorata exstat in bibliotheca Gottingensi. Continentur ea ex interpretatione Argyropyli: Porphyrii Isagoge, Aristotelis Praedicamenta, Gilberti Porretani liber sex principiorum, (is quidem ex versione Hermolai Barbari) liber de Interpretatione, Analytica priora & posteriora, libri de Auscultatione physica, libri de coelo, Metaphysicorum libri XII, libri de anima, & Ethica ad Nicomachum. Ex versione Leonardi: Politica, Oeconomica, & liber de moribus ad Galeotam. Magna denique Moralia, interprete Georgio Valla Placentino.

1531 Ἀριστοτέλους ἅπαντα. *Aristotelis, summi semper viri, in quem unum vim suam universam contulisse videtur natura rerum, Opera, quaecunque impressa hactenus exstiterunt, omnia, Graece, summa cum vigilantia*

excusa. Per Desiderium Erasmum Roterodamum. Basileae apud Io. Bebelium 1531, Vol. I, II, fol. (Bibl. Gotting.) Socium habuit Erasmus in editione hac curanda Simonem Grynaeum, qui in dialecticis emendatissimum Codicem adhibuit, in quo vix ulla fuit pagina, quae non aliquod operae pretium attulerit. In physicis auscultationibus consulta sunt Simplicii commentaria, sicut etiam in libris de animalibus non pauca praesidio versionis Theodori Gazae repurgata sunt. Vide Erasmi praef. Praemissa est Vita Aristotelis auctore Guarino Veronensi. Vol. I: Porphyrii introductio & Aristotelis Organon; de auscult. nat. libb. VIII; de coelo libb. IV; de generat. & corrupt. libb. II; de his, quae in sublimi fiunt, libb. IV; de mundo lib. I; de anima libb. III; de sensu & sensibili lib. I; de memoria & meminisse lib. I; de somno & vigilia lib. I; de insomniis lib. I; de divinatione per somnum lib. I; de motu animalium lib. I; de longitudine & brevitate vitae lib. I; de iuventute, senecta, vita & morte, lib. I, de respiratione lib. I; de ingressu animalium lib. I; de flatu lib. I; de generatione animalium libri V; de partibus animalium libb. IV; de historia animalium libb. X; de coloribus lib. I; de physiognomicis lib. I; de mirab. auscultatt. lib. I; de Xenophane, Zenone & Gorgia, lib. I; de insecabilibus lineis lib. I; Mechanica, lib. I. — Vol. II: Ethicorum ad Nicom. libb. X; Magn. Moral. libb. II; Moralia ad Eudemum libb. VII; de rebus publicis libb. VIII; de rebus domesticis libb. II; de arte dicendi libb. III; de arte dicendi ad Alexandrum lib. I; de poëtica lib. I; Problematum sectiones XXXVIII; Metaphysicorum libri XIV. Textus Graecus solus impressus est, sine Latina versione. Nulla in capita librorum distinctio. Folia paginis instructa. Fabric. B. Gr. lib. III, 6, p. 168. Maittair. Annal. T. I, P. I, pag. 71. Catal. bibl. Augustan. p. 753.

1538 *Aristotelis Opera. Cum commentariis Averrhois. Curante Octaviano Scoto secundo.* Venet. 1538, 8. (non,

ut apud Fabricium, 1540, 8.) Catal. bibl. Firmian. Vol. III, p. 10.

—— *Aristotelis Stagiritae Opera omnia, Latine.* Voll. II, fol. Basileae 1538, Vol. I: Ioannis Ludov. Vivis de Aristotelis operibus censura. Porphyrii Isagoge; Aristotelis Categoriae; de Interpret. libb. II; Analyticorum posteriorum libb. III; Physicae acroases libb. VIII; de coelo libb. IV; de anima libb. III, Ioanne Argyropylo interprete, cum argumentis & Scholiis Angeli Politiani, Raphaëlis Volaterrani, Nicephori; Georgii Porretani de sex principiis liber, Hermolao Barb. interprete; Analyticorum priorum libb. II, Severino Boëtio interprete; Topicorum libb. VIII, Antonio Demochare interprete; Elenchorum libb. II, Simone Grynaeo interprete, cum Isagoge Raphaëlis Volaterrani, argumentis librorum Angeli Politiani, & distributione locorum sophisticorum Georgii Vallae; de generat. & corrupt. libb. II; Meteorologicorum libb. IV; de sensu & sensibili lib. I; de memoria & reminiscentia lib. I; de somno & vigilia liber I; de insomniis lib. I; de divinatione per somnum lib. I; de longitudine & brevitate vitae lib. I; de iuventute & senectute lib. I; de respiratione lib. I, Francisco Vatablo interprete; de historia animalium libri novem; de partibus animalium & earum causis libb. IV; de generat. animal. libb. V, Theodoro Gaza interprete; de animal. motione lib. I; quaestionum mechanicarum lib. I, Nicolao Leoniceno interprete; de communi animalium gressu lib. I, Petro Alcyonio interprete; de mundo ad Alexandrum lib. I, Guilielmo Budaeo interprete; de coloribus lib. I, Coelio Calcagnino interpr. Vol. II: Ethicorum ad Nicom. libb. X, Io. Argyropylo interprete; Magn. Moral. libb. II, Georgio Valla partim, partim Gyraldo Rufo interprete; Politicorum libri VIII; Oeconomicorum libb. II, Leonardo Aretino interprete; Rhetoricorum ad Theodecten libb. III, Georgio Trapezuntio interprete; Rhetor. ad Alexandrum lib. I, Francisco Philelpho interprete; Problematum sectio-

nes XXXVIII, Theodoro Gaza interpr. De poëtica lib. I, Alexandro Paccio Veneto interprete; Metaphyſicorum libri XIV; Theophraſti metaphyſ. lib. I, Beſſarione, epiſcopo Tuſculano, interprete; Ethicorum ad Eudemum libb. VII; de mirabilibus auſcultatt. Anonymo interprete; Phyſiognomicωn lib. I, incerto interprete; de Vita Ariſtotelis, deque genere philoſophiae ac ſcriptis eius per Philippum Melanchthonem. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 172. Cat. bibl. Auguſtan. p. 588.

1539 Ἀριστοτέλους ἅπαντα. *Ariſtotelis &c. Opera omnia*, Graece, *cum praefat. Eraſmi, emendante Simone Grynaeo.* Baſil. 1539, Voll. II, fol. Editio ex prima Baſileenſi a. 1531 expreſſa. Fabric. B. Gr. III, 6, pag. 168.

1542 *Ariſtotelis Opera, Latine, ex interpretatione variorum, curante Hieronymo Gemuſaeo.* Baſileae, 1542, fol. Catal. bibl. Firmian. Vol. III, p. 10. Recuſa eſt haec editio, ſi Fabricio B. Gr. lib. III, 6, pag. 172, fides habenda, ibidem 1545, & 1548.

—— *Ariſtotelis Opera omnia, Latine, ex variorum interpretatione*, apud Iacobum Iuntam. Lugduni, 1542, 8. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 172.

1549 *Ariſtotelis Opera omnia, Latine, ex variorum interpretatione, cum Indice locupletiſſimo*, Lugduni, ex officina Ioan. Frelonii 1549, fol. Fabric. B. Gr. III, 6, pag. 172.

1550 Ἀριστοτέλους ἅπαντα. *Ariſtotelis Opera omnia, Graece, cum praef. Eraſmi.* Baſileae, per Io. Bebelium & Mich. Iſingrinium, 1550, fol. Voll. II. Habet haec tertia editio Baſileenſis plures dotes, quibus a prioribus ſe diſtinguit. Uſus eſt Iſingrinius *caſtigationibus plurium virorum doctorum, qui partim diverſorum exemplarium collatione & fide, partim ſumta ex veteri translatione coniectura, partim ducto ex orationis & rei tenore iudicio, innumeros paene locos correxerunt.* In Organo recenſendo ad manus habuit *Iuſti Velſii* annotationes. Praeterea inſpexit *Matthiae Flaccii Illyrici* obſervationes in libros de arte dicendi, *Conradi Geſneri* annotationes, quas hic exemplari ſuo alleverat, in Moralia, & in libros de mundo & de virtutibus; denique com-

mentaria a *Petro Victorio* in tres libros de rhetorica edita. Variae lectiones in margine passim appositae sunt. Libri quoque Aristotelis singula in capita divisi secundum distinctionem in editionibus Latinis receptam, in qua opera adiutus est Isingrinius Gesneriano exemplari, in quo haec distinctio maximam partem notata erat. Praemissa est Vita Aristotelis ex Diogene Laërtio. (Biblioth. Gotting.)

—— *Aristoteles Stagirita. Omnia, quae exstant, Opera, Latine, cum Averrhois commentariis. Labore Ioannis Baptistae Bagolini.* Voll. XI, in fol. Venetiis apud Iuntas, 1550. (non, ut ap. Fabric. 1551.) Videtur editio expressa esse ex priori Bagoliniana a. 1500. Catal. bibl. Firmian. Vol. III, p. 10, ubi Voll. I, VII, VIII, recensentur. Voll. II & III exstant in bibliotheca Casanatensi. V. Catal. bibl. Casanat. (Romae 1761, fol.) Tom. I, p. 266.

1551 *Aristotelis Opera omnia, Latine, ex variorum interpretatione.* Voll. X. Lugduni, 1551, 12. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 172.

1551 & 1552. Editio Aldina minor. *Aristotelis Opera, Graece,* quinque voluminibus, forma octava minori, impensis Federici Turrisani, & studio *Ioannis Baptistae Camotii* edita. Venetiis, apud Aldi filios, 1551, 1552. Vol. I: Organon, Rhetorica ad Theodecten & ad Alexandrum, & Poëtica. Monet Turrisanus in praef. Camotium, collatis prioribus editionibus, lectionibusque Graecorum interpretum examinatis, nonnullis etiam libris MStis adhibitis, probatissimam quamque lectionem se restituisse, nonnullosque revocasse claudicantes locos ad optimum sensum. Volumine hoc iam absoluto vetustissimus Topicorum Codex in manus Turrisani pervenit, cuius diversae lectiones in fine adiectae sunt. Vol. II: Libri de physica auscultatione, de coelo, de mundo ad Alexandrum, de generatione & corruptione, & Meteorologica. Duo haec volumina priora a. 1551 prelo exiere. Vol. III: De historia animalium libri X; de partibus animalium libri IV; de gressu animalium lib. I; de anima libb. III; de sen-

ſu & ſenſibili lib. I; de memoria & reminiſcentia lib. I; de ſomno & vigilia lib. I; de ſomniis lib. I; de divinatione per ſomnum lib. I; de motu animalium lib. I; de generatione animalium libri V; de longitudine & brevitate vitae lib. I; de iuventute & ſenectute, de vita, morte & reſpiratione, lib. I; de ſpiritu lib. I; de coloribus lib. I; de phyſiognomica diſciplina liber I; de mirabilibus auditu, liber I; de Xenophane, Zenone & Gorgia, lib. I; Commentariorum Georgii Pachymerae, ut quibuſdam placet, in textum Ariſtotelis de lineis individuis, lib. I; de plantis libb. II. Vol. IV: Ariſtotelis problemata; Alexandri Aphrodiſ. problemata; Mechanica, lib. I; Metaphyſica, libri XIV. Vol. V: De moralibus magnis, lib. I; de moral. Eudem. libb. VIII; de moral. Nicomach. libb. X; de re familiari libb. II; de rerum civilium adminiſtratione libb. VIII; de virtutibus liber I. Textus eſt elegantiſſime impreſſus, in charta nitida, literis minuſculis, multis tamen earum compendiis. Varietatem lectionis ex hac editione iam excerpſit Sylburgius, paulo negligentius tamen in hoc verſatus, ita ut nobis denuo conferentibus meſſem haud exiguam relinqueret. Memoratur editio apud Fabric. l. c. Maittair. Annal. T. III, P. II, p. 624. Exemplum eius ipſe poſſideo: alia aſſervantur in bibliotheca Acad. Gottingenſi, nec non in Kulenkampiana. Cf. Cat. bibl. Auguſtan. p. 876. In praefatione Vol. II editionis Sylburgianae Opp. Ariſtot. laudatur editio Camotii a. 1561; unde colligere poſſit aliquis, fuiſſe ed. Camot. hoc anno repetitam; verum eſt error typographicus: reponendus a. 1551.

1560 & 1562. *Ariſtotelis Opera, Latine, cum commentariis Averrhois Cordubenſis*, Voll. XI, apud Cominum de Tridino, Venet. 1560, 8. Vol. I: Porphyrii introductio; Categoriarum libri duo (nam Poſt praedicamenta vulgo dicta librum ſingularem hic conſtituunt); de interpretatione; Topicorum libri VIII, & elenchorum libb. II, cum Averrhois in univerſam hanc Logicae partem epito-

me, eiusque & aliorum quorundam veterum Arabum quaestionibus. Vol. II: Aristotelis Analytica posteriora cum duplici textu, veteri nempe & Averrhois, cum utraque ibidem Averrhois expositione, media & magna, singulo cuique textui accommodata, Io. Francisco Burano interprete. Accedunt praeterea Averrhois epitome, eiusdem quaesita posterioristica, & epistolae Analyticae clarissimorum quorundam Arabum, Abualkasim, Mahmud Benkasim, Alpharabii, Abuhabad Adhadrahman Ben Iohar, Abrahamo de Balmis interprete; denique nonnullae locorum Aristotelis, & Averrhois contradictionum solutiones ex Marci Antonii Zimarae & aliorum lectionibus & scriptis collectae. Vol. III: Rhetoricorum libb. III, Georgio Trapezuntio interprete, cum Averrhois paraphrasi, Abrah. de Balmis interprete; Rhetorica ad Alex. Francisco Philelpho interprete; Poëtica, Alexandro Pacio Florentino interprete; Moralia ad Nicom. libb. X, Ioan. Bernardo Feliciano interprete; Magn. Moral. libb. II, Georgio Valla Placentino interprete; Moralia Eudemia, libb. IV, nempe libb. I, II, III, VII; nam libb. IV, V, VI, in V, VI, VII Ethicorum Nicomacheorum reperiuntur; libellus de virtutibus, Alexandro Chamaillardo interprete; Politicorum libri VIII, Leonardo Aretino interprete; Oeconomicorum libb. II, (sed primus tantum in duas divisus partes) Leonardo Aretino interprete; eorundem Oeconomicorum libri II, Bernardino Donato Veronensi interprete. (Primi quidem dimidium e Graeco ab ipso conversum, reliquum vero, cum Graecum Codicem non haberet Donatus, paraphrasi expressum; secundus autem liber, qui in aliis Latinis Codd. non nisi paucis legebatur, a Donato e Graeco translatus est.) Averrhois in libb. X Moralium Nicomacheorum expositio; eiusdem paraphrasis in libb. Platonis de republica, Iacobo Mantino interprete; Leonardi Aretini in libb. Oeconomicorum explanatio. Vol. IV: Aristotelis auscultatt. phys. libb. VIII, cum commentariis Aver-

rhois & Marci Antonii Zimarae quaeſtione de primo cognito. Vol. V: de coelo & mundo libri IV; de generat. & corrupt. libri II, cum utraque Av. expoſitione, paraphraſi & commentario. Vol. VI: Meteorologica, libb. IV; de plantis, libb. II; de hiſtor. animal. libb. IX, Theodoro Gaza interprete; decimum Natalis de Comitibus latinitate donavit; de partibus animalium libb. IV, Theod. Gaza interprete, cum Av. paraphraſi; de animalium inceſſu, Nicolao Leoniceno interprete; de cauſis proprietatum elementorum; de cauſis liber I. Vol. VII: De anima, libb. III; Parva Naturalia, Theod. Gaza interprete; (quibus hic demum acceſſit de ſanitate & morbo libri initium) Phyſiognomicorum liber I; de ſpiritibus; de coloribus, Simone Portio interprete; Commentarii Averrhois in libb. III de anima; commentum quintum libri tertii de anima ultra antiquam translationem, Mantino interprete; Paraphraſis Av. Parv. Naturalium; Auguſtini Sueſſani quaeſitum de agente. Vol. VIII: Metaphyſica, libb. XIV; Averrhois in VII libb. media expoſitio ab Elia Cretenſi in Latinum converſa; eiuſd. in XII libb. antiqua commentaria cum duplici textu; eiuſd. prooemium in lib. XII, quem Paulus Iſraëlita primum, poſtea Iacobus Mantinus in Romanam converterunt linguam; Av. epitome in Metaphyſ. libros, Mantino interprete; Theophraſti Metaphyſic. liber. Vol. IX: Varia Averrhois ſcripta; Ariſtot. Problematum Sectt. XXXVIII, Theodoro Gaza interprete; Alex. Aphrodiſ. probl. libb. II, eod. interprete. Vol. X: Varia Averrhois ſcripta. Vol. XI: Ariſtotelis de rebus auditu admirabilibus liber, Natali de Comitibus Veneto interprete; de Xenophane, Zenone & Gorgia liber, eod. interprete; liber de mundo, Budaeo interprete; quaeſtiones mechanicae, Nicolao Thomaeo interprete; de lineis inſecabilibus, nec non Georgii Pachymerae ea de re compendium, Iulio Marciano Rota interprete; ſolutiones contradictionum in dictis Ariſtotelis, Averrhois, Zimarae, aliorum. — Vid. Catal.

bibl. Auguſtan. p. 579. Repetita eſt haec editio ibid. a. 1562. Voll. X, 8, apud Iuntas, teſte Fabricio B. Gr. III, 6, p. 172. Catal. bibl. Caſanat. T. I, pag. 267.

1563 *Ariſtotelis Stagiritae tripartitae philoſophiae Opera omnia, Latine, cum praefatione C. Proſperi Cyriaci, de dignitate, utilitate, partibus atque ordine philoſophiae.* Voll. IV, fol. Baſil. 1563. Vol. I: Ariſtotelis Vita ex Diogene Laërtio, Guarino Veronenſi & Ioanne Philopono; Ioachimi Perionii de optimo genere interpretandi iudicium; inſtitutiones Porphyrii; Ariſtotelis Categoriae; liber de interpretatione; Analyticorum priorum libri II, Ioachimo Perionio interprete, cum eiuſdem argumentis; Analyticorum poſteriorum libri II, Nicolao Gruchio interprete; Topicorum libb. VIII, Ioachimo Perionio interprete; elenchorum libri II, Nicolao Gruchio interprete; Rhetoricorum libb. III, M. Antonio Maioragio interprete; Rhetoricorum ad Alexandrum lib. Franciſco Philelpho interprete; de poëtica liber, Petro Victorio interprete. Vol. II: Ethicor. ad Nicom. libb. X, cum analyſi in eoſdem; de republica libb. VIII, cum argumentis ſingulorum librorum & capitum, Ioachimo Perionio interprete; Oeconomicorum, ſive de rebus domeſticis, libri II, Leonardo Aretino interprete, cum argum. libb. & capp. Magnorum Moralium libri II, Vito Amerpachio interprete; Ethicorum ad Eudemum libb. IV, Leonardo Aretino interprete, cum introductione eiuſdem in hos libros; Oeconomicorum publicorum liber, Iacobo Fabro Stapulenſe interprete; de virtutibus liber I, Alex. Chamaillardo interprete. Vol. III: De natura libb. VIII, Ioach. Perionio interprete, cum praefatione Simplicii de argumento philoſophiae naturalis, & iudicio Perionii de ordine librorum Ariſtotelis, qui ſunt de ratione naturae; de coelo libb. IV; de ortu & interitu libb. II; Meteorologicorum libb. IV; de anima libb. III, Perionio interprete; in Parva Naturalia Leoniceni argumentum; parva Naturalia & de animalibus libri, Perionio, Petro Alcyonio, Theo-

doro Gaza, Simone Portio Neapolitano interpretibus. Acceſſerunt Ariſtotelis vel potius incerti auctoris de generatione animalium liber unus, & vocabula Latina & Graeca ex libris de animalibus collecta, ſecundum ordinem alphabeti, Theodoro Gaza interprete; Metaphyſicorum libb. XIII ſeu XIV, Perionio interprete; M. Antonii Flaminii paraphraſis in XI lib. Metaphyſ.; de mundo ad Alexandrum, Petro Alcyonio interprete. Vol. IV: Problematum ſectiones XXXVIII, Theodoro Gaza interprete; mechanicae quaeſtiones, Nicolao Leoniceno interprete; Phyſiognomicorum liber, incerto, ſed veteri, interprete; de mirabilibus narrationibus liber, incerto ſed vet. interprete; de inundatione Nili lib. incerto interprete; de lineis indiviſibilibus, incerto interprete; contra Xenophanis, Zenonis & Gorgiae placita liber, docto quodam interprete. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 172. Catal. bibl. Auguſtan. pag. 587.

1570 *Ariſtotelis Opera philoſophica fere omnia, ex duplici interpretatione, altera antiqua, a* Thoma Cantipratano, *ut fertur, adornata, altera recentiore Variorum,* exſtant *cum commentariis S. Thomae Aquinatis,* inter *Opera omnia* eiuſdem *Thomae,* quae prodierunt Romae 1570, fol. T. I, II, III, IV & V, & Antverpiae 1612, fol. (per Coſmam Morelles ord. praedicat.) Tom. I — V; & aucta commentariis Caietani & aliorum Tom. I — VI, Pariſ. 1660, fol.

1572 *Ariſtotelis Opera omnia, Latine.* Venetiis, apud ſignum ſeminantis, 1572, 12. Fabricius Bibl. Gr. III, 6, pag. 172.

1575 *Ariſtotelis Opera omnia, Latine, cum Averrhois commentariis,* Venetiis, Voll. XI, 1575, 8. Fabric. B. Gr. l. c.

1578 — 1581 *Ariſtotelis Stagiritae Opera. Poſt omnes, quae in hunc uſque diem prodierunt, editiones, ſummo ſtudio emaculata, & ad Graecum exemplar diligenter recognita. Ab* A. Iacobo Martino, *Doctore Medico ac Philoſopho. Quibus acceſſit Index locupletiſſimus, recens collectus.* Lugduni, apud Stephan. Michaëlis,

1578. Vol. I, II, fol. (Bibl. Gotting.) Vol. I: Praemissa est Hieronymi Gemusaei de Vita Aristotelis ex Ioanne Philopono, deque illius scriptis omnibus & librorum ordine commentatio; quam excipiunt Simonis Grynaei de Aristotele elogium & Io. Ludov. Vivis de Aristot. opp. censura cum Martini praefatione. Sequuntur: Porphyrii Isagoge cum argumento Angeli Politiani; Aristotelis Categoriae, Argyropylo interprete, cum introductionibus Angeli Politiani & Raphaëlis Volaterrani; accessit praedicamentorum typus ex Nicephoro, cum sua cuiusque proprietate ex Archytae Categoriis; Gilberti Porretani de sex principiis liber, Hermolao Barbaro interprete; de interpretatione, libb. II, & Analyt. prior. libb. II, Severino Boëtio interprete, cum argumentis Volaterrani & Politiani; Analytica posteriora, I, Argyropylo interprete, cum eorundem argumentis; Topica, libb. VIII, Antonio Demochare interprete; Elenchorum libb. II, Simone Grynaeo interprete, cum eorundem argumentis & sophistici argumenti inventione ac distributione per Georgium Vallam; de naturali auscultat. libb. VIII, cum argumentis librorum ex Simplicii commentariis; de generat. & corrupt. libb. II, cum Petri Alcyonii epistola ad Leonem X P. M. & argumento librorum ex Philoponi commentario; Meteorῶν libb. IV, cum Petri praefatione ad Antonium a Prato; Parva Naturalia, interprete Petro Alcyonio, cum huius praefatione ad Octavium Fregosium, & argumentis librorum per Nicolaum Leonicenum. Vol. II: Theodori Gazae praefatio in libros de animalibus; Aristotelis de historia animalium libri IX; de partibus animalium & earum causis; de generatione animalium; Problematum sectiones XXXVIII; omnia Theodoro interprete; Ethicorum ad Nicom. libr. X, Io. Argyropylo interprete. Praefixa est Hieronymi Gemusaei oratio de Vita Aristotelis, deque scriptis eius; Politicorum libri VIII; Oeconomicorum libri II, Leonardo Aretino interprete; Magnorum Moralium libri II, Georgio Valla

interprete; in Ethica ad Eudemum Leonardi Aretini introductio; Ethicorum ad Eudemum libb. VII, incerto interprete; Oeconomicorum publicorum lib. I, Iacobo Stapulense interprete; de virtutibus, liber unus, Simone Grynaeo & Alex. Chamaillardo interpretibus. Praemissa est virtutum exactior divisio per Simonem Grynaeum; Rhetoricorum ad Theodecten libri III, Georgio Trapezuntio interprete; Rhetoricorum ad Alexandrum lib. I, Francisco Philelpho interprete; de poëtica, lib. I, Alexandro Paccio, patricio Florentino, interprete; Metaphysicorum libb. XIV; Metaphysica Theophrasti, Bessarione, Cardinale Nicaeno, interprete, cum Raphaëlis Volaterrani Isagoge; de mundo ad Alexandrum, liber I, interprete Petro Alcyonio, cum huius epistola ad Foedericum Gonzagam, principem Mantuanum, in qua de L. Apuleii libro de mundo agitur; quaestiones mechanicae, Nicolao Leoniceno interprete; de lineis insecabilibus, Iacobo Schegkio interprete; de coloribus, lib. I, Ludov. Coelio Calcagnino interprete; de physiognomicis lib. I; de mirabilibus auscultationibus; de plantis, libb. II, incerto interprete. Recusa est haec editio Lugdun. 1581, fol. Fabric. B. Gr. l. l.

1580 *Aristotelis Opera, Latine, ex variorum interpretatione. Cum Indice absolutissimo omnium, quae in Aristotelis operibus continentur.* Tomi VII, 12. Lugduni, ap. Iacobum Berion. 1580. Catal. bibl. Casanat. T. I, pag. 266.

1587 ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ. *Aristotelis Opera, quae exstant, Graece. Opera & studio* Friderici Sylburgii *Veterensis.* Francofurti, apud Andreae Wecheli heredes, Claudium Marnium & Ioannem Aubrium. 1587. Voll. V, 4. Recte de hac editione iudicavit Fabricius, esse eam emendatissimam omnium & locupletissimam. Quid Sylburgius, Aristotelis ille sospitator, praestiterit, ipsum in praefatione Voluminis primi candide profitentem audiamus. *Cum Andreae Wecheli heredes,* inquit, *soceri exemplo; inter ceteros utriusque linguae auctores, Aristotelem quoque ex officina sua*

emittere animum induxissent, eamque ad rem mea uti opera statuissent, officii mei fore duxi, ut quo maiores illi sumtus in laudatissimum hoc negotiationis genus facerent, eo maiore diligentia opus curae meae commissum ego tractare niterer. Quod ut cumulate praestarem, cupivi quidem veteres libros calamo exaratos ad hoc negotium hinc inde comparare. Sed cum ii propter temporum ac locorum difficultatem tam cito impetrari non possent, ac nobis inceptum nihilominus persequendum esset, coactus sum amplecti, non quae vellem, sed quae possem, adiumenta. Itaque desperatis manuscriptorum librorum suppetiis, ad impressos me converti, conquisitisque optimis quibusque editionibus Italicis, Gallicis, Germanicis, operi me accinxi. Inter eas duae fuerunt praecipuae, altera Veneta, quae a. 1551 ex Aldina officina prodiit, Ioannis Baptistae Camotii studio adornata; altera Basileensis, quam Michaël Isingrinius uno ante anno in lucem emiserat, tum aliorum praeclarorum hominum, tum inprimis Conradi Gesneri & Simonis Grynaei opera emendatam. Florentina & Gallica editio, etsi paucorum dumtaxat tomorum sunt, sunt tamen & ipsae a me suis locis pervolutatae. Tum si exemplarium istorum fides suspecta esset, interpretum versiones, quantum per temporis angustiam licuit, consului. In qua collatione veriorem ubique lectionem sequi studui; ita tamen, ut ab exemplarium consensu non discederem, nisi ubi evidentes essent mendae. Si qua vero Codicum aut versionis occurreret discrepantia, eam seorsum in tomi cuiusque fine annotavi. Ad haec quidquid emendationum in doctorum virorum commentariis, variis lectionibus, aliisque eiusdem argumenti libris, vel e manuscriptis exemplaribus vel ex ingenio annotatum reperi, diligenter in easdem Notationes retuli. In quibus etsi scribam tantum agere constitueram, ausus sum tamen, interdum etiam Senatoris personam sumere, ac meam quoque nonnusquam proferre sententiam. Praeterea — triplicem cuique Tomo Indicem apposui, quorum primus summa cuiusque tractatus capita, uti a Gesnero sunt descripta, brevi synopsi exhibet; alteri duo, alphabetica serie res & verba exponunt: Graecus, verba, quae a philosopho explicantur, aut alioqui notatu

digna sunt; Latinus, *res, quae prae ceteris visae sunt memorabiles. Denique, quantum tempus, locus, reique difficultas & virium mearum imbecillitas tulit, sedulo a me data est opera, ut quam emendatissima prodiret haec editio.* — Insunt in editione Sylburgiana praeter scripta Aristotelis Graece usquam edita (excepto Peplo) *Theophrasti* Metaphysica, characteres ethici, & ἐκλογαὶ περὶ κόπων, περὶ ἱδρώτων, περὶ παραλύσεως, περὶ λειποψυχίας, περὶ ἰλύγχων, & quem sub incerti auctoris titulo publicaverat Aldus περὶ σημείων ὑδάτων καὶ ἀνέμων; tum *Alexandri Aphrodisiei* problemata, & libellus, quod virtus non sufficiat ad beatitudinem; *Cassii Iatrosophistae* problemata LXXXIV; Excerpta e *Sotione* περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων, & ex *Athenaei* libro II similia excerpta de aquis quibusdam & fontibus mirificis; *Polemonis* & *Adamantii* Physiognomica, & *Melampodis* περὶ παλμῶν μαντικὴ & περὶ ἐλαίων τοῦ σώματος. Cf. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 169. Exstat editionis exemplum, Is. Casauboni manu notatum, in bibl. Acad. Lugd. Bat. Catal. p. 153. (Bibl. Gotting.)

1590. 1596. 1597. 1605. 1646. ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟΥ ΣΤΑΓΕΙΡΙΤΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ. *Operum Aristotelis Stagiritae, philosophorum omnium longe principis, nova editio. Graece & Latine. Graecus contextus quam emendatissime praeter omnes omnium editiones est editus: adscriptis ad oram libri & interpretum veterum recentiorumque & aliorum doctorum virorum emendationibus: in quibus plurimae nunc primum in lucem prodeunt, ex bibliotheca* Isaaci Casauboni. *Latinae interpretationes adiectae sunt, quae Graeco contextui melius responderent, partim recentiorum, partim veterum interpretum; in quibus & ipsis multa nunc emendatius, quam antehac, eduntur. Accesserunt ex libris Aristotelis, qui hodie desiderantur, fragmenta quaedam. Adiecti sunt etiam Indices duo perutiles, quorum alter nomina auctorum, qui in Aristotelem scripserunt, continet; alter, quid sit a quoque in singulas librorum eius partes scriptum, indicat; nec non alius Index rerum omnium locupletissimus.* Lugduni, ap. Guilielm. Laemaruim, 1590. Voll. II, fol. Vide, quae de hac edit. in praefa-

tione supra monuimus. Recusa ea est iteratis vicibus Genevae 1596; Lugduni 1597; Aureliae Allobrogum Voll. II, fol. ap. Petrum de la Roviere, 1605. Catal. bibl. Casanat. T. I, p. 266. Memoratur etiam exemplum eius, quod a. 1646 prae se fert apud Labbeum, teste Fabric. B. Gr. III, 6, p. 172. Accesserunt in editione Casauboniana etiam Kyriazi Strozae Politicorum libri II, & de secretiori parte divinae sapientiae secundum Aegyptios libri XIV.

1596 *Aristotelis Opera omnia, Latine*, sine Averrhois commentariis, paginis editioni Sylburgianae respondentibus. Voll. V, 4. Francofurti, typis Wechelianis, 1596.

1597. 1607. *Aristotelis Opera omnia, Graece & Latine, ex variorum interpretatione, per Iulium Pacium.* Voll. II, 8. Genevae (non, ut ap. Fabric. Lugduni) 1597, apud Guil. Laemarium. Asservatur edit. exemplum cum notis a Grotio adscriptis in bibl. Leidensi. Catal. p. 153. Repetita est ea ibidem duobus Voll. 8, apud Samuel. Crispinum 1607.

1600 *Collegii Conimbricensis in universam Logicam, Physicam, libros de generatione & corruptione & Parva Naturalia Aristotelis commentarii cum textu Graeco-Latino.* Voll. III. Coloniae & Moguntiae, 1600, 4.

1608 *Aristotelis Opera omnia, Latine, ex variorum interpretatione.* Genevae, 1608. Fabric. Bibl. Gr. III, 6, pag. 172.

1619. 1629. 1639. 1654. *Aristotelis Opera omnia, quae exstant, Graece & Latine, veterum ac recentiorum interpretum, ut* Adriani Turnebi, Isaaci Casauboni, Iulii Pacii, *studio emendatissima, cum* Kyriazi Strozae, *patritii Florentini libris duobus Graecolatinis de republica in supplementum Politicorum Aristotelis. Novissimae huic editioni, omnium, quae hactenus prodierunt, ornatissimae, accessit brevis ac perpetuus in omnes Aristotelis libros commentarius, sive* synopsis analytica doctrinae Peripateticae, *non antehac visa.— Auctore* Guilielmo du Val, *Pontesiano, Philos. Gr. & Lat. in Acad. Paris. Prof. & Doct. med. qui & praeter operosam illam synopsin, adiecit Anthologiam Anatomicam ex scriptis Hippocratis & Galeni, ad libros*

Aristotelis de historia, generatione, & partibus animalium, & praeterea libb. XIV Metaphysicorum notis & argumentis auxit ac illustravit, quatuorque eorum postremos hactenus male collocatos in legitimum ordinem restituit. Adiecti sunt Indices tres ex edit. Casauboniana. Lutetiae Paris. 1619. Voll. II, fol. Ibid. 1629 Voll. II; & cum nova propaedia ad philosophiam, aliisque nonnullis ab eodem Duvallio additis ibidem maioribus typis 1639 & 1654, Voll. IV, fol. Editio inscripta est Ludovico XIII, Galliarum regi.

1668 *Aristotelis Opera, Latine, ex variorum interpretatione, perbrevi paraphrasi ac literae perpetuo inhaerente explanatione illustrata a* P. Sylvestro Mauro, Soc. Ies. *cum Indice copioso.* Romae, apud Angelum Bernabum, 1668, 4. Voll. VI. Catal. bibl. Casanat. T. I, p. 267. Fabric. l. c.

EDITIONES LIBRORUM

AD ORGANON PERTINENTIUM

Porphyrii Isagoges, Categoriarum, libri de Interpretatione, Analyticorum priorum & posteriorum, Topicorum & Elenchorum sophisticorum, Graecae, Latinae, & Graeco-Latinae.

1510. 1520. 1530. 1531. 1537. *Aristotelis Logicorum libri recogniti,* Boëtio Severino *interprete, & paraphrases in eosdem, cum adiectis annotationibus; ordinatore* Iacobo Fabro Stapulensi. Parisiis, ex officina Henrici Stephani, a. Chr. salv. omn. 1510, d. IV April. fol. (Bibl. Gotting.) Maittair. Annal. typogr. T. II, P. I, p. 208. Editio recusa ibid. a. 1520 ap. Simon. Colinaeum 8; a. 1530, apud eund. fol. a. 1531, & a. 1537. Venetiis denique 1588, 12. Exstant quoque Boëtii versiones inter eius opera omnia, Basileae, 1546, fol. & in aliis horum edd.

1511 *Aristotelis Organon, Latine, cum commentariis* Themistii, Ammonii & Boëtii. Paris. 1511, fol.

1521 *Porphyrii Introductio. Aristotelis praedicamenta, Peri-*

herminias, Priora resolutoria, Posteriora resolutoria, Elenchi. Graece. Florentiae, in forma 8va maiori, per haeredes Philippi Iuntae, a. dmni 1521, mense Februario. Curarunt hanc editionem *Antonius Francinus Varchiensis*, cuius etiam epistola ad *Ignatium Squarcialupum*, Casinensis ordinis Abbatem, praemissa est, & *Marcellus Virgilius*, Secretarius Florentinus. Secuti sunt textum editionis Aldinae maioris. (Bibl. Gotting.)

1523 *Aristotelis Organon & Porphyrii Isagoge, Graece;* Lovanii, apud Theodoricum Martinum Alostensem, 1523, mense Decembri, 4. Maittair. Annal. Ind. P. I, pag. 72. Conf. Pacii praef. ad ed. Organi.

1535 *Aristotelis Topica, Latine, cum Antonii Democharis Rossonci hypomnemate*, ex offic. Sim. Colinaei. Paris. 1535, 4.

1536 *Aristotelis Organum, Graece*, 8. Venetiis, per Bartholomaeum Zannettum, 1536. Catal. bibl. Casanat. T. I, p. 267.

1537. 1538. *Porphyrii Isagoge, Graece, cum* Petri Ioan. Olivarii Valentini *castigationibus, ex Graecis vetustis tum Codicibus, tum interpretibus Aristotelicis.* Ex officina Christiani Wecheli. Paris. 1537, 4. — Olivarius in praefatione: *Cum libri Aristotelis antactorum seculorum infelicitate ac multis incommodis vel mutili vel perversi essent, & nostrorum temporum successu, tum* Arabum *corruptissimis translationibus, tum* Holchoti *&* Bricoti *foedissima barbarie squalidi circumferrentur — primus, quod sciam,* Hermolaus Barbarus *publica professione nonnihil lucis excellentissimo philosopho attulit, sed non citra invidiam eruditissimorum virorum. Non minore aemulatione, immo maiori sui nominis periculo idem fecit* Iacobus Faber Stapulensis, *vir tum probus, tum eruditus, quod tum, cum haec e politioribus auctoribus colligeret, in castris inimicorum versaretur; hinc est, ut tepidius ac remissius, quam pro hominis existimatione, negotium philosophicum tractaverit. Accuratiori diligentia rem ipsam aggressus est* Augustinus Niphus, *Suessanus, conquisitis variis exemplaribus Graecis, adhibitisque Graecis Aristotelis interpretibus. Iuvit utcunque* Nicolaus Leonicenus, *vir, ut audio, summa eruditione. Praestitit mul-*

tum Petrus Daneſius, *utraque lingua ac omni diſciplinarum genere eruditiſſimus, & poſthac praeſtiturus eſt, abſolutis commentariis, quos in Ariſtotelem parturit. Ut interea dicam, quantis ſudoribus hoc idem conſtiterit* Soario, *Medico Hiſpano, literatorum omnium & inprimis Iani Laſcaris & Theocreni iudicio, in literis Graecis exercitatiſſimo, verſis nonnullis dialecticae libris. Egregium ſymbolum dedit quoque* Geneſius Sepulveda, *Hiſpanus Bethicus, doctis translationibus, quae paſſim Lutetiae viſuntur. Ceterum cum iſtis tam feliciter in hac interpretatione laboratum eſſet, adeo ut nihil in huiuſmodi editt. deſiderarctur, tantum deprehendimus, non convenire inter eos in hoc genere. Id effecerat varietas Graecorum Codd. Nam Hermolaus uſus fuerat exemplari Beſſarionis Cardinalis; Leonicenus eodem; Faber Aldino mendoſiſſimo; Auguſtinus Niphus vetuſtiſſimo, qui fuerat Pontani; Daneſius nactus erat Codicem, qui olim fuit Divi Hilarii, epiſcopi Pictavienſis; Soarius alium quendam bibliothecae Vaticanae, quem Leo X miſerat Cardinali Toletano. Cum ſtatuiſſemus dare Ariſtotelem integrum & omnibus mendis purgatum, initium coepimus ab Organo. — Ceterum ſpecimen praebuimus primum in* Iſagoge Porphyrii, *quae tanquam praeludium Organo praefigitur, ut ex eo coniectaretis, nos in reliquis vel nullam perdituros operam.* — Anno proximo 1538 prodiit:

Ariſtotelis Praedicamentorum liber, Graece, permultis nitori priſtino reſtitutis, cum ex vetuſtis Codicibus, tum ex interpretibus Graecis, per P. *Ioan. Olivarium Valentinum;* ex officina Chriſtian. Wecheli, 4. Memorantur hae editiones a Maittar. Annal. T. III, P. I, p. 286. Recuſae ſunt ibidem a. 1547.

1540 *Ariſtotelis Analytica poſteriora, Latine, ad Graecam veritatem diligenter reſtituta.* Pariſ. ap. Ioan. Lod. Tiletanum, 1540, 4. Praemiſſa in eadem *Raphaëlis Volaterrani* Iſagoge, & *Angeli Politiani* argumentum.

——— *Ariſtotelis Elenchi ſophiſtici, Latine, cum expoſitione* Aug. Niphi, fol. 1540. Ibid. apud eund.

——— *Ariſtotelis Topica inventio in octo ſecta libros, Latine, ab* Auguſt. Nipho *interpretata atque expoſita,* 1540, fol. Ibid. apud eund.

1542 *Aristotelis Praedicamenta cum commentariis Ammonii Hermeae, a* Barthol. Sylvanio Salonensi *nuper Latine conversis, & a* Gastone Sala *nuperrime recognitis.* Inprimebat Simon Colinaeus pro se & Ioanne Roigny. Paris. 1542, fol.

——— *Aristotelis lib. de Interpretatione, Latine, cum* Ioannis Arborei Laudunensis *Commentariis*, ap. Simon. Colin. Paris. 1542, 8.

——— *Aristotelis Topicorum libri VIII, Latine, cum Alex. Aphrodis. commentario*, Guilielmo Dorotheo *interprete*, ap. Ioan. Roigny; excudebat Ioannes Lodoicus Tiletanus. Paris. 1542, fol.

——— *Aristotelis Topicorum libri VIII, Graece & Latine, cum magni* Augustini Niphi *Medici, philosophi Suessani, commentariis;* apud Iacobum Kerver. Paris. 1542, fol.

——— *Aristotelis Elenchorum libri II, cum annotatt. Alex. Aphrodis. Latine*, Guilielmo Dorotheo *interprete;* ap. Sim. Colin. Paris. 1542, fol. V. Maittair. Annal. T. III, P. I, p. 336.

1543 *Aristotelis Analytica posteriora, Latine, cum* Io. Grammatici Philoponi *commentariis, e Graeco sermone in Latinum iam ante annos aliquot conversis, sed nuper cum Graeco exemplari collatis;* ap. Ioan. Roigny; excud. Io. Lod. Tiletanus. Paris. 1543, fol.

1544 *Aristotelis περὶ ἑρμηνείας libri duo, Latine;* apud Simon. Colin. Paris. 1544, 8. Praecesserat iam editio ibid. apud eund. 1542.

——— *Porphyrii Praedicabilium liber, & Aristotelis Categoriae, Latine*, Boëtio Severino *interprete*, apud Simon. Colin. Paris. 1544, 8.

1545 *Aristotelis Topicorum libri octo, cum duobus elenchorum*, Boëtio Severino *interprete;* ap. Sim. Colin. 1545, 8. Maittair. Annal. T. III, P. I, p. 363.

——— *Aristotelis Analyticorum priorum & posteriorum libri, Latine, seorsim excusi.* Per Simon. Colinaeum. Paris. 1545, 8.

1547 *Aristotelis Dialectica*, Anitio Manlio Severino Boëtio *interprete, per* Martianum Rotam *restituta.* Venetiis, apud Iuntas, 1547, fol. Catalog. bibl. Firmian. Vol. III, p. 10.

1551 *Porphyrii Institutio* (1550); *Aristotelis Categoriae; libri*

de Interpretatione; libri Analyticorum priorum & posteriorum, Latine, Iacob. Ludov. Strebaeo *interprete*; ap. Vascosanum. Lutet. 1551, 4.

——— *Aristotelis Categoriae, Graece, cum Graecis Simplicii in easdem commentariis & Latinis Iusti Velsii Hagani Scholiis*; ap. Michaël. Isingrinium. Basileae, 1551, fol. In epistola praefixa ad Viglium Zuichemum, secreti apud Bruxellam consilii praesidem, notat Velsius, Simplicii commentaria, quae Venetiis 1499 in lucem prodiere, esse depravatissima. Ad calcem leguntur haec: *reliqua Simplicii scripta, ut commentarii in* Aristotelis auscultationes physicas, *in* libros de coelo, *in* enchiridion & epistolas Epicteti, *& in* Iamblichum de Pythagorica secta, *haec omnia, candide lector, multo, quam antea fuerint, castigatiora daturi sumus &c. Accepimus enim nuper ex Italia partim, partim a* Conrado Gesnero, *exemplaria suo plane nitori & integritati, innumeris etiam lacunis expletis, restituta.* Maittair. Annal. T. III, P. II, pag. 600.

1552 *Aristotelis Analyticorum posteriorum liber primus, Graece*, apud Guil. Morelium. Paris. 1552, 4. Maittair. T. III, p. 612.

1554 *Aristotelis Topicorum libri octo, cum Alex. Aphrodis. explicatione, Latine; septimum* Muretus *nunc primum Latine & eleganter interpretatus est; in ceteris libris usitatam interpretationem secuti sumus, sed multis partibus, quam antea, emendatiorem*; Ioan. Gryphius excudebat. Venet. 1554, fol. Maittair. T. III, P. II, p. 638.

——— *Organum Aristotelis universum, una cum Porphyrii Eisagoge, sive Institutione ad Chrysaorium*: Ioachimo Perionio Benedictino Cormoeriaceno *interprete. Adiectae sunt eiusdem quoque in eosdem libros Observationes.* Basileae, 8. per Ioannem Oporinum, anno salutis humanae 1554, mense Martio.

1555 *Aristotelis de Interpretatione liber, Latine*, Ioach. Perionio *interprete, per* Nicolaum Gruchium *correctus & emendatus*; ap. Vascosanum, Lutetiae, 1555, 4.

1556. 1557. *Aristotelis Logica, Latine ab eruditissimis hominibus conversa, ex officina Michaëlis Vascosani.* Hoc volumine omnes libri argumenti logici continentur, seorsim tamen, nec eodem anno, sed a Vasco-

sano omnes, excusi. I. Institutiones Porphyrii, Aristot. Categoriae, de Interpret. lib. Ioachimo Perionio interprete & Nicolao Gruchio emendante; de resolutione prima libri II, Firmino Durio interprete, a Nic. Gruchio correcti, Lutetiae, 1556, 4. De demonstratione, libri II, Nic. Gruchio interprete; Topicorum libb. VIII, Ioach. Perionio interprete, Gruchio emendante, ibid. 1557, 4. De reprehensionibus Sophistarum liber I, Nic. Gruchio interpr. ibid. 1556, 4. Praefatus est Guil. Guerentaeus. Maittair. Annal. T. III, P. II, pag. 694.

1559 *Aristotelis liber de Interpretatione*, Boëtio *interprete, cum* Mich. Pselli *paraphrasi nunc primum latinitate donata:* apud Ioannem Lodoicum Tiletanum. Paris. 1559, 4.

1562. 1577. *Organum Aristotelis, Graece; Porphyrii Isagoge, Aristotelis Categoriae; de Interpretatione; Analyticorum priorum libb. II; Posteriorum totidem; Topicorum libb. VIII; Elench. sophist. libb. II.* Paris. apud Guil. Morel. 1562, 4. Praemissa est Aristotelis Vita, Graece, ex Diogenis Laërtii Vita & Suidae loco concinnata. (Bibl. Gotting.) Laudatur apud Maittar. T. III, P. II, p. 727. Editio repetita est Francofurti apud Andream Wechelum, 1577, 4. (Bibl. Gotting.)

1563 *Aristotelis Organum sive Logica*, Ioachimo Perionio, Nicolao Gruchio, Firmino Durio, *interpretibus.* Basileae, 1563.

1565 *Aristotelis universa Logica, partim interprete* Ioachimo Perionio, *partim* Nicolao Gruchio *Rhotomagense, cum annotationibus* Gerardi Matthisii *Geldrienses.* Colon. 1565. Catal. bibl. Augustan. p. 690.

1566 Ἀριστοτέλους Ἀσκληπιάδου τοῦ Σταγειρίτου ὄργανον, ἢ ἡ τῆς φιλοσοφίας χείρ, τουτ' ἔστι· Λογικῆς πραγματείας Ἅπαντα εἰς τὸ ἀκριβέστατον ἐπανορθωμένα, καὶ εἰς κεφάλαια ξὺν περιοχαῖς διηρημένα. *Aristotelis Asclepiadae Stagiritae Organum sive Instrumentum instrumentorum, aut philosophiae manus, hoc est: Logicae tractationis omnia quam diligentissime correcta, & in capita additis argumentis distincta.* Basileae, apud Thomam Guarinum, 1566, 8. cum

praef. *Simonis Grynaei.* In margine exempli, quod in bibliotheca Gottingensi asservatur, adscriptae sunt variae lectiones, maxime in Categorias, librum de interpretatione & Analytica priora. Ad Topica & elenchos sophisticos ipse Grynaeus varias lectiones in margine annotavit, quas unde acceperit nescio; non conspirant enim cum varietate lectionis Topicorum a Ioanne Bapt. Camotio e Codd. ed. Ald. min. adiecta. Ceterum scatet haec editio operarum vitiis.

1584. 1592. 1597. 1598. 1606. 1623. 1682. Optime de Organo meruit *Iulius Pacius a Beriga*, vir doctissimus & acutissimus, Is. Casauboni praeceptor, Peripatetica philosophia & Graecis Romanisque literis omnino praeclare imbutus. De editionibus igitur ab eo curatis paulo accuratius dispiciamus.

Ἀριστοτέλους Ὀργανον. *Aristotelis Stagiritae, Peripateticorum principis, Organum*, h. e. *libri omnes ad logicam pertinentes, Graece & Latine*, Iulio Pacio *interprete, cum argumentis, notis & tabulis synopticis.* Morgiis, ex officina Laimariana, 1584, 4. Recusa est haec editio Francofurti typis Wechelianis, 1592, 4. In ea textum cum uno tantum MS. Codice contulit Pacius, quapropter sequiores statim memorandae huic praeferendae sunt. Prodiit enim Organon denuo novis curis a Pacio castigatum, Francofurti 1597, 4, apud haeredes A. Wecheli; cui eodem anno comes accessit *Commentarius Analyticus in Isagogen Porphyrii & Organon Aristotelis*, de quo v. Casauboni Exercitatt. pag. 81. Ab hac quidem editione variae lectiones in Morgiana & prima Francofurtensi ad oram libri adscriptae absunt; contra lectiones, quae post ulteriorem vett. edd. & quinque Codd. Palatinorum factam collationem omnium optimae visae essent, in textum statim immigrarunt. Deinde capitum variat distinctio, quae in secunda Francofurtensi commodior in edd. subsecutis retenta est. Denique Morgiana & prima Francofurt. tribus illis Indicibus tractatuum & capitum, Graecorum verborum, rerum memorabilium, qui secundae Francof. accesserunt, destituuntur. Hanc autem

ſecundam ed. Francof. tertia deinceps excepit in forma octava, & quoad notas margini adſcriptas & quoad capitum argumenta iterum a prioribus diverſa, cui ultimam curam Pacius impendiſſe videtur. Francof. 1598. Haec quidem ſaepius repetita eſt tum eodem illo loco, tum Hanoviae (a. 1606, 1611, 1623), tum Helmſtadii cura *Andreae Frolingii*, 1682, 4, cuius vid. praef. ſub fin. Exempla edd. a. 1598, 1606, 1682, ſunt in bibliotheca Gottingenſi.

1585 *Quaeſtionum & commentariorum in Organon Ariſtotelis partes quinque; textus Graecus integer quaeſtionibus accommodatus, & tum verborum tum ſententiae habita ratione in Latinam linguam converſus eſt; induſtria & ſtudio* Guilielmi Hildenii. Berolini, ſumtibus ac typis auctoris. Vol. I, II, III, 1585, 4. Exhibetur hic praeter textum Graecum, eumque ſimul elegantер Latine translatum, praeclarus etiam commentarius, in quo multa bonae frugis inſunt. In Topicis retinuit Hildenius Ioachimi Perionii verſionem, cuius peculiares quoque dialectici commentarii exſtant, quibus, Topicis Ariſtotelicis & Ciceronianis ad Trebatium inter ſe comparatis, quatenus ea conveniant aut diſſideant, diligentiſſime expoſitum ab illo eſt. (Bibl. Gotting.)

1620 *R. Balfourei Scoti Commentarii in libros Ariſtotelis de philoſophia.* Vol. I, II. *Quibus illuſtrantur quaecunque ſunt difficilia in Organo & libris Logicae.* Editio ſecunda auctior & correctior. Burdigalae, 1620, 4. Priorem editionem non vidi. Textui Graeco, vitioſiſſime tamen impreſſo, commentarius ſubiectus eſt prolixus, & unde parum fructus capias. In Latina interpretatione & diſtinctione capitum ſecutus eſt Balfoureus maxime Ioachimum Perionium & Nicolaum Gruchium, ad oram vero addidit numerum capitum & particularum, in quas capita diſſecuit Iulius Pacius. (Bibl. Gotting.)

ſ. a. *Ariſtotelis Organon cum explanatione Magiſtri Ioannis de Lapide, praemiſſa Iſagoge Porphyrii*, fol. ſine loco, anno, & nomine typographi. Catal. bibl. Caſanat. T. I, p. 267.

EDITIONES

Auſcultationum phyſicarum. Metaphyſicorum. librorum de animalibus. Parvorum Naturalium. Problematum. Quaeſtionum Mechanicarum &c. — Graecae. Latinae. & Graeco-Latinae.

ſ. l. & a. *Problemata Areſtotilis determinantia multas quaeſtiones de variis corporum humanorum diſpoſitionibus* &c. Cum eiuſdem Areſtotilis vita & morte metrice deſcripta. ſ. l. & a. (Bibl. Gotting.)

1498 *Ariſtotelis Parvorum Naturalium textus, Latine, cum commentario ex Alberti Magni doctrina collecto per* Ioannem de Mechlinia; apud Henric. Quentel. Coloniae 1498, fol.

1499 *Duodecim libri Metaphiſice ab Areſtotele ſummo philoſophorum principe pro conſummatione totius philoſophie editi: Per tractatus & capitula diſtincti ſumma denique diligentia emendati.* In fine haec leguntur: *Hoc preclarum opus ac divinum ſummo ſtudio magiſtri* Ioannis Peylick de Czeytz, *ubi mendoſum viſum eſt, elimatum. Impreſſum Lyptzick per baccalarium* Martinum Landſpergk de Herbipoli *a. ſal. 1499, d. XIV Martii*, fol. Exſtat huius editionis exemplum in ornatiſſima bibliotheca Venerabilis Senis, Illuſtr. *Kaeſtneri.*

——— *Libri Metheororum Areſtotelis philoſophorum omnium principis atque monarche in Latinum translati quatuor.* Sine loco & anno, in fol. Inſigni typographico ad calcem editionis adiecto apparet, prodiiſſe eam ex officina Martini Landſpergk de Herbipoli, circa idem forte tempus, quo Metaphyſica prodierunt. (Bibl. Ill. *Kaeſtneri.*)

——— *Theophraſtus de hiſtoria plantarum. Problemata Ariſtotelis. Alex. Aphrodiſ. problemata. Ariſtotelis Mechanica. Metaphyſica. Theophraſti Metaphyſica.* Venet. 1499, fol. Catal. bibl. Auguſtan. p. 875.

1500 *Summi philoſophorum principis Ariſtotelis libri octo de*

phiſico auditu phiſicorum appellati Noviter correcti & bene emendati Quibus univerſaliter & in genere totum negocium phiſicum & univerſalia philoſophie principia continentur. ſ. l. & a. Abſolutam eſſe editionem a. 1500 ſerior manus adſcripſit. (Bibl. Ill. *Kaeſtneri.*)

1501 *Ariſtotelis Problemata, Latine, cum duplici translatione,* Theodori Gazae, & *expoſitione* Petri ab Apono. Venet. 1501, fol. Recuſ. Pariſ. 1520, fol. Catal. libr. impr. Muſ. Brit. Vol. I.

1502 *Ariſtotelis Metaphyſica, cum commentariis Thomae Aquinatis.* Venet. 1502, fol.

1504 *Problematum Ariſtotelis ſectiones duodequadraginta, Theodoro Gaza interprete; Problematum Alexandri Aphrodiſiei libri duo, eodem interprete; Ariſtotelis de natura animalium libb. IX; de partibus animalium libb. IV; de generat. animal. libb. V; Theophraſti de hiſtoria plantarum libb. IX, & decimi principium dumtaxat; eiuſd. de cauſis plantarum libb. VI. Quatuordecim quaeſtiones, quae in problematis circa finem deerant, in quarumque locum totidem ex iis, quae alibi in eo ipſo volumine habentur, falſo ſuppoſitae fuerant, in ſuum locum reſtituendas curavimus; qui error eſt in omnibus problematum libris, qui ante Venetiis excuſi ſunt. Accedunt Indices tres a Theodoro Gaza confecti, quorum primus vocabula Latina & Graeca ex libris de animalibus; alter ex Theophraſti libb. de plantis; tertius vocabula Graeca & Latina ex his ſecundum literarum ordinem exhibet.* Venetiis, ap. Ald. 1504, fol. (Bibl. Gotting.)

——— *Ariſtotelis Phyſica & Metaphyſica, cum commentario & dialogo* Iacobi Fabri; per Henricum Stephanum. Pariſ. 1504, 4. Maittair. Annal. T. II, P. 1, pag. 167.

1507 *Ariſtotelis Meteorologica, Latine, cum commentariis* Gaietani de Thienis &c. Venet. 1507, fol.

1508 *Ariſtotelis Problemata, Latine.* Coloniae, ex officina liberorum Henrici Quentell, 1508, 4. (Biblioth. Gotting.)

1512 *Meteorologica Ariſtotelis, cum* Iacobi Fabri Stapulenſis *paraphraſi, & commentario* Ioannis Coclaei Norici; in officina Frederici Peyruſs. Norimbergae, 1512, 4.

1515. 1542. *Metaphyſica Ariſtotelis,* Beſſarione Cardinale

interprete, cum commentariis Argyropyli Byzantii; *item* Theophrasti Metaphysicorum *liber unus; item metaphysica introductio, quatuor dialogorum libris elucidata, auctore* Iac. Fabro Stapulensi; ap. Henr. Stephanum. Paris. 1515, fol. Maittaire Annal. Typogr. Ind. P. I, p. 77. Editio recusa ap. Ioan. Roigny per Tiletanum, 1542, 4.

1516 *Bessarionis, Card. Niceni*, in calumniatorem Platonis libb. IV. Eiusdem correctio librorum Platonis de legibus, Georgio Trapezuntio interprete. Eiusdem de natura & arte adversus Trapezuntium. Eiusdem *Metaphysicorum Aristotelis XIV libb. tralatio.* Theophrasti Metaphysicorum lib. I. Venetiis, in aedibus Aldi & And. Soceri, mense Septembri, 1516, in fol. *Catalogue de la bibliotheque de Crevenna.* Vol. II, p. 47. Versio Latina Metaphysicorum Aristotelis exstat quoque inter Bessarionis Opera, Venet. apud Ald. 1516.

1518 *Aristotelis Physicorum libri VIII, & aliorum opusculorum Physicae libri viginti, interpretibus* Ioanne Argyropylo & Francisco Vatablo; *accessit e regione tralatio vetus recognita ab eodem Vatablo;* ap. Henr. Stephanum. Paris. 1518, fol. Maittair. T. II, P. I, pag. 314.

1520 *Textus Aristotelis de generatione & corruptione, cum expositione* Aegidii Romani; *Quaestiones* Marsilii *super his libris;* Nicoleti Verniatis *quaestio de subiecto philosophie naturalis;* Alberti de Saxonia *quaestiones de generatione & corruptione. Deo gras. Amen.* 1385, d. 13 Aprilis. Impressum Venetiis ere ac sollerti cura heredum domini Octaviani Scoti civis ac patricii Modoetiensis, ac sociorum. Anno a dmnca incarnat. 1520, d. XIX Iun. fol. Maittair. Annal. Ind. P. I, p. 74.

1522 *Aristotelis de animalibus libri XX, Latine, partim* Gaza, *partim* Alcyonio *interprete;* ex officina Simonis Colinaei. Paris. 1522, fol. Repetita est haec editio ibid. apud eund. 1524, fol. (Bibl. Gotting.) & a. 1533, fol.

1524 *Aristotelis & Alexandri Aphrodisiei problemata, Latine, Gaza interprete;* ex officina Simonis Colinaei. Paris. 1524, fol.

1526 *Aristotelis libri quinque de animalium generatione, cum* Philoponi *commentariis, Graece.* Venetiis, 1526, fol. Repet. Lugdun. 1560, 12, & 1579, 12. Catal. libr. impr. Musei Britannici.

1527 *Aristotelis de animalibus libri; parva Naturalia; cum Theophrasti opusculis quibusdam; Graece. Omnia ex exemplaribus* N. Leonici Thomaei *diligenter emendata.* Florentiae, per heredes Philippi Iuntae, 1527, 4. (Bibl. Gotting.) Exemplum edit. cum multis emendationibus adscriptis est in bibl. Lugd. Bat. Catal. pag. 146.

1530 *Aristotelis* parva, *quae vocant*, Naturalia, *Latine, interprete* Nicolao Leonico Thomaeo, *cum eiusdem commentariis;* ex chalcographia Ludovici Cyanei Gandavi, impensis Simonis Colinaei. Paris. 1530, fol. Catal. bibl. Leidensis p. 156.

1531 *Aristotelis Problemata & Metaphysica, Graece.* Basileae, 1531, fol.

——— *Aristotelis tota naturalis philosophia cum paraphrasi & annotationibus* Franciſci Vatabli, ap. Sim. Colin. Paris. 1531, fol.

1532 *Aristoteles de naturali auscultatione, cum paraphrasi Themistii, Graece;* excudebat Christianus Wechelus. Paris. 1532, 4.

1533 *Aristotelis problemata, quae ad stirpium genus & oleracea pertinent, cum aliis varii argumenti libellis,* apud Sim. Colin. Paris. 1533, 8.

——— *Aristoteles de mundo, Graece, cum* Guilielmi Budaei *versione Latina &* Simonis Grynaei *Scholiis; accesserunt Philonis & Cleomedis libri, Graece & Latine,* Georgio Valla *interprete.* Basileae ap. Ioannem Walderum, 1533, 8. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 129. Maittair. T. II, P. II, p. 785.

1534 *Aristoteles & Theophrastus. Historia animalium & plantarum;* Theodoro Gaza & Petro Alcyonio *interpretibus.* Basileae, per Andream Cratandrum, 1534, fol.

1535 *Aristotelis Physiognomica, Latine,* Andrea Lacuna *interprete.* Paris. 1535, 8. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 144. Maittair. T. II, P. II, p. 822.

1536 *Aristoteles de longitudine & brevitate vitae, & divinatione per somnum, Graece & Latine,* Christ. Hegendor-

phio *interprete, cum Scholiis;* ap. Weſthemerum. Baſil. 1536, 8. Repet. a. proximo ibid.

1538 *Ariſtotelis de anima libri III, Graece, cum introductione Latina* Iac. Fabri Stapulenſis. Baſil. 1538, 8. Catal. libr. impr. Muſ. Brit.

——— *Ariſtotelis Phyſiognomonica, Latine, per* Iodocum Willichium. Vitebergae, 1538, 8.

1539 *Ariſtoteles de longa & brevi vita & de divinatione* &c. *per* Simonem Grynaeum, *Latine.* Baſil. 1539, 8.

1539. 1571. 1579. 1601. 1643. *Ariſtotelis Problemata, Latine,* Theodoro Gaza *interprete.* Pariſ. 1539, 8. Ed. repetita Coloniae, 1571, 12. Lugdun. 1579, 12. Colon. 1601, 12. Amſtelod. 1643, 12.

1540 *Ariſtotelis & Philonis de mundo libri, Graece, per* Conradum Neobarium, *regium typographum.* Pariſ. 1540, 12.

1541 *Ariſtotelis de coelo libri IV; de generatione & corruptione libri II; Meteorologicorum libb. IV, Latine, ex verſione veteri recognita, cum argumentis* Raph. Volaterrani, & *digreſſionibus* Averrois. Venet. apud Hieronymum Scotum, 1541, 8.

1542 *Ariſtotelis Meteorologica, Latine,* Vatablo *interprete;* ap. Ioan. Roigny. Pariſ. 1542, 4.

——— *Ariſtotelis & Philonis libri de mundo; Ocellus Lucanus de univerſi natura, Latine; illi* Budaeo, *hic* Chriſtiano Aurelio *interprete,* & Simonis Grynaei *annotatiunculae in Ariſtot. de mundo.* Pariſ. ap. Iacob. Bogardum, 1542, 12.

1543 *Ariſtoteles de natura ſtirpium, Latine,* Andrea a Lacuna *interprete.* Colon. 1543, 8.

1544 *Ariſtotelis de coelo liber primus, Graece,* apud Chriſt. Wechel. Pariſ. 1544, 4.

1546 *Ariſtotelis libri de generatione & corruptione; Meteorologica; de anima; Parva Naturalia, Latine,* Fr. Vatablo *interprete.* Lugd. 1546, 8.

1546. 1558. *Ariſtotelis Phyſica, de coelo, & de anima libri, Latine,* Io. Argyropylo *interprete.* Lugduni, 1546, 8. Ibid. 1558, 8.

1547 *Ariſtotelis Meteorologicorum libri quatuor, Graece.* Pariſiis ap. Chriſtian. Wechelum, 1547, 4.

1548. 1549. *Ariſtotelis de coloribus libellus, Graece, cum Latina verſione & commentariis* Simonis Portii, ex offi-

cina Laurentii Torrentini. Florentiae, 1548, 4. Ed. recusa Parisiis ap. Vascosan. 1549, 8.

1550 *Aristotelis Parva Naturalia, Latine, per* Ioach. Perionium. Paris. 1550, 4.

——— *Aristotelis de naturali auscultatione libri VIII, Graece, cum Latina versione & commentariis* Francisci Vicomercati *Mediolanensis.* Paris. ap. Vascosan. 1550, fol. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 125.

1551 *Aristotelis de mundo liber; item Theophrastus de ventis; Graece*, ap. Vascosan. Lutet. 1551, 4. Maittair. T. III, P. II, p. 600.

1552 *Aristotelis de natura libri VIII, Latine*, Ioach. Perionio *interprete*, Basileae, 1552, 8. Accesserunt Perionii in eosdem libros observationes, Orationis, qua Iacobi Ludovici Strebaei calumniis idem respondit, compendium, naturalis scientiae compendium ex Aristotele & aliis philosophis, Hermolao Barbaro auctore, innumeris mendis Conradi Gesneri opera ac studio purgatum, praefatio denique de ordine librorum Aristotelis, qui sunt de ratione naturae.

——— *Aristotelis problemata. Marci Antonii Zimarae problemata. Alexandri Aphrodisiei solutionum physicarum liber, Latine, per* Angelum Politianum. Paris. 1552, 12.

1553 *Aristotelis libri de ortu & interitu, Latine*, Ioach. Perionio *interprete.* Basileae, 1553, 8.

——— *Aristotelis libri de anima, & Parva Naturalia, Latine, eodem* Perionio *interprete.* Basil. 1553, 8.

1554 *Aristotelis libri de coelo, de ortu & interitu, Meteorologica & de anima; Graece & Latine, per* Ioachim. Perionium *& per* Nicol. Gruchium *correcta.* Voll. I, II. Lutet. Paris. 1554, 4.

——— *Libri IV physicorum Aristotelis cum commentariis Philoponi, e Graeco in Latinum translati per* Guilielmum Dorotheum, *Theologum Venetum.* Venetiis, 1554.

——— *M. Antonii Maioragii commentarii in duos libros Aristotelis de generatione & interitu. Eiusdem paraphrasis in quatuor Aristotelis libros de coelo.* Basil. 1554, fol.

1555 *Aristotelis liber de mundo, Latine,* Guilielmo Budaeo *interprete;* apud Michaël. Vascosan. Lutet. 1555, 4. Exstat quoque in Guil. Budaei operibus, Basileae, 1557, a pag. 445.

1556 *Aristotelis Physica, sive de natura commentatio, Graece.* Paris. ap. Georg. Morel. 1556, 4.

—— *Aristotelis liber de mundo, Latine,* Petro Alcyonio *interprete.* Paris. ap. Vascosan. 1556, 4.

—— *Aristotelis de natura aut de rerum principiis libri VIII, Latine,* Ioachimo Perionio *interprete, & per* Nicol. Gruchium *correcti & emendati;* ex officina Mich. Vascosani. Lutet. 1556, 4.

1557 *Aristotelis & Theophrasti scripta quaedam, quae vel nunquam antea, vel minus emendata, quam nunc, edita fuerunt, Graece, cum Henrici Stephani ad calcem annotationibus;* ex officina Henrici Stephani Parisiensis typographi. Paris. 1557, 8. Praemissa est epistola Henrici Stephani ad Petrum Victorium: *Inter cetera Graeca, quae ad te mitto, volumina, invenies Theophrasti opusculum* περὶ αἰσθήσεως, *(quod & Diogenes Laërtius inter eius scripta enumerat) aliquot in locis non satis emendatum, & ἀτελεῖ τέλει, ut mihi videtur, finitum. Florentiae agens, saepe Franciscum Iambularium, Mediceae bibliothecae praefectum, rogavi, ut ibi illius exemplar inspicerem. — Quo bono primum eius morbus, deinde mors me privavit, id per te, fac obsecro, ut quam primum recuperem. — Equidem si veterum exemplarium, quanta tibi est, tanta mihi commoditas fuisset, Aristotelis & Theophrasti quaecunque vel nunquam edita essent, vel castigatiora multo, quam antea edi possent, hoc volumine complexus essem opuscula. Mirum est, ullos homines tam παχεῖς exstitisse, ut cum* Παχυμερίου *paraphrasin in librum Aristotelis* περὶ ἀτόμων γραμμῶν *haberent, ipsum se Aristotelis librum habere omnino sibi persuaderent. — Libellus* περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων *non novus, sed plane veterum exemplarium opera renovatus in hac editione nunc prodit* &c. — In annotationum initio H. Stephanus, quia in opusculo Theophrasti περὶ αἰσθήσεως nihil annotavit, remittit lectorem ad Πρισκιανοῦ φιλοσόφου Λυδοῦ librum (qualiscunque ille sit) in *Germania excusum.* Praeter tria opuscula modo memorata, in hoc volumine sequentia haec continentur: Ἐκ τοῦ περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας, Θεοφράστου. Ἐκ τοῦ περὶ παραλύσεως. Ἐκ του περὶ λειποψυχίας. Ἐκ τοῦ περὶ ἰλίγγων. Ἐκ τοῦ περὶ κό-

πων. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἀθρόον φαινομένων ζώων. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν. Ἐκ τοῦ περὶ ἱδρώτων. Ἐκ τοῦ περὶ μελιττῶν. Θεοφράστου ἠθικοὶ χαρακτῆρες. Ἐκ τοῦ περὶ ἀκουστῶν, Ἀριστοτέλους. Ἐκ τοῦ περὶ μαθηματικῆς Ἀρχύτα τοῦ Πυθαγορείου. Ἐκ τῶν Σωτίωνος τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων. Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναπληρώσεως διάφοροι δόξαι, ἀνωνύμου. Ἐκ τοῦ β' τῶν τοῦ Ἀθηναίου δειπνοσοφιστῶν βιβλίου, περὶ ὑδάτων τινῶν καὶ κρηνῶν. Vid. Maittair. Annal. T. III, P. II, p. 695.

——— *Aristotelis liber adversus Xenophanem, Zenonem & Gorgiam, interprete* Arnoldo Ferrono; *Bessarionis Nicaeni disputatio de infinito pro Xenophane adversus Aristotelem; Arnoldi Ferroni pro Aristotele adversus Bessarionem libellus.* Lugduni, apud Ioh. Tornaesium, 1557, 4.

1559 *Aristotelis liber primus de partibus animalium, Latine, cum explanatione* Leonici Thomaei, & Michaëlis Ephesii *Scholiis in IV libb. de part. animal.* Basileae, 1559.

1561 *Aristotelis commentationum de natura libri VIII; de coelo IV; de ortu & interitu, II; Meteorologicῶν, IV; de anima, III; & Parva Naturalia; Graece, cum variis lectionibus*, apud Guil. Morel. Paris. 1561, 4. Fabric. B. Gr. III, 6, p. 125. Editio saepius deinde repetita.

1562 *Aristotelis libellus de his, quae auditu percipiuntur,* Antonio Gogavino *interprete.* Exstat cum Aristoxeni Harmonicis, Venetiis, 1562, 4, a p. 151.

1564 *Aristotelis de anima libri III, Graece, cum praefatione Wolfgangi Meureri. Themistii locus de praestantia librorum Aristotelis de anima. Iacobi Stapulensis brevis in libros de anima introductio.* Lipsiae, 1564.

1567 *Aristotelis libri de generatione & interitu, Latine, per* Flaminium Nobilem. Lucae, 1567, fol. Cat. bibl. Leidensis p. 156; ubi male impressum, *Nobilium.* Erat Flaminius Nobilis Lucensis, philosophiae in gymnasio Pisano doctor, cuius opera omnia prodiere Marpurgi, 1596.

1568 *Aristotelis naturalis philosophia, Latine, a variis interpretibus.* Colon. 1568, 4.

1573 *Aristoteles de atomis; de auditu; & miraculosis auditionibus, Graece*, ap. Henr. Stephanum, 1573, 8.

1574 *Aristotelis de anima libri tres, cum Averrois commentariis ex antiqua tralatione suae integritati restituta. His accessit eorundem librorum nova tralatio, ad Graeci exemplaris veritatem, & scholarum usum accommodata*, Michaële Sophiano *interprete. Adiecimus etiam* Marci Antonii Passeri Ianuae *disputationem ex eius lectionibus excerptam, in qua cum de horum de Anima librorum ordine, tum reliquorum naturalium serie pertractatur.* Venetiis apud Iuntas, 1574, 4.

1575 *Aristotelis de coloribus libellus, Latine, per* Emanuelem Margunium. *Accessit Michaëlis Ephesii explicatio in eundem.* Patavii, 1575, 8.

1584 *Aristotelis liber, qui decimus historiarum inscribitur, Latinus factus a* Iulio Caesare Scaligero *& commentariis illustratus.* Lugduni, 1584. Catalog. bibl. Augustan. pag. 636.

1590 *Ioachimus Curaeus de sensu & sensibilibus. Libelli Aristotelis de sensu & sensibilibus castigata versio & analysis logica.* Francof. 1590, 8. Cat. bibl. Leid. p. 144.

1591 *Aristoteles de mundo, Graece. Cum duplici interpretatione Latina, priore quidem* L. Apuleii, *altera vero* Guil. Budaei. *Cum Scholiis & castigationibus* Bonaventurae Vulcanii, *tam in Aristotelem, quam in utrumque eius interpretem. Accesserunt seorsim* Gregorii Cyprii *encomium maris, Graece, nunquam antea excusum, &* Pauli Silentiarii *Iambica.* (quae tamen desunt in exemplari meo) Lugd. Bat. ex offic. Plantin. ap. Fr. Rapheleng. 1591, 8. Exemplum editionis cum annotationibus Isaaci Vossii tenet bibl. Leidensis. Catal. p. 156.

1596 *Aristoteles de sensu & sensilibus, ex versione, & cum analysi ac quaestionibus* Rodolphi Goclenii. Francofurti, 1596, 8.

1596. 1611. 1621. *Aristotelis de anima libri III, Graece & Latine, cum commentario* Iulii Pacii. Francof. 1596, 8. Recusi Hanoviae 1611, 8, & Francof. 1621, 8.

1596. 1608. *Aristotelis de naturali auscultatione libri VIII, Graece & Latine,* Iulio Pacio *interprete.* Francofurti 1596, 8, & Hanoviae 1608, 8.

1599. 1600. *Aristotelis Mechanica, Graece, emendata, Latina*

facta & commentariis illustrata ab Henrico Monantholio. Parisiis, 1599, 4, & Lugduni, ex bibliopolio Commeliniano, 1600, 4. Eadem ex versione Latina *Nicolai Leoniceni* inserta sunt *Michaëlis Pselli compendio mathematico* &c. Lugdun. Bat. 1647, pag. 99.

1600 *Aristotelis libellus de his, quae auditu percipiuntur,* Adr. Turnebo *interprete.* Exstat inter opera omnia Turnebi. Argentorati, 1600, T. II.

1601 *Aristotelis libri de coelo; ortu & interitu; Meteorologica; de mundo; parva Naturalia; Graece & Latine, per* Iulium Pacium. Francofurti, 1601, 8.

1604 *Aristotelis Physicorum libri VIII, Graece & Latine, cum comment.* Io. Ludovici Havenreuteri, Francofurti, e collegio Musarum Paltheniano, 1604, 8.

1611 *Aristotelis Physiognomonica, Latine, per* Iacobum Fontanum. Paris. 1611, 8.

1619 *Aristotelis historia animalium, Graece & Latine, cum versione & commentariis* Iulii Caesaris Scaligeri, *atque animadvv.* Philippi Iacobi Maussaci. Tolosae, 1619, fol.

1632 *Aristotelis problemata, Graece & Latine, ex versione* Ludovici Septalii, *cum commentariis eiusdem.* Lugduni, ap. Claudium Landrium, 1632, fol.

1745 *Aristoteles de mundo, Graece & Latine.* Glasg. ap. Foulis. 1745, 12.

1786 *Aristotelis liber de mirabilibus auscultationibus* explicatus a *I. Beckmann*, Prof. Gotting. cum animadvv. Steph. Sylb. Is. Casaub. Niclasii & Heynii. Gottingae, 1786, 4.

s. a. *Aristotelis Problemata, Latine,* 4. sine loco & anno.

——— *Aristotelis tractatus de pomo; de morte; de bona fortuna; de differentia spiritus & animae; de physiognomia; de inundatione Nili.* 4. s. l. & a.

EDITIONES

Ethicorum, Politicorum, Oeconomicorum. Graecae. Latinae, & Graeco-Latinae.

s. a. *Aristotelis Ethica ad Nicomachum, Graece.* Vetustissima editio in folio, cuius exemplum asservatur

in bibliotheca regia Parisiensi. In margine adscripta sunt Scholia manu Constantini Paleocappae, cum Epistola ad Henricum II regem. Vid. Catalogue des livres imprimés de la bibliotheque du Roi. T. I, *Droit de la nature & des gens.*

1484 *Aristotelis liber, qui dicitur Secreta secretorum.* Lovanii, 1484, 4.

1500 *Aristotelis Ethicorum libri iuxta antiquam translationem* Henrici Kosbein, *cum commentario ad mentem Martini Magistri & Io. Buridani.* Paris. 1500, fol.

——— *Sententia & Expositio cum quaestionibus* Heraldi Odonis *super libros Ethicorum Aristotelis cum textu eiusdem Latino.* Venetiis, per Simonem de Lucre. Impensis dni. Andree Torresani de Asula. d. XIV mens. Iulii 1500, fol. (Bibl. Gotting.)

1502 *Ethica Aristotelis cum commentariis;* ex offic. H. Stephani. Paris. 1502. Maitt. T. II, P. I, p. 87.

1504 *Aristotelis Ethica, interprete* Leonardo Aretino; ap. H. Stephan. Paris. 1504, fol.

——— *Aristotelis Poëtica, interprete* Georgio Valla Placentino; *Rhetorica, interprete* Francisco Philelpho; *Ethica Nicomachea, interprete* Ioanne Argyropylo, Byzantino; *Oeconomica* & *Politica, interprete* Leonardo Aretino; *Moral. Magna, interprete* Georgio Valla; *Introductorius de moribus, auctore* Leon. Aretino; *Hermogenis* Rhetorices *compendium, interprete* Hilarione, *Veronensi monacho;* per Bernardinum Venetum de Vitalibus. Venet. 1504, fol. Maittair. T. II, P. I, p. 167.

1506 *Politica Aristotelis*, Leon. Aret. *interprete; Economica & Hecatonomiarum libri VII*, Iac. Fabro Stapul. *interprete; Econom. publicorum lib, I*, Leon. *interprete, cum illius Scholiis.* Apud Petrum Portam & Beatum Rhenanum, 1506, fol. Catalogue des livres impr. de la bibl. du Roi. T. I, *Droit de la nature & des gens* p. 3.

1506. 1511. 1516. *Aristotelis Politica & Oeconomica*, Leonardo Aretino *interprete, recognitore & explanatore* Iacobo Fabro; *& libri Hecatonomiarum, & Oeconomiarum publicarum cum* Aretini *explanationibus.* Haec primaria superiorum operum editio typis absoluta prodiit ex officina Henrici Stephani, Paris.

1506, fol. Maittair. T. II, P. I, pag. 178. Recusa est ibid. a. 1511, 1516, & apud Sim. Colinaeum 1526.

1508 *Aristotelis Oeconomicorum libri duo*, Leonardo Aretino *interprete*, *cum eiusdem commentariis*. Senis Symeonis Nic. Nardi, 1508, 4.

1510. 1516. 1542. *Decem librorum moralium Aristotelis tres conversiones*, impensis, sumtibus, & diligentia H. Stephani. Paris. 1510, fol. Continentur hac editione: Libb. X Ethic. ad Nicom. ex traductione Argyropyli Byz. cum Iac. Stapul. commentariis; Magna Moralia, interpr. Georgio Valla Placentino; dialogus Aretini ad Galeotam, artificialis introductio per modum epitomes in X libb. Ethicorum; libb. Ethicorum ex versione Leonardi Aretini, & iidem ex antiqua traductione. Maittair. T. II, P. I, p. 209. Rep. ed. ibid. a. 1516, & apud Sim. Colin. 1542, fol. Maittair. T. III, P. I, pag. 336.

1513 *Aristotelis Ethica Nicomachea. Graece.* Lovanii, apud Theodor. Martinum Alostensem, 1513, mens. Octobr. Lovanii, 4. Maittair. Annal. Ind. T. I, pag. 77.

1514. 1530. *Decem libri Ethicorum Aristotelis ex traductione* Argyropyli, *cum comment.* Fabri. Ap. H. Stephan. Paris. 1514, 8. Rep. apud Simon. Colin. Paris. 1530, fol.

1517 *Aristotelis Politicorum libb. VIII, Latine, interprete* Leonardo, *ex emend.* Iac. Fabri Stapul. *cum comment. ac annotatt. Variorum;* apud Henr. Stephanum. Paris. 1517, fol.

1520 *Aristotelis liber, qui dicitur Secretum secretorum, s. de regim. princip.* Paris. 1520, 12.

1522 *Aristot. Moralia Magna*, interpretibus Girardo Ruffo, Vaccarienſi, & Georgio Valla Placentino. Ex offic. Sim. Colinaei. Paris. 1522, fol. Maittair. T. II, pag. 627.

1529 *Aristotelis de virtutibus & vitiis libellus. Graece.* Cura Cheradami. Lutet. 1529, 4. Maitt. Ind. T. I, p. 77.

1530 *Ethica Aristotelis, Latine, cum* Ioannis Maioris, *Theologi Parisiensis, commentariis.* Ap. Iodocum Badium & Io. Parvum, 1530, fol.

——— *Decem libri Ethicorum Aristot. ad Nicomachum, ex traductione* Ioannis Argyropyli Byzantii, *communi familiarique* Iacobi Fabri Stapulensis *commentario elucidati; adiectus Leonardi Aretini de moribus dialogus.* Parisiis, ap. Sim. Colinaeum, 1530, 8.

1536 *Aristotelis Ethica Nicomachea, Graece, cum Eustratii & aliorum insignium Peripateticorum commentariis.* Venet. ap. Aldi f. 1536, fol. Cat. bibl. Casan. T. I, p. 268.

1538 *Aristotelis Ethica ad Nicomachum, libri X, Graece;* excudebat Ioannes Lodoicus Tiletanus. Paris. 1538, 4. Ed. repet. ibid. a. 1540. Maittair. T. III, P. I, pag. 286.

s. l. & a. *Aristotelis liber de virtutibus, Graece & Latine, per* Adolphum Occonem. 8. s. l. & a. Exstat quoque hic libellus Graece in opusculo inscripto: *Compendium Vitae & mortis,* Basileae 1586, p. 31, & cum *admonitionibus S. Nili,* Franeckerae 1608, in fine.

1540 *Aristotelis Ethica ad Nicomachum, Graece,* Argentorati, 1540, 8.

——— *Aristotelis Politica, Graece,* apud Io. Lod. Tiletanum. Paris. 1540, 4. Insunt tantum in hac editione liber primus, secundus, & tertii pars, cum emendationibus & notulis marginalibus.

——— *Aristotelis & Xenophontis Ethica, Politica, Oeconomica, Graece.* Basileae, 1540, 8.

——— *Aristotelis de moribus, quae Ethica nominantur, ad Nicomachum filium libri decem, a* Ioachimo Perionio *latinitate donati, cum eiusd. commentariis.* Parisiis, ap. Tiletanum, 1540, 4. Cat. bibl. Augustan. p. 578.

1541 *Aristotelis Oeconomicorum libri duo, Graece.* Paris. 1541, 8. (ap. Neobarium) v. Maittair. T. III, P. II, pag. 325.

——— *Aristotelis Oeconomicorum libri II, Latine,* Bernardino Donato Veronensi *interprete,* ap. Iac. Bogardum. Paris. 1541, 8.

1541. 1542. 1543. *Aristotelis Ethica, cum Eustratii, Aspasii, Michaëlis Ephesii aliorumque explanationibus, Latine, per* Ioannem Bernardum Felicianum. Venetiis ap. h. Lucae Antonii Iuntae, 1541, fol. & Basileae 1542, fol. Editio recusa Parisiis ap. Io. Roigny, 1543, fol.

1542 *Aristotelis Ethicorum libri X, Latine*, Io. Bern. Feliciano *interprete, cum Raph. Volaterrani argumentis.* Venetiis per Hieronymum Scotum, 1542, 8.

1543 *Aristotelis de republica, qui Politicorum dicuntur, libri octo*, Ioachimo Perionio, Benedictino Cormoeriaceno, *interprete; accesserunt eius in eosdem libros observationes, & argumentum.* Paris. apud Tiletanum, 1543, 4.

——— *Aristotelis Stagiritae Politicorum liber primus*, Leon. *interprete, cum Raphaëlis Volaterrani argumentis.* Venet. ap. Hier. Scotum, 1543, 8.

1545 *Aristotelis de virtutibus libellus plane aureus, nuper quidem Graece inventus, iam vero primum per* Simonem Grynaeum *Latinitate donatus; cum exactiore quadam virtutum divisione per eundem.* Venetiis, 1545, 8.

1547 *Aristotelis de moribus ad Nicomachum libri X; Graece & Latine, a* Petro Victorio *editi.* Florentiae, apud Iuntas, 1547, 4.

1548 *Aristotelis Politica, Graece*, apud Vascosan. Paris. 1548, 4.

——— *Aristotelis de republica libri octo, Latine, a* Cornelio Valerio ab Auuater, Ultraiectino; ap. Vascosan. Paris. 1548, 8. Maittair. T. III, P. I, p. 406.

——— *Aristot. de rep. libri VIII, interprete & enarratore* Io. Genesio Sepulveda, Cordubensi. Paris. ap. Vascosan. 1548, 4. Repetita editio Coloniae in officina Birckmanica 1601, cui adiecti sunt Cyriaci Strozae de republica libri duo, Latine.

1549 *Aristotelis Politica ab* Iac. Lod. Strebaeo *e Graeco conversa;* ap. Io. Roigny; excud. Matth. David. Paris. 1549, 4. Ed. repet. ibid. 1550, 1554.

1551 *Aristotelis Oeconomica, Latine*, Gilberto Cognato Nozereno *interprete;* apud Guil. Morelium. Paris. 1551, 4.

1552 *Aristot. Ethica ad Nicomachum, Latine*, Ioach. Perionio *interprete, corrigente & emendante* Nicol. Gruchio. Apud Michaël. Vascosan. Lutetiae, 1552, 4.

1554 *Magnarum ethicarum disputationum libri duo, ex interpretatione* Viti Amerbachii, *cum enarrationis additae ab eodem liberioris totidem libris, & uno brevioris explicationis quinti libri Ethicorum, ac disputatione de usuris.* Basileae, ap. Io. Oporinum, 1554, 8.

1554. 1555. *Aristotelis de moribus ad Nicomachum libri decem; Graece, cum variantibus lectionibus Codd. tum Victorianorum, tum aliorum;* apud Adr. Turnebum. Paris. 1554, 4. Anno proximo prodierunt:

Aristot. de moribus ad Nicom. libri X; ita Graecis interpretatione recenti cum Latinis coniunctis, ut ferme singula singulis respondeant, in eorum gratiam, qui Graeca cum Latinis comparare volunt. Apud Adr. Turnebum. Paris. 1555, fol. Ad calcem: *excudebat & cum Graecis Latina coniungebat Guil. Morelius.*

1555 *Aristot. Ethic. ad Nicom. libri X, Latine,* Agyropylo *interprete; ad Graecum exemplar recogniti, & cum* Donati Acciajoli *commentariis editi ab* Antonio Francino. Paris. ap. I. de Roigny, 1555, fol.

s. a. *Aristotelis Politicorum liber primus, Gr. & Lat. cum commentario a* Michaële Toxite *confecto ex scholis* Io. Sturmii *matutinis.* Tiguri, apud Christ. Froschoverum, 8. s. a.

1556 *Aristotelis Ethicorum ad Nicom. libri X, Graece, cura* Ioannis Sturmii, *cum variis lectionibus in fine adiectis;* excudebant Wendelini Rihelii heredes. Argentorati, 1556, 8.

——— *Aristotelis Politicorum libri VIII, Graece, ex* Petri Victorii *recognitione;* apud Guil. Morelium. Paris. 1556, 4. Accedunt *Strozae Kyriaci* de republica libri duo, octo Aristotelis eadem de re additi. Gr. & Lat. Florentiae, ap. Iunt. 1562 & 1563, 4.

1558 *Aristotelis Politica,* Leonardo *interprete, cum* D. Thomae Aquinatis *explanatione; nec non Oeconomica, ex antiqua interpretatione.* Venetiis, ap. Iuntas, 1558.

1560. 1573. *Aristotelis de moribus ad Nicomachum libri decem, Graece & Latine, cum praefat.* Adr. Turnebi. Heidelbergae, 1560, 8. Ed. repet. Basileae apud Oporin. 1573, 8. 1592, 8.

1560 *Aristotelis de moribus ad Nicomachum libri decem, Graece, cum* Petri Victorii & Guil. Morelii *variantibus lectionibus;* ap. Guil. Morel. Paris. 1560, 4.

——— *Aristotelis Oeconomica, Graece;* apud Guil. Morelium. Paris. 1560, 4.

1565 *Aristotelis de moribus ad Nicom. libri X, Latine;* Dionysio Lambino *interprete; nunc de integro ab eodem*

recogniti ac correcti, cum eiusdem annotationibus; apud vid. Guil. Morelii. Lutet. 1565, 4.

1566 *Aristotelis de moribus ad Nicomachum libri decem, Graece, cum interpretatione & annotationibus* Dionysii Lambini, *nec non novis* Zuingeri *Scholiis; opera* Theodori Zuingeri. *Adiecta sunt fragmenta quaedam Pythagoreorum vetustissima, ex emendatione & versione* Gul. Canteri. Basileae, ap. Io. Oporinum 1566, 4. Versio Ethicorum Lambini eodem anno edita est Lutetiae apud vid. Guil. Morel. 1566, 4. Zwingeri editio recusa ibid. ap. Euseb. Episcopium, 1582.

1567 *Aristotelis de Politicis libri VIII, Latine,* Dion. Lambino *interprete*, ap. Io. Benenatum. Lutet. 1567, 4.

1571 *Aristotelis Ethicorum liber quintus,* M. Ant. Mureto *interprete.* Venet. ap. Marc. Amadorum, 1571, 8.

1574 *Aristotelis Politicorum libri octo, Graece,* apud Io. Benenatum. Paris. 1574, 4. Conf. Maittair. T. III, P. II, pag. 760.

1576 *Petri Victorii Commentarii in octo libros Aristotelis de optimo statu civitatis. Positis ante singulas declarationes Graecis verbis auctoris, iisdemque ad verbum Latine expressis. Accessit rerum & verborum memorabilium Index plenissimus.* Florent. apud Iunt. 1576, fol. (Bibl. Gotting.)

s. a. *Oeconomica scripta, quae exstant titulo Aristotelis, in sermonem Latinum conversa & explicata; adiunctaque eis interpretatio oeconomici libri Xenophontis; studio & opera* Ioach. Camerarii, Papebergensis. Lips. ap. Ern. Voegelin. 8.

1581 *Aristotelis Ethica ad Nicomachum, Latine, per* Samuel. Heilandum. Londin. 1581, 8.

—— *Politicorum & Oeconomicorum Aristotelis interpretationes & explicationes accuratae, nunc primum a filiis in lucem editae; auctore* Ioach. Camerario, Papebergensi. Francof. ap. Andr. Wechelum, 1581, 4.

1582 *Aristotelis Polit. cum commentariis* Dionysii Lambini & Petri Victorii Gr. Lat. Basileae, apud Episcopium, 1582, fol.

1583 *Aristot. Ethica Nicomachea, cum comment.* P. Victorii, *positis ante singulas declarationes Graecis verbis auctoris, iisdemque ad verbum Latine expressis.* Florentiae, ap. Iuntas, 1583, fol. (Bibl. Gotting.)

1584 *Ariſtot. Ethic. ſ. de mor. ad Nicom. libri X, Graece, emendati & Scholiis illuſtrati a* Petro Victorio. Francof. apud Andr. Wechel. 1584, 4.

1596 *Ariſtotelis Ethicorum ſ. de moribus ad Nicom. libri X, adiecta ad contextum Graecum interpretatione Latina* Dion. Lambini: *ſtudio & opera* Matthiae Bergii; *editio altera emendatior & notis auctior, ex ipſius Bergii recognitione.* Francof. ap. hered. Andr. Wecheli, 1596, 8. Priorem Bergii editionem equidem non vidi.

——— *Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum libri X, Graece & Latine, ab* Antonio Riccobono *converſi, & commentariis illuſtrati.* Francof. ap. hered. Andr. Wecheli, 1596, 8.

1597 *Ariſtotelis Politica, ab Antonio* Montecatino *Latine verſa & commentariis illuſtrata.* Ferrariae, 1597, fol.

1598 *Ariſtotelis Ethicorum Nicomachiorum libri duo, cum explicatione* Petri Martyris Vermilii; *& eiuſd. librorum Ethic. Nicom. libri X, cum Scholiis* Andreae Hyperii Flandri, & Rodolphi Goclenii *notis & lemmatibus logicis.* Lichae, 1598.

1601 *Ariſtotelis Politica, a* Petro Ramo *Latina facta, & dialecticis rerum ſummis breviter expoſita & illuſtrata.* Francof. ap. Claud. Marnium & hered. Io. Aubrii, 1601, 8.

1611 *Ariſtotelis Ethica* Gr. & Lat. interprete *Dion. Lambino.* Hanov. 1611, 12.

1621 *Ariſtotelis Politicorum libri VIII, Graece, cum perpetua* Dan. Heinſii *in omnes libros paraphraſi.* Lugd. Bat. ap. Elzevir. 1621, 8.

1632 *Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum libri quinque priores, Graece, cum nova interpretatione, comment. & quaeſtionibus* Tarquinii Gallutii, *Soc. Ieſ.* Pariſ. apud Sebaſt. Cramoiſy, 1632, fol.

1637. 1656. *Ariſtotelis Politicorum libri VIII, Graece,* Oberto Giſanio, *Icto, interprete, cum prooemio* Hermanni Conringii, *& in politica Ariſtot. introductione.* Helmſtadii, apud Iac. Lucium, 1637, 12. Recuſa eſt editio ibid. ap. Henning. Mullerum 1656, 4, ſed cum Petri Victorii verſione Latina. Adiecit etiam Conringius emendationum libellum, in quo bonae frugis multa occurrunt.

1660 ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ βιβλία δέκα, *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libri decem. Cum* Dionysii Lambini *versione Latina a* Matthia Bergio *interpolata. Accesserunt huic editioni loca parallela, singulorum capitum summaria & in paragraphos sectio. Cura* Samuelis Rachelii (Prof. quondam Helmstad.), *cuius etiam praemissa est in universam Aristotelis philosophiam moralem introductio.* Helmaestadii, typis Henning. Mulleri, 1660, 4. (Textus emendatus est secundum ed. Flor. Victorii & Sylburgianam.)

——— *Aristotelis Politica, cum notis & paraphrasi perpetua* Dan. Heinsii & Severi Christ. Olpii, Gr. & Lat. Ienae, 1660, 4.

1698 *Aristotelis Ethica ad Nicomachum*, Io. Argyropylo *interprete, cum comment.* Io. de Aguirre. Romae, ap. Anton. de Rubeis, 1698, fol.

1716 *Aristotelis Ethicorum Nicomacheorum libri decem, Graece, cum Latina versione* Dionysii Lambini, *curante cum notis* Guilielmo Wilkinson. Oxonii, e theatro Sheldoniano, 1716, 4. Editio nitidissima.

1776 Εκ των Αριστοτελους Πολιτικων περι της πολεως μαχαιρας. *Cum annotatione critica.* (Cura Fr. Wolfg. *Reitzii*, Professoris quondam Lipsiensis Graece doctissimi) Lipsiae, 1776, 8.

EDITIONES

Librorum de Arte dicendi, & libri de Arte poëtica.

1498 *Aristoteles de Mundo, Magna Ethica, Poëtica; Latine, cum multis aliis variorum opusculis*, Georgio Valla *interprete.* Venetiis, per Simonem Papiensem dictum Bevilaquam, ultim. Septembr. 1498, fol. Maittair. Annal. T. I, P. II, p. 661.

1504 *Aristotelis Poëtica, interprete* Georgio Valla Placentino; *Rhetorica, interprete* Francisco Philelpho; *Ethica Nicomachea, interprete* Ioan. Argyropylo Byzantino; *Oeconomica & Politica, interprete* Leonardo Aretino; *Moral. Magna interprete* Georgio Valla; *Introductorius de moribus, auctore Leon. Aretino;*

Hermogenis rhetorices compendium, interprete Hilarione, Veronenſi monacho: per Bernardinum Venetum de Vitalibus. Venet. 1504, fol. Maittair. Ann. T. II, P. I, p. 167.

1508 *Ariſtotelis Rhetorica & Poëtica, Graece*, in Rhetoribus antiquis Graecis (Vol. I.) ap. Aldum. 1508, 1509, Voll. II.

1515 *Ariſtotelis Rhetorica, Latine, cum* Aegidii Romani *commentariis.* Venet. 1515, fol. Catalog. libr. impr. Muſ. Brit. Vol. I, p. 94.

——— *Ariſtotelis ars poëtica, Latine,* Georgio Valla *interprete, cum Averrhois ſumma.* Venet. 1515, fol. Catal. bibl. Bodlei. Vol. I, p. 71.

1520 *Ariſtotelis de arte rhetorica libri tres, Graece*, ex officina Frobeniana per Hieronym. Frobenium & Ioannem Hervagium. Baſileae, 1520, 4.

1523 *Ariſtotelis Rhetorica ad Theodecten, interprete* Georg. Trapezuntio; *adiuncta quoque Rhetorica ad Alexandrum, ex interpretatione* Fr. Philelphi. Exſtant cum eiuſdem Georg. Trapezuntii *Rhetoricorum libris V.* &c. Venetiis ap. Ald. 1523.

——— *Ariſtotelis Rhetoricorum ad Theodecten,* Georg. Trapezuntio *interprete, libb. III. Eiuſdem rhetorices ad Alexandrum, a* Franc. Philelpho *in Latinum verſae liber.* In Collectione Rhetorum Latinorum apud Ald. & Andr. Aſulan. Socerum. Venet. 1523, fol.

1529 *Ariſtotelis de arte rhetorica libri III, Graece*, Baſileae, typ. Froben. 1529, 4.

1530 *Ariſtotelis de arte rhetorica libri tres, Graece.* Ex officina Gerardi Morrhii Campenſis ap. Collegium Sorbonae. Pariſ. 1530, 8.

1530. 1534. 1540. *Ariſtotelis Rhetoricorum ad Theodecten libb. III, Latine,* Georgio Trapezuntio *interprete; & Rhetorices ad Alexandrum lib. I, a* Franciſco Philelpho *in Latinum verſus*, impenſis Sim. Colinaei. Pariſ. 1530, fol. Edit. repet. ibid. apud eundem 1540, & Baſil. 1534, 8.

1536 *Ariſtotelis de Rhetorica libri tres; de eadem ad Alex. lib. I; de Poëtica; Graece;* in aedibus Bartholomaei Zanetti; aere & diligentia Io. Franc. Trincaveli. Venet. 1536, 8. Maittair. Annal. T. II, P. II, pag. 842.

1536. 1537. 1538. 1600. *Aristotelis Poëtica, Graece, & Latine seorsim*, Alexandro Paccio, Patricio Florentino, *interprete*, in offic. Christiani Wecheli. Paris. 1538, 8. Latinae versioni binae praeeunt epistolae, prior Guilielmi Paccii, Alexandri filii, ad Franciscum Campanum, Patavii V Cal. Martii 1536 data, qua hic indicat, versionem patris post ipsius mortem, Vincentii Magii, aliorumque doctissimorum virorum suasu, foras missam; posterior Alexandri Paccii, ad Nicolaum Leonicum Venet. V Id. Octobr. 1532 data, ex qua notandum, Alexandrum tribus vetustis admodum exemplaribus MStis, uno praesertim bibliothecae Vaticanae, adiutum fuisse, & consuluisse eum quoque Gasparum Contarenum, qui pluribus in locis versionem emendavit. Ceterum versio haec primum impressa est Venetiis apud Ald. 1536, 8; deinde etiam Basileae ap. Robert. Winter. 1537, 8, & Venetiis, 1600, 8, cum Averrhois Cordubensis paraphrasi. Conf. Catalog. bibl. Bodlei. I, pag. 71.

1539 *Aristotelis de arte rhetorica libri III, Graece, cum commentariis Anonymi.* Paris. apud Conr. Neobarium, 1539, fol.

1541 *Aristotelis de arte poëtica liber, Graece,* apud vid. Conradi Neobarii. Paris. 1541, 12.

1542 *Aristotelis de Poëtica liber, Graece & Latine,* Alexandro Paccio *interprete.* Paris. ap. Iacob. Bogardum, 1542, 12. Cat. bibl. Askew. p. 40.

1544 *Aristot. Rhet. libb. III, interpr.* Hermolao Barbaro. *Cum comment.* Dan. Barbari & Hermolai *Nepotis.* Lugduni, ap. Sebast. Gryph. 1544, 8.

——— *Aristotelis Rhetorica, Latine, cum comment.* D. Barbari. Venet. 1544, 4.

1545 *Aristotelis Rhetorica, ex versione* Hermolai Barbari & *cum* Dan. Barbari *commentario.* Basil. 1545, 8.

1546 *Aristotelis de arte poëtica liber, Graece.* Venet. 1546, 12. Catal. bibl. Askew. p. 40.

——— *Aristotelis de arte rhetorica libri III, Graece.* Basileae, ap. Isingrin. 1546, 8.

1547 *Aristotelis de arte rhetorica libri III, Graece,* apud Windel. Rihel. Argent. 1547, 8.

1548. 1549. *Aristotelis de arte rhetorica libri III ex versione Latina & cum commentario* Petri Victorii. Venet. 1548, fol. Repet. Basil. 1549, fol. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 120.

1548 *Aristotelis de arte poëtica liber, Graece & Latine, cum* Francisci Robortelli Utinensis *explicationibus; accesserc eiusdem in Horatii artem poëticam paraphrasis & explicationes de Satyra, Epigrammate, Comoedia, salibus, & Elegia.* Excud. Laur. Torrentinus. Florentiae, 1548, fol. Commentarius Robortelli Basileae postmodum apud Hervag. 1555 denuo impressus est. Vid. Morhof. Polyhist. T. I, p. 1004. Usus est Robortellus tribus libb. MStis, duobus quidem Mediceis, altero Politiani manu exarato, cui plurimum tribuendum, altero minoris pretii, licet multo vetustiori; praeter hos duos perantiquo Cod. in membranis descripto. Accessit his liber quartus, impressus (in Rhet. vet. Graec. apud Aldum), multis in locis emendatus ex vetustorum librorum fide. Appositae in eo fuerunt quoque lectionis varietates ab accurato doctoque homine his notis V. C. F. L. quibus *vetustum Codicem* & *Florentinam lectionem* significari putat Robortellus; maximam enim partem cum lect. Codd. Medic. conspirant.

1549 *Aristotelis Rhetorica, Graece, & seorsim Latine,* Hermolao Barbaro *interprete;* apud Vascosan. Paris. 1549, 8.

1550 *Aristotelis Rhetoricorum libb. III, ex versione* Consulti Chirii Fortunatiani, *castigatiores iam redditi opera* Petri Nannii Alemariani. Lovanii, 1550, 8.

——— *Aristotelis de Poëtica liber, cum Latina versione* Alex. Paccii, Vincentii Madii Brixiani, & Bartholomaei Lombardi *communibus explanationibus, ac propriis eiusdem* Madii *annotationibus.* Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1550, fol.

1551 *Aristotelis libri de arte dicendi, Graece, cum versione Latina* Hermolai Barbari & *comment.* Mart. Borrhaei. Basil. 1551, fol. Rep. 1555, fol. ibid. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 120.

1555 *Aristotelis de arte poëtica liber, Graece,* apud Guil. Morelium. Paris. 1555, 8. In fine haec: *Cum ve-*

tus exemplar manuscriptum, quod potissimum hoc edendo libello secuti sumus, multum dissideret ab excusis Codd. utque cuique sumendi, quod melius censeret, varietatibus cognitis potestas esset, visum est, non tantum eas lectiones iam typis vulgatas hic adnotare, verum etiam si quid noster antiquus liber habeat, quod non expresserimus, non praeterire.

1559 *Aristotelis de arte dicendi libri tres, Graece, cum variis lectionibus, partim e* Petri Victorii *commentariis, partim aliunde conquisitis;* apud Guil. Morelium. Paris. 1559, 4.

——— *Aristotelis de arte dicendi libri tres, Latine,* Hermolao Barbaro *interprete;* apud Thomam Brumenium; describebat Guil. Morelius. Paris. 1559, 4.

1560. 1573. *Aristotelis de Poëtica liber, cum Latina versione ad verbum, & copiosis commentariis* P. Victorii. Florentiae, in officina Iuntarum Bernardi filiorum, 1560, fol. In praefatione Victorius de Codice, quem tractavit, ita loquitur: *Videram ipse olim ac diligenter inspexeram volumen quoddam antiquissimum, in quo cum una cum aliis nonnullis bonis auctoribus fideliter scriptis hic etiam liber esset, nihilo melior illic ille multis locis, quam pervulgatus quilibet typisque excusus, erat; quare desperavi aliquid boni inde posse exspectari. Totum igitur me contuli ad lectionem communem diligenter spectandam, quam tamen arbitror me multis locis emendasse.* Repetita est editio ibidem a. 1573. Sunt etiam exempla, quae a. 1563 prae se ferunt.

1565. 1566. 1577. 1634. *Aristotelis libri III de arte rhetorica, Latine, interprete* Carolo Sigonio. Bononiae, apud Alexandrum Benatium, 1565, 4. Ed. rep. Rostoch. 1577, 8; Io. Caselio curante Helmstad. 1634, 8; & Venet. apud Iordan. Zilettum 1566, 8. Catalogue des livres imprimés de la bibliotheque du Roi. Vol. I, *Belles Lettres* p. 99.

1567. 1572. 1578. *Aristotelis libri de arte dicendi, Latine, per* Iac. Carpentarium. Paris. 1567, 4. Ibid. 1572, & 1578, 4.

1570 *Aristotelis Rhetoricorum libri III, in Latinum sermonem conversi & Scholiis brevioribus explicati a* Ioanne

Sturmio. Argentinae, apud Theodosium Rihelium, 1570, 8.

——— *Aristotelis Poëtica, Graece & Italice*, cum expositionibus per Lud. Castelvetrum. Basil. 1570, 4.

1572. 1591. *Aristotelis rhetorica, Graece & Latine, cum* M. Ant. Maioragii *commentariis*. Venet. 1572. Repet. ibid. 1591, fol.

1575 *Aristotelis de arte Rhetorica libri III, Graece*, Parisiis, apud Io. Benenatum, 1575, 4.

——— *Rhetoricae Aristotelis ad Theodecten libri III, quos* M. Ant. Maioragius *vertebat; eiusd. Aristot. lib. ad Alex. de rhetorica*, Fr. Philelpho *interprete, cum expositione* Ioannis Marinelli, Venetiis, ap. Io. Valgrisium, 1575, 8.

1579 *Aristotelis Poëtica Latine conversa ab* Antonio Riccobono. Venetiis, ap. Paul. Mejettum, 1579, 8.

——— *Aristotelis Rhetorica, interprete* Antonio Riccobono. *Cum eiusdem explanationibus*. Venet. ap. Paul. Mejettum, 1579, 8.

1579. 1588. 1606. *Aristotelis ars rhetorica, Graece, ab* Ant. Riccobono Rhodigino *Latine conversa; eiusd. Riccoboni explicationum liber, quo Aristotelis loca obscuriora declarantur. — Aristotelis ars poëtica ab eodem in Latinam linguam versa, cum eiusd. de re comica disputatione*. Venetiis, ap. Paulum Mejettum, 1579, 8. Editio rhetorices repetita, sed collata multis in locis Riccoboni versione cum Maioragii, Sigonii, Victorii & Mureti versionibus, Hanoviae apud Claud. Marn. 1606, 8, & Francof. 1588, 8, apud A. Wechelum.

1579 *Aristotelis Rhetorica ad Theodecten, cum commentariis* P. Victorii, *positis ante singulas declarationes Graecis verbis auctoris, iisque fideliter Latine expressis*. Florentiae, ap. Iuntas, 1579, fol.

1584 *Aristotelis liber de Poëtica, Graece, ab* Ant. Riccobono *Latine conversa & partitionibus ac notationibus illustrata*. Venetiis, ap. Fel. Valgrisium, 1584, 4.

——— *Aristotelis libri III de arte rhetorica*. Brixiae, apud Petr. Mariam Marchettum, 1584, 16.

——— *Aristotelis artis rhetoricae libri III; Rhetorices ad Alexandrum lib. I; de arte poëtica lib. I. Addita in fine varia locorum lectio, partim e probatioribus editio-*

nibus, partim e Petri Victorii *commentariis & aliorum virorum doctorum observationibus.* Francof. ap. her. Andr. Wecheli, 1584, 4.

1585 *Aristotelis artis rhetoricae libri III. Duos priores libros vertit* M. Antonius Muretus. Romae, 1585, 8.

1585. 1591. *Poëtica* Antonii Riccoboni, *Poëticam Aristotelis explicans, & nonnullas* Ludovici Castelvetrii *captiones refellens; eiusdem ex Aristotele ars Comica.* Vicetiae 1585, 4. Editio repetita Patavii 1591, 4.

1598 *Aristotelis artis rhetoricae s. de arte dicendi libri III, Graece, a* M. Aemilio Porto *nova interpretatione illustrati; item* Franc. Porti *in eosdem libros perpetui Latini commentarii.* Spirae, ap. Bernardum Albinum 1598, 8. Londini 1619, 4.

1610. 1611. *Aristotelis de Poëtica liber, Graece & Latine, ex versione & cum notis* Dan. Heinsii. Lugduni Batavorum, apud Io. Balduinum, 1610, 8. Repetita ed. ibid. ap. Elzevir. 1611, 8.

1613 *Aristoteles de arte poëtica, Graece & Latine, cum commentariis* Pauli Benii, *in quibus ad obscura quaeque decreta planius dilucidanda, centum poëticae controversiae explicantur.* Patavii, per Franciscum Bolzettum, 1613, fol. Benius etiam Platonis poëticam ex eius dialogis collegit. Editio repetita Venet. 1623. Catal. bibl. Bodlei. p. 71.

1619. 1696. *Aristotelis de Rhetorica s. de arte dicendi libri III, Graece & Latine, contextu Graeco ad exemplaria selectiora emendato, paraphrasi, ubi opus, intertexto; Graecis Latinisque etiam in particulas distinctis, margini interiori appositis locis auctoris ex ipso citatis vel ἐκ παραλλήλου similibus; exteriori appositis analytica methodo; editore* Theod. Goulston. Lond. 1619, 4. ap. Griffin. Editio recusa ibid. 1696, 4.

1623 *Aristotelis Poëtica, Graece & Latine ex versione* Goulstoni. Londini 1623, 4.

1624 *Aristotelis de Rhetorica libri III, interpretibus* Riccobono & Maioragio, *cum Graeco textu, & commentariis* P. Benii Eugubini. Venetiis, ap. Io. Guerillum, 1624. Tomi II, fol. Catal. bibl. Casanat. T. I, pag. 269.

——— *Aristotelis de Poëtica liber, cum versionibus* Paccii &

Riccoboni, *ac commentariis* P. Benii. Venet. ap. Io. Guerillum, 1624, fol.

1629 *Aristotelis libri de Rhetorica tres; de Poëtica unus; Graece & Latine;* Dan. Heinsio *huius*, Antonio Riccobono *illorum interprete, collatis inter se excusis aliquot exemplaribus recensiti & summa cura pristino nitori restituti;* ap. Io. Libert. Paris. 1629, 8.

1643 *Danielis Heinsii liber de Tragoediae constitutione.* Editio altera. *Accessit* Aristotelis liber de poëtica, *Graece & Latine, cum notis.* Lugdun. Batav. ap. Elzevir. 1643, 12. Vide Harles. praef. ad ed. Poëtices pag. 24.

1648 *Aristotelis Rhetorica, Graece & Latine,* Antonio Riccobono *interprete; editio postrema, a mendis, quibus scatebat, expurgata;* ap. Sebast. & Gabr. Cramoisy. Paris. 1648, 8.

1648. 1661. *Aristotelis de arte rhetorica libri tres, Graece & Latine editi, cura* Christophori Schraderi. Versio Latina duorum quidem priorum librorum est Antonii Mureti, tertii vero libri Antonii Maioragii. Helmaestadi, ap. Henning. Mullerum 1648, 4. Repet. ibid. 1661, 4; 1672, 4; & cum commentario inscripto, *de Rhetoricorum Aristotelis sententia & usu,* ibid. 1674, 4.

1689 *Aristotelis de arte dicendi libri III, Graece & Latine ex versione & cum explanationibus* M. Antonii Maioragii. Patavii, 1689, 4.

s. a. *Aristotelis de Rhetorica libri III, interprete* M. Anton. Maioragio, *cum eiusdem explanationibus.* Venet. ap. Franciscum Franciscium. fol. s. a.

1696 *Aristotelis de Poëtica liber; Graece, cum versione* Theodori Goulstoni, *notis Analyticis illustrata. Accedunt notae* Frid. Sylburgii, Dan. Heinsii & *aliorum,* quibus suas etiam tam impress. quam Mss. immiscuit Iac. Uptonus, editor. Cantabr. 1696, 8.

1728 *Aristotelis de Rhetorica seu arte dicendi libri tres, Graece & Latine. Contextu Graeco ad exemplaria selectiora emendato; Latino paraphrasi, ubi opus, intertexto; utroque in sectiones distincto; appositis locis auctoris, ex ipso citatis vel ἐκ παραλλήλου similibus, cum methodo analytica. Huic editioni accessere notae quaedam e* Victorii, Maioragii, *ac* Fabii Paulini *commenta-*

riis ſelectae; variae lectiones (ex ed. Morel. & Baſ.) *Indexque rerum memorabilium.* Cantabrigiae, 1728, 8.

1731 *Ariſtotelis Poëtica*, Gr. & Lat. Edinburgi 1731, 12.

1745 *Ariſtoteles de Poëtica. Graece, cum verſione* Theod. Goulſtoni, *& variantibus lectionibus.* Glaſguae 1745, 8. Editio nitidiſſima.

1759 ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΑ ΤΡΙΑ. ΕΚ ΘΕΑΤΡΟΥ ΕΝ ΟΞΟΝΙΑ ΕΤΕΙ ,αψνθ. (1759), 8. Cum notis & variis lectionibus ex edd. Camot. Baſil. & P. Victorii. Editio nitidiſſima.

1760 *Ariſtotelis de Poëtica liber, Graece & Latine, cum notis.* Oxoniae, e typogr. Clarendon. 1760, 8. Textus Graecus ſine accentibus impreſſus eſt.

1772 *Ariſtotelis artis rhetoricae libri tres. Graece. Ex aliquot editionum collatione.* Lipſiae, ſumtu Suikerti, 1772, 8. Curavit hanc editionem b. Reitzius, qui etiam Ariſtotelis Poëticam ibidem typis exprimi iuſſit.

—— Legitur quoque *Ariſtotelis liber de Poëtica* in Schützii, Viri Celeberrimi, Chreſtomathia Graeca, quae prodiit Halae 1772, 8, additis quibuſdam variis lectionibus.

1780 *Ariſtotelis de Poëtica liber, ex verſ.* Theod. Goulſtoni. *Lectionis varietatem e Codd. IV bibliothecae Mediceae, verborum Indicem & obſervationes ſuas adiunxit* T. Winſtanley. Oxoniae, ex offic. Clarend. 1780, 8.

—— *Ariſtotelis de Poëtica liber, Graece & Latine, ex recenſione & cum animadverſionibus* Theoph. Chriſtoph. Harles. *Accedunt notae Fried. Sylburgii.* Lipſiae, imp. Cruſii, 1780, 8.

1785 *Ariſtotelis de Poëtica liber &c. cum Praelectione, verſione & notis editoris* G. Cooke. Cantabr. 1785, 8.

EDITIONES

Librorum Ariſtotelis, qui ſuppoſititii habentur.

1519 *Ariſtotelis Theologia, ſive myſtica philoſophia ſecundum Aegyptios, noviter reperta* (Damaſci a Franciſco Roſſeo Ravennate), *& in Latinum caſtigatiſſime redditа a* Nicolao ex Caſtellanis *libris XIV.* Romae, ap. Iac. Mazocchium, 1519, 4. *Subiit animus,*

inquit Caſtellanus, *Romanae ecphraſeos toga donare, ne diutius tam praetioſus liber, tanquam a pyratis Graeco pallio exutus, ſagoque barbaro indutus, ob verecundiam publicum fugeret.* Verſione Caſtellani, in verbis & in orationis compoſitione, nihil eſt inſulſius.

1571 *Ariſtotelis Theologia, ſive myſtica philoſophia ſecundum Aegyptios, noviter reperta, libri XIV. Interprete* (ſeu potius paraphraſte) *Iocobo Carpentario*, Scholiiſque ab eodem illuſtrati. Pariſ. apud Iacob. du Puys 1571, 4.

*

1539 *Ariſtotelis de Plantis libri duo, Graece.* Exſtant in Geoponicis. Baſileae, 1539, pag. 494, & in ed. Opp. Theophraſti. Ibid. 1541, fol.

*

1562 *Ariſtotelis liber de Pomo*, (Commentum Chriſtiani vel Iudaei ſcriptoris, a Manfredo Tarentinorum principe, aliiſque Ariſtoteli tributum), quem ex lingua Arabica primum Hebraice vertit *Abraham Bar Chaſdai*, Levita, Archirabbinus Barcinonenſis, D. Kimchii aequalis (fl. ſec. XII). Prodiit liber Hebraice ſub titulo, *Sepher Hattapuach*, i. e. *liber pomi*, cum Tiqqun Middoth Hannepheſch R. Schelomonis ben Gavirol. Rivae Tridenti, 1562.

*

Ariſtoteles de perfecto Magiſterio & de practica lapidis philoſophici ad Alexandrum. Exſtat in Theatro Chemico, Argentorati, 1659, T. III, p. 76; T. V, pag. 787; inter Scriptores de Alchymia Guil. Grataroli (Baſileae, 1561.) T. I, pag. 188; in Arte Aurifera (Baſileae, 1610.) T. I, pag. 232; & in bibliotheca Chemica Mangeti (Genevae, 1702.) Tom. I, p. 638.

*

Ariſtotelis epiſtolae ſex, tres ad Philippum, *binae* ad Alexandrum, & *una* ad Theophraſtum. Exſtant inter epiſtolas Graecas, collectas ab Aldo Ma-

nutio, Venetiis, 1499; & *Gr. Lat.* inter eaſdem collectas a Iac. Cuiaccio, Aurel. Allobrog. 1606, pag. 314; *Latine* denique, cum Apophthegmatis ex variis auctoribus decerptis, & teſtamento ex Diog. Laërt. lib. V, in Hiſt. philoſ. Th. Stanleii, Lipſiae, 1711, pagg. 421, 424, 425, 440. Tres epiſtolae Ariſtotelis Graece leguntur in Encyclopaed. Io. Patuſae Venet. 1710, Tom. I, p. 186. Inſertae ſunt quoque cum ceteris, recentioribus omnium Operum Ariſtotelis editionibus Graeco-Latinis, ut Caſaubonianae & Duvallianae.

1615 *Ariſtotelis epiſtolae, quae exſtant. Cum duabus Philippi Macedonis, & una Alexandri Magni, Phil. fil.* Lubecae ex offic. typogr. Io. Albini, 1615, 4.

1675 *Ariſtotelis epiſtola ad Alexandrum M. qua univerſam ſuam philoſophiam retractat*, (a nugacibus Rabbinis conficta) *Hebraice & Latine*, exſtat in Bibliotheca Rabbinica Iulii Bartholoccii. Romae, 1675. T. I, pag. 476.

✲

Ariſtotelis liber de Gemmis, & liber de Alchymia; Arabice impreſſi, per Congregationem de propaganda fide, laudantur apud Labbeum bibl. nov. MSS. p. 255. Cf. Io. Dominici Veruſii elenchum libr. impr. typis Congr. de f. p. pag. 238.

✲

Alexander Achillinus, Medicus ac philoſophus, Bononiae a. 1516, fol. in lucem emiſit opus ſepriſegmentatum, in quo reperiuntur: 1) *Ariſtotelis Secretum ſecretorum ad Alexandrum M. de regum regimine, de ſanitatis conſervatione, de phyſiognomia* &c. cum prologo Ioannis, (qui tranſtulit librum) filii Patricii. 2) *Ariſtotelis* (Theophraſti potius) *de ſignis aquarum, ventorum, tempeſtatum.* 3) Eiuſd. *de mineralibus.* 4) Alexander Aphrodiſienſis de intellectu. 5) Averrhoës de beatitudine animae. 6) Alexander Achillinus Bononienſis de univerſalibus. 7) Alexander Macedo in Septemtrionem Monarcha de mirabilibus Indiae ad Ariſtotelem. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 168.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

*

1566. 1571. *Pepli fragmentum*, ſive heroum Homericorum epitaphia, Graece, cum Latina verſione & notis Guil. Canteri. Adiecta ſunt propter argumenti ſimilitudinem Auſonii epitaphia heroum, qui bello Troiano interfuerunt. Baſileae per Th. Guarinum, 1566, 4; & Antwerpiae apud Chriſt. Plantin. 1571, 8. Exſtat in eiuſdem Canteri Novis lectionibus pag. 18. Cf. Brunckii Analect. T. I, p. 183, & T. III, p. 34.

*

Ariſtotelis Scolion in Hermiam, Atarnenſium tyrannum. Vide ſupra pag. 7 ſqq. Exſtat etiam in collectione Poëtarum Graecorum vett. Colon. Allobrog. 1606, p. 135.

*

1536. 1537. *Dicta notabilia ex libris Ariſtotelis excerpta.* Venetiis ap. Io. Patavinum 1537, 8. Ibid. in offic. D. Bernardini, 1536.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

VERSIONES

LIBRORUM QUORUNDAM ARISTOTELIS

Hiſpanicae, Italicae, Gallicae, Anglicae, Germanicae.

HISPANICAE.

1626 — 1630. Ariſtotelis Opera omnia e Graeco in ſermonem Hiſpanicum tranſtulit Vincentius Marinerius Valentinus, regis Hiſpaniae bibliothecarius & interpres. Sed iſta verſio, quantum conſtat, lucem non vidit. Aſſervatur ea manuſcripta & typis parata in bibliotheca Madritenſi, accuratiuſque deſcripta eſt ab Iriarte in Catal. Vol. I, p. 515. Divifit eam auctor in tres ſectiones. 1) *La Logica de Ariſtoteles Stagirita Prìncipe de los philoſophos traducida del texto Griego en lenguaje Caſtellano* (adeoque non in ſermonem Baeticum, ut voluit Nicolaus Antonius in Indice operum Marinerii) *por el Maeſtro Vicente Marinerio.* Haec ſectio totum Organon complectitur. 2) *La philoſophia de Ariſtoteles* — Hac ſectione continentur libri argumenti phyſici, Parva Naturalia & Metaphyſica. 3) *Los libros de la hiſtoria de los animales, y los de las partes de los animales, y de las cauſas dellas, y los de la generacion de los animales.* 4) *La arte de Rhetorica de Ariſtoteles; La Rhetorica, que Ariſtoteles dedicó a Alexandro Magno; El libro de la Poëtica de Ariſtoteles.* Conſumſit Marinerius in hac verſione conficienda annos quinque inde ab a. 1626 — 1630.

1621 Ariſtotelis libri de hiſtoria animalium in ſermo-

НБ ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

nem Hiſpanicum translati ſunt a *Diego de Funes.* Valent. 1621, 4.

1626. 1633. *La Poëtica de Ariſtoteles, dada a nueſtra lengua Caſtellana. Por Don Alonſo Ordonnez das Seyjas y Tobar, Sennor de San Payo.* a. 1626. En Madrit. 8. — Falſo tribuit Fabricius B. Gr. Vol. II, p. 124, verſionem Poëtices Ariſtotelicae Hiſpanicam *Ioſepho Antonio Gonzalezio de Salas.* Is quidem eam non vertit, ſed commentarium tantum in illam edidit, qui inſcribitur: *Nueva Idea de la Tragedia antiqua o Illuſtracion ultima al libro ſingular de Poëtica de Ariſtoteles Stagirita. Por Don Iuſepe Antonio Gonzalez de Salas. En Madrit.* 1633, 4. Laudatur commentarius ab Iriarte p. 367, & in Catal. des liv. imprim. de la bibliotheque du Roi de France, T. I, *Belles Lettres* pag. 249. Recuſus eſt nuper duobus Voll. Madrit. 1779, 8.

1778 *La Poëtica de Ariſtoteles dada a nueſtra lengua Caſtellana por Don Alonſo Ordonnez — Annadeſe nuevamente el texto Griego, la Verſion Latina, y notas de Daniel Heinſio, y las del Abbad Batteux, traducidas del Frances: y ſe ha ſuplido y corregido la traduccion Caſtellana por el Lic. Don Caſimiro Florez Canſeco.* Madrit. 1778, 8. Additae ſunt huic verſioni variae lectiones e Codd. bibliothecae Scorialenſis.

GALLICAE.

—— Organi interpretationem Gallicam, auctore *Phil. Canajo de Fraxinis* memorat Fabric. B. Gr. Vol. II, pag. 117.

1570 *Les Problemes d'Ariſtote, traduits en François,* à Lyon, 1570, 8.

*

1488 *Les Ethiques d'Ariſtote, en François* (par *N. Oreſme*). Paris. 1488, fol. Labbé bibl. nov. MSS. p. 349.

1553 *Les Ethiques d'Ariſtote, traduits du Grec en François, par P. L.* Paris. 1553, 4.

1578 *Les Ethiques d'Ariſtote, par P. de Tyard.* Paris. 1578, 4.

1644 *La Morale d'Ariſtote, traduction nouvelle, par Catel.* Toloſe. à Paris. 1644, 4.

✲

1489 *Le livre des Politiques d'Ariſtote* (traduit par *Nicolas Oreſme*, Doyen de l'egliſe de Rouen.) Paris. 1489, fol.

1568 *Les Politiques d'Ariſtote, eſquelles eſt montrée la ſcience de gouverner le genere humain en toutes eſpeces d'eſtats publiques; traduites du Grec en François par Loys le Roy, dit Regius.* Paris. 1568, 4. Ed. alt. 1576, fol. In tertia a. 1600 acceſſit verſio libri noni & decimi Politicorum, quos Graece compoſitos a Cyriaco Stroſſa in Gallicum ſermonem tranſtulit Fridericus Morelius.

✲

1497 Trois traités, *le Gouvernement des princes compoſé par Ariſtote pour Alexandre*, traduit du Grec par *Philippe*; le treſor de nobleſſe, préſenté au Roi Charles VIII; & les fleurs de Valere le Grand, qui parlent des faits des Romains, trad. par *Simon de Hedin.* Paris. chez Ant. Verard. 1497, fol.

ſ. l. & a. *Le gouvernement des princes, traduit du Grec d'Ariſtote en François, par le docteur Philippe.* ſ. l. & a.

✲

1544 *Les Oeconomiques d'Ariſtote traduites par Gabriel Bounin.* Paris. 1544. Maittair. Annal. T. III, P. II, pag. 588.

1600 *La Mesnagerie d'Ariſtote & de Xenophon, trad. du Grec par Eſtienne de la Boetie.* à Paris. 1600, 8.

✲

1768 *Lettre d'Ariſtote en Grec ſur le ſyſteme du monde, avec la traduction Françoiſe & des remarques par Mr. l'Abbé Batteux.* Paris. 1768, 8.

✲

1608 *La Rhetorique d'Ariſtote, en François, par I. du Sin.* Paris. 1608, 8.

1624 *La Rhetorique d'Ariſtote, en François par Rob. Eſtienne.* à Paris. 1624, 8.

1630 *La Rhetorique d'Ariſtote; les deux premiers livres traduits du Grec en François par le feu Sieur Robert Eſtienne poëte & interprete du Roy es langues Grecques & Latines; & le troiſiesme par Robert Eſtienne ſon neveu Advocat en Parlement.* à Paris. 1630, 8. De auctore huius verſionis vid. Maittair. T. III, P. II, pag. 895.

1675 *La Rhetorique d'Ariſtote en François, traduction nouvelle, par F. Caſſandre.* Paris. 1675, 12. Ed. repet. Amſtelodam. 1698, 8.

*

1671 *La Poëtique d'Ariſtote, traduite du Grec par le Sieur de Norville.* Paris. 1671, 12.

1692 *La Poëtique d'Ariſtote, traduite en François avec des remarques, par André Dacier.* Paris. 1692, 4. Amſterdam. 1733, 8.

1771 *Les quatre poëtiques d'Ariſtote, d'Horace, de Vida & de Boileau, par l'Abbé Batteux.* Paris. 1771, 8.

*

1647 Reflexions ſur la Poëtique d'Ariſtote & ſur les ouvrages des poëtes anciens & modernes: par le *P. Rapin.* à Paris. 1647, 12.

1675 Remarques ſur les nouvelles reflexions touchant la Poëtique: par le *P. Vavaſſeur.* Paris. 1675, 12. Cf. Bayle Dict. T. II, p. 934.

ITALICAE.

1786 *Curioſi Problemati filoſofici, ſcelti da quelli, che Ariſtotele intitolo*, delle coſe naturali, *da Tommaſo Vincenzo Falletti.* 1786, 8.

*

1551. 1558. *La Phiſica di Ariſtotile, per Antonio Brucioli.* Venez. 1551, 8. Ed. alt. 1558, 8.

*

1550. 1551. *L'Ethica d'Ariſtotile tradotta in lingua Fiorentina & comentata per Bernardo Segni.* Firenze, 1550, 4. Vinegia, 1551, 8.

1568 *L'Ethica d'Ariſtotile ridotta in compendio da Ser. Brunetto Latini.* Et altre traduttioni, & ſcritti di quei

tempi. Con alcuni dotti auuertimenti intorna alla lingua. Lione, 1568, 4.

1734 *L'Ethica d'Ariſtotile, e la Rettorica di M. Tullio aggiuntovi il Libro de' Coſtumi di Catone, Volgarizzamento antico Toſcano.* Firenze, 1734, 4.

*

1547 *Gli otto libri della Republica, che chiamono Politica di Ariſtotile, tradotti di Greco in vulgare Italiano per Antonio Brucioli.* Venetia, 1547, 8.

1549 *Trattato dei governi di Ariſtotile tradotto di Greco in lingua vulgare Fiorentina da Bernardo Segni.* Firenze, 1549, 4.

1578 *La Politica di Ariſtotile ridotta in modo di Parafraſi da M. Antonio Scaino da Salo.* Roma, 1578, 4.

1591 *Dello ſtato delle republiche ſecondo la mente di Ariſtotele con eſſempi moderni Giornate otto, e CCXXII avertimenti civili di M. Nicolò Vito di Gozzi.* Venetia. Ald. 1591, 4.

*

1548 *Tradottione antica de la Rettorica d'Ariſtotile, nuevamente trovata.* Padova, 1548, 8.

1549 *Rettorica e Poëtica d'Ariſtotile tradotte di Greco in lingua volgare Fiorentina da Bernardo Segni.* Firenze, 1549, 4.

1565 *Copioſiſſima parafraſe di M. Aleſſandro Piccolomini nel primo libro della Rettorica d'Ariſtotile.* Venet. 1565, 4.

1570. 1732. *Rettorica d'Ariſtotile fatta in lingua Toſcana dal Commend. Annibal Caro.* Venetia, 1570, 4. Accreſciuta d'una prefazione da *Biagio Schiavo.* Venezia, 1732, 8.

1570. 1576. 1582. *Poëtica d'Ariſtotile vulgarizzata, & ſpoſta per Lodovico Caſtelvetro.* Vienna d'Auſtria, 1570, 4. Recuſa Baſil. 1576, 4, & 1582. Verſionem poſt mortem auctoris editam eſſe, e Morhofii Polyhiſtore refert Harleſius V. Cl. praef. ed. Poëtic. Ariſtot. p. 32; minus recte: nam obiit Caſtelvetrius demum a. 1571. Ceterum cf. de eius verſione & commentario Menagian. T. I, p. 211, Gaddius de Scriptt. non eccleſiaſticis T. I, pag. 122, & Bentleii prolegom. ad apolog. diſſertat. de epiſt. Phalar. p. 102.

1575 *Annotazioni di M. Aleſſandro Piccolomini nella Poëtica d'Ariſtotele, con la Traduttione in lingua volgare.* Vinegia, 1575, 4. Praeierat iam alia editio a. 1572, 4.

1588 *Poëtica di Iaſon Denores, nella qual ſi tratta ſecondo l'opinion d'Ariſtotele della tragedia, del poëma heroico & della comoedia.* In Padova, 1588, 4.

1642 *Poëtica d'Ariſtotele tradotta dal Greco nell' Italiano da Ottaviano Caſtelli.* Roma, 1642, 12.

1732 *La Poëtica d'Ariſtotile, tradotta da Annibale Caro.* Venet. 1732, 8.

ANGLICAE.

1745 Ariſtotelis Meteorologica Anglice translata ſunt ab *Edmund Pargiter.* Lond. 1745, 4.

*

1607. 1680. *The problems of Ariſtotle and other philoſophers and Phyſicians.* London. 1607, 12. 1680, 12.

*

1674 *Rimeri* verſionem Anglicam libri Ariſtotelis de Arte poëtica cum Rapini obſervationibus Londin. 1674, laudant Harleſius in praef. & Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 124.

1686 *Rhetoricorum* verſionem Anglicam, editam Londini 1686, 8, memorat Fabricius B. Gr. II, p. 121.

1775 *Ariſtotle's Poëtic. Or. Diſcurſes concerning Tragic and Epic imitation. Translated from the Grec into Engliſch.* London. 1775, 8.

1788 *The Poëtic of Ariſtotle, translated from the Greek with notes. By Henry Iames Pye.* London. 1788, 8.

1789 *Ariſtotle's treatiſe on Poetry, translated; with notes on the translation, and on the original; and two diſſertions on poëtical and muſical Imitation. By Thomas Twining.* London. 1789, 4.

*

1702 Libri Ariſtotelis, *Secreta ſecretorum*, verſio quoque Anglica prodiit Londini 1702, 8.

GERMANICAE.

1512 *Ein büchlin, das durch die natürlichen maiſter Ariſtotilem. Avicennam. Galienum. Albertum und andern*

von mancherlay ſeltzamen wunderlichen fragen beſchrieben. und der menſchlichen natur gar nutzlich zu wiſſen iſt. und hayſt Propleumata Ariſtotilis. Getruckt zu Augspurg von Froſchauer a. 1512, 8. (Bibl. Gotting.)

1666 *Ariſtotelis Problemata. Das iſt: Gründliche Erœrterungen und Auſſlœſungen mancherley zweyffelhafftiger Fragen deſs Hochberühmten Ariſtotelis, und vieler anderen berühmten Naturerkundigern.* Baſel, bey Emanuel Kœnig, 1666, 8.

1675 Germanice verſa & explanata occurrunt Ariſtotelis Problemata in *M. Gottfried Voigts neuvermehrten phyſikaliſchen Zeitvertreiben, darinn 300 auserleſene luſtige anmuthige Fragen aus dem Buche der Natur beantwortet werden.* Roſtock, 1675.

*

1774 Libri ſecundi Oeconomicorum Ariſtotelis verſio Germanica reperitur in libro inſcripto: *Abhandlungen aus dem Finanzweſen von C. F. Hugo.* Berlin, 1774, 8.

*

1753 *Ariſtoteles Dichtkunſt, ins deutſche überſetzt, mit Anmerkungen und beſondern Abhandlungen verſehen von Michael Conrad Curtius.* Hannover, 1753, 8.

НБ ОНУ ім. І.І.Мечникова

DE

LIBRORUM ARISTOTELIS

INTERPRETIBUS.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

DE
LIBRORUM ARISTOTELIS
INTERPRETIBUS.

Dedimus recenſum ampliſſimum tam Codicum librorum Ariſtotelis, qui notatu digni in bibliothecis deliteſcunt, quam editionum typis impreſſarum: qua tamen opera officio noſtro, eorum enarrationem inſtituendi, quae ad illuſtranda Ariſtotelis ſcripta ab eo inde tempore, quo in lucem illa demum protracta fuerunt, varia & multiplex virorum doctorum cura adhuc contulit, nondum ſatisfactum eſt. Utique neceſſe erat, ut ab elencho Codicum & editionum rem exordiremur, quo magis conſtaret, cum quid recentiores potiſſimum librorum Ariſtotelis critici & editores praeſtiterint, & quibus laboribus hodiernus eorum ſoſpitator, utpote per alios iam exhauſtis, haud immerito forte ſuperſedeat, tum quaenam adminicula qualiacunque ad textus emendationem & explanationem aut in editionibus in promtu ſint, aut hic illic in libris manu exaratis diſperſa, data opportunitate, in uſum converti poſſint. Iam vero exſtant etiam innumeri & veterum & recentiorum in Ariſtotelis ſcripta commentarii, quorum paucìſſimi ipſis horum editionibus adiuncti, plurimi ſigillatim emiſſi ſunt. Qui quamvis maximam partem, praeſertim ad noſtri ſeculi indolem & conditionem ſi reſpicias, leviſſimi pretii & ita comparati ſint, ut a noſtris hominibus nullus fere fructus inde ſperari poſſit; ſuperſunt tamen inter illos praeclaris dotibus eximii, adeoque minime negligendi. Etenim iam ſupra monui, textum Ariſtotelicum,

qualem habemus constitutum, non soli editorum industriae omnino, sed pluribus commentariorum quoque auctoribus, eorumque in philosophiam & doctrinam Aristotelicam studiis aliquatenus deberi; quorum igitur simul rationem habendam esse patet, si cui textus fata, &, quas ille subinde expertus est, mutationes, recte cognoscere & diiudicare animus fuerit; & quod ipsam librorum Aristotelis explicationem attinet, varias eorum editiones adeunti statim in oculos incurret, Scholia in illis Aristotelis verbis adspersa, aut textui subiecta vel annexa, ex uberioribus virorum doctorum, praecipue interpretum Graecorum, commentis haud raro depromta esse, & editores plerumque in omni, quem secuti sunt, commentandi modo, ad celeberrimorum interpretum, sive aequalium, sive etiam antiquiorum, exemplum se composuisse: quamobrem, ut optimorum & felicissimorum interpretum Stagiritae notitia instructus sis, eo magis requiritur, quo certius illorum scripta diligenter evolvendo & excutiendo librorum summi philosophi lectio adiuvari potest, & quo saepius ad eadem superiores horum editores provocarunt, hodiernumque adeo provocare necesse est. Praeterea omnis utilitas, quam accuratior cognitio optimorum & veterum & recentiorum commentatorum in Aristotelis libros affert, ne eo quidem solo continetur, Cum enim per plura secula nullo alio viri docti magis essent occupati, quam explicandi placita Aristotelica, & cum aliorum, maxime Platonis, opinionibus aut conciliandi, aut adversus has, omniumque adversariorum tela stabiliendi studio; quod etiam commentariorum in ea molem tantopere auxit, totque librorum Stagiritae interpretationes variis consiliis varie adaptatas peperit; ex interpretum Aristotelis & commentariorum ab illis concinnatorum elencho ipsa totius philosophiae historia lucis haud parum lucratur. Respectu denique ad *interpretandi artis* initia, perfectionem & diversitatem habito, commentariorum in Aristotelis libros diligentior enumeratio fructum praebet minime contemnendum. Vix ullum est interpretationis genus, vix ullus paraphraseos, definitionis, explicationis modus, quem ad libri alicuius Aristotelici dilucidationem a quopiam non usurpatum reperias. Apparent simul causae, cur in varia illa inter-

pretationis genera paulatim inciderint librorum, quos antiquitas tulit, enarratores; ipsaeque rationes veteres scriptores illustrandi inter nos passim vigentes non omnino sint laudabiles, & vitiis adhuc laborent pluribus, saepissime eo, ut in commentariis coacerventur aut supervacanea, licet nonnunquam erudite proposita, aut a consilio editori proxime ineundo prorsus abhorrentia, contra in iisdem praetermittantur, quibus lectores aegerrime careant.

Cur ex antiquitatis monumentis Aristotelis libri plurimos exercuerint interpretes, huius quidem rei rationes partim ab illorum librorum habitu, partim aliunde repetendae sunt. Primus fuit Aristoteles, qui de rebus divinis humanisque a prioribus philosophis tradita & praecepta congereret, & quae in iis severo iudicio subactis inesse putaret vera, ea adaucta multis proprio ingenii acumine repertis & inventis ad capita quaedam certis limitibus circumscripta revocaret. Seriores igitur Peripatetici, praesertim qui publice vel Athenis vel Alexandriae vel alibi philosophiam docuerunt, tum in ipso studiorum suorum cursu, tum maxime in familiarium institutione ad Aristotelis libros semper redire & in doctrinas in his propinatas curiosius inquirere coacti erant: praesertim cum pleraque Aristotelis scripta non vivo eo, nec statim post eius obitum publici iuris facta essent, & discipuli, quos ipse philosophus erudierat, priores Peripatetici vulgo dicti, magnopere a praeceptore dissensissent; ipsis tandem libris Aristotelicis e squalore & tenebris, quibus diu oppressi latuerant, erutis & foras emissis, vera demum & unica philosophiae Peripateticae quasi norma & lex in medium prolata esset. Et facile quidem nunc intelligitur, simulac Aristotelis libros penitius excutere & diligentius interpretari coepissent viri docti, cur tanta in eos commentariorum seges paulatim succresceret. Aristoteles maximam placitorum partem summa cum orationis parsimonia adumbravit magis, quam exposuit, missis omnino aut leviter tantum tactis, quae illis amplius illustrandis finiendisque inserviissent; solet enim breviissima via procedere absque ulla in adhaerescentes agellos digressione; quem differendi modum propterea secutus esse videtur, quod libros in familiarium usum scripsit, iam antea philosophiae scien-

tia ita a se instructorum, ut fusiori enarratione illis non opus esset. Accesserunt multarum rerum a philosopho in scriptis suis tractatarum novitas, ipsius sermonis Aristotelici obscuritas, obviae etiam innumerae voces aut ambiguae, aut plane novae, aut insolita & peculiari significatione adhibitae: quamobrem plurima Stagiritae asserta, quibusque nituntur rationes, variam interpretationem admittunt; possunt vel in hunc vel in alium sensum inflecti, per interpretis adeo studium aut ignorantiam in falsum, cum aliqua tamen veri specie, detorqueri. Antiquiorum vero Graecorum philosophemata a Stagirita examini subiecta, cum iure suo hic ratum haberet, se, licet non nisi verbo ea perstringentem, a discipulis & aequalibus, perlegendis memoriaeque infigendis vetustissimorum Graeciae sapientum carminibus & libris haud mediocrem operam tribuere solitis, facile intellectum iri, ea quoque tam frustillatim, tam parum diserte & luculenter scriptis suis intertexuit, ut serioribus temporibus, quibus antiquissimae eruditionis Graecae monumenta aut iam deleta erant, aut rarius nec sine magno pretio comparari poterant, uberior eorum dilucidatio omnium philosophiae studiis addictorum votis efflagitari deberet. Igitur patet, quomodo vel ipsa librorum Aristotelicorum indole effici potuerit, ut seriores Peripatetici commentariis eos explicare instituerent: quod autem cum semel tentassent, experientia instituti utilitatem approbante, unum commentarium mox alter excepit. Reliquerant enim primi interpretes ulterius desideranda: quare lacunas explere, &, quae deficerent, addere, alii conati sunt; donec eo perventum est, ut ex ipsa commentariorum multitudine nova multitudo oriretur; id quod ab eo potissimum tempore fieri coepit, quo philosophia Aristotelica ubique regnabat.

Sunt praeter ipsam librorum Aristotelis indolem & alia, quae in eos commentandi consilium vel potius pruritum excitarent. Posteriores Aristotele philosophi, non propria ingenii vi suoque ausu naturae adyta intrantes, sed aliorum auspiciis ducti, aut amplexi sunt, quae uni vel alteri priorum philosophorum placuerunt, aut disceptando super illis otium consumsere, aut apis matinae more modoque e variis antiquiorum de rerum

natura commmentis, inter se, mira nonnunquam arte, coniunctis, mixtam aliquam philosophiam effinxerunt. Ne tamen philosophiae expolitioni, & suae ipsorum gloriolae omnino deessent, praesertim si doctrinas philosophicas ex munere ipsis mandato publice profiterentur, librorum argumenti philosophici ab antiquioribus scriptorum expositiones & paraphrases concinnarunt. Invaluit etiam mos, ex quo philosophiae doctores non tam suas opiniones cum auditoribus communicarent, quam veterum potius scripta, & ex his praecipue Platonis & Aristotelis libros, in discipulorum corona interpretarentur. In commentariis, quos Alexandri Aphrodisiei, Porphyrii, Ammonii Hermeae, Simplicii, Syriani, aliorum, in Aristotelis libros habemus, diserte allocutio fit ad auditores, ita ut manifesto appareat, istos commentarios non nisi praelectiones fuisse, libros Aristotelis publice interpretandi causa institutas. Proprietas adeo seculi Ptolemaeorum, &, quae illud subsecuta sunt, temporum omnino, ad commentariorum in veteres scriptores atque etiam in Aristotelem copiam multum contulit. Nam instructis regum munificentia magnis illis bibliothecis Alexandriae & Pergami, conditis etiam aliis Rhodo & Athenis, privatorum quidem opibus, cum liceret viris doctis adire illas, accidit, quod etiam nostra aetate in locis, ubi magnae asservantur bibliothecae adituque faciles, accidere videmus, ut homines minus meditando, quam varios & multos legendo libros ingenium formare, eruditionemque sibi comparare anniterentur, utque docti viri dignitas & laus a literarum studiis captanda non ex eo penderet, quam experienter & subacte, quam acute, quam ingeniose aliquis scripsisset, sed quot libros se evolvisse aut excerpsisse prodidisset. Vix autem meliorem opportunitatem nanciscì poterant viri docti variam lectionis copiam prae se ferendi, quam qualem commentandi in veteres scriptores, praesertim in Aristotelem, consilium subnatum illis offerret.

Ut commentarios omnes ac singulos tam veterum, quam recentiorum, in Aristotelis libros persequar, quemadmodum & quam bene & recte illi instituti contextique fuerint, a me nemo postulabit. Minimam eorum partem mihi inspicere contigit, & superat quoque unius

eiuſdemque hominis vires & aetatem, omnes ac ſingulos ita excutere, ut iudicium ferre certum ille valeat. Neque hoc laboris & ſtudiorum genus ſatis magno fructu commendatur, cum permultis commentariis, ut iam dixi, nos quidem uti plane nequeamus, quoniam ſtolidi illi, inepti, nugiſque tantum grammaticis & ſcholaſticis referti ſunt. Igitur variarum interpretandi rationum, quotquot in celeberrimis maximeque uſu tritis Graecorum, Arabicorum, & Latinorum interpretum commentariis obſervari poſſint, brevi deſcriptione praemiſſa, non niſi praecipuos interpretes, eorumque ſcripta huc pertinentia laudare ſatis habui. Cum tamen iidem ſaepenumero plures ſimul Ariſtotelis libros explanaverint, ne eadem repetere neceſſe eſſet, nullo nec ad librorum Ariſtotelis ordinem ſeriemque, nec ad interpretum aetatem reſpectu habito, ſingulos interpretes ordine alphabetico, & primo quidem loco Graecos, altero Arabicos, poſtremo Latinos recenſere placuit. Lectoribus autem ut fieret poteſtas uno obtutu perſpiciendi tum diverſam interpretum aetatem, qua quiſque vixerit, tum quinam eorum hunc vel illum Ariſtotelis librum commentariis illuſtraverint, duas adieci tabulas, quarum una interpretum nomina ordine chronologico exhibet, altera ſingulorum librorum Ariſtotelis interpretes enumerat.

Praeter poëtarum carmina omnis interpretandi artis inter Graecos inventioni Ariſtotelis potiſſimum ſcripta anſam ſuppeditarunt. Et prima quidem interpretandi Ariſtotelem ſtudii initia ea fuiſſe arbitror, ut totum aliquem librum Ariſtotelicum, non commentario nec paraphraſi, ſed *integra, continua, & veluti aemula quadam eiuſdem argumenti, de quo in libro illo agebatur, pertractatione* philoſophi ſeriores dilucidare ſtuderent. Huic conſilio haud dubie plures Theophraſti libri ortum debent, quibus mera placita Ariſtotelica, aut de rebus naturalibus a praeceptore obſervata fuſius declarantur & amplificantur; nec aliud forte aſſequi voluit Nicomachus, Ariſtotelis filius, in illis, quae, auctore Suida, [1] de patris ſui auſcultatione phyſica ſcripta reliquit. Sic Eudemo Rhodio, Stagiritae alumno & familiari, in libris de

1 V. Νικόμαχος Σταγειρίτης.

natura, non ſuas evulgare ſententias, ſed potius illius auſcultationibus phyſicis lucem impertire maiorem animus fuit. Retinuit enim hic, quod Simplicius tradit, eundem capitum doctrinae naturalis ordinem, quem Ariſtoteles conſtituerat, praetermiſſis omnibus, quae ab hoc iam ſatis clare & liquide eſſent pronuntiata, aut ſibi ipſi viderentur ſuperflua. 1 In eundem finem quoque contexuerunt, ut Ammonius Hermeae refert, Eudemus, Phanias & Theophraſtus libros de Categoriis, de Interpretatione & Analytica. 2

Interea priores Peripateticos meros librorum Ariſtotelis interpretes fuiſſe, & in ſcriptis inſtar commentariorum in illos habendis a magiſtri ſententia totos pependiſſe, lectoribus perſuadere nolim. Equidem tantum mihi aſſumſerim, fuiſſe eos primos commentandi in Ariſtotelis libros ſtudii auctores. Nam ceterum addiderunt illi multa ab Ariſtotele neglecta; correxerunt ab eodem minus recte propoſita; paſſim adeo ſenſerunt opinionibus eius prorſus contraria. In doctrina logica quatuor ſyllogiſmorum primae figurae modis adinveniſſe quinque alios dicitur ſive Theophraſtus ſive Eudemus, 3 & loci de Syllogiſmis hypotheticis, quem Stagirita non tetigerat, accuratius conſtituti laudem utrique antiquitas 4 vindicavit. In doctrina phyſica Parmenidem Eleaticum adverſus Ariſtotelem Eudemus tutatus eſt. 5 Materiam

1 Dicitur Eudemus apud Simplicium (ad phyſ. auſcultatt. fol. 201 a.) ἐν τοῖς ἑαυτοῦ φυσικοῖς παραφράζων τὰ Ἀριστοτέλους· fol. 27 b. τῷ Ἀριστοτέλει πάντα κατακολουθῶν· fol. 279 a. παραφράζων σχεδὸν καὶ αὐτὸς τὰ Ἀριστοτέλους.

2 Ammon. ad Categ. fol. 3 a. lin. 50: οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ (Ariſtotelis) Εὔδημος, καὶ Φανίας, καὶ Θεόφραστος, κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου, γεγραφήκασι κατηγορίας, καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικήν.

3 Boëthii Opp. p. 594 ed. Baſil. 1570, fol. *Ceteros vero quinque modos Theophraſtus vel Eudemus addiderunt, quibus Porphyrius graviſſimae vir auctoritatis viſus eſt conſenſiſſe.*

4 Ibid. lib. de Syllog. p. 606: *De hypotheticis ſyllogiſmis ſaepe quaerebas, de quibus ab Ariſtotele nihil eſt conſcriptum; Theophraſtus vero, vir omnis doctrinae capax, rerum tantum ſummas exſequitur. Eudemus latiorem dicendi ingreditur viam.* Io. Philopon. ad Anal. pr. fol. 60 a. πολυστίχους πραγματείας περὶ συλλογισμῶν ὑποθετικῶν κατεβάλλοντο οἵ τε μαθηταὶ τοῦ Ἀριστοτέλους οἱ περὶ Θεόφραστον καὶ Εὔδημον.

5 Simplic. ad Ariſtot. auſcult. phyſ. lib. I in comment. 22, fol. 25 b. ed. Latin. Pariſ. 1544, fol.

idem non cum Aristotele incorpoream, sed corpoream esse asseruit, [1] uti etiam invito magistro statuit, coelum moveri motu vitali & animali, quoniam a se ipso, non ab alio, moveatur. [2] Maiorem forte eius a Stagiritae placitis dissensum adhuc animadverteremus, si eius *de rerum natura* libri integri exstarent. Theophrastus autem non solum multa exposuit ad animalium historiam & rerum naturalium scientiam pertinentia, quae Aristoteles aut ignoravit aut praetermisit, sed saepissime quoque ab hoc discessit. Egit ille de stipticitate salium & nitri; de petrificatis; de carnium succis & coloribus; de congelatione & liquefactione; de varietate vocis eiusdem generis animalium; de animalibus prudentibus; de habitantibus in sicco; de colorem mutantibus; de latitantibus hieme; de animalibus sponte nascentibus; de vertigine & obtenebratione; de sudore; de animi defectu; de melancholia; quae omnia cum pluribus aliis Aristotelis industriam fugerunt. [3] Sic, ut exempla dissensus afferam, Theophrastus contra Aristotelem pro Xenophane stetit, & prorsus alia docuit de loco & motu, quem quidem posteriorem ad omnia praedicamenta retulit, cum Aristoteles motum tantum substantiae, quantitati, qualitati & loco convenire opinaretur. [4] Teste Olympiodoro Peripatetico idem maris salsedinem, quam a solaribus radiis mare excoquentibus Stagirita derivavit, ex terrae mari subiectae natura oriri contendit. [5] Cur venti oblique ferantur, Aristoteles causam prodidit coeli circularem motum; Theophrastus vero obliquitatem motus ventorum inde nasci putavit, quod exhalationes illae, quae venti naturam constituant, partim terrenae & graves, partim leves sint, itaque partim sursum, partim deorsum nitantur. [6]

Post Aristotelis discipulos, nonnulli alio quidem modo eius libros explicare conati sunt, ita nempe, ut singula verba singulasque sententias perpetuo commentario illustrarent. Horum vero exemplum plurimos deinde excitavit, qui illud imitarentur. Primi hanc Aristotelem in-

1 Ibid. in comment. 46.
2 Ibid. ad ausc. phys. lib. VIII in comment. 33.
3 Diog. Laert. V, s. 42.
4 Simplic. ad auscultatt. phys. lib. III in comment. 5.
5 Olympiodor. ad Aristot. Meteorol. lib. II, prax. 23.
6 Ibid. prax. 26.

terpretandi rationem ineuntes breviter tantum singula expedierunt, de nulla re ulterius, nisi de ipsius contextus Aristotelici explanatione, solliciti: in quorum numerum referendi sunt interpretes antiquiores omnes, ut Andronicus Rhodius, Arisio, Boëthus Sidonius, Eudorus, Aspasius, Herminus, alii; patet enim & ex locis apud Simplicium alioſque, ubi commentariorum, quos illi scripsere, mentio fit, & ex ipsa in duos libros Ethicorum ad Nicomachum expositione Aspasio tributa, eos non nisi de verbis & sententiis ipsius Aristotelis egisse. Neque diverso ab hoc consilio concinnati sunt commentarii Alexandri Aegaei in Meteorologica, Ioannis Philoponi in libros de animalium generatione, Eustratii & Michaëlis Ephesii in Ethica ad Nicomachum, & ex recentioribus Averrhois, quas vocant, *mediae expositiones*, Nicolai Leonici Scholia in Parva Naturalia &c. Seriores autem interpretes in explicandis solis verbis sententiisque Aristotelis subsistere noluerunt; sed ostenderunt quoque in singulorum membrorum compositione artem, argumentandi rationem, argumentationum formas, suppletis propositionibus, quae deesse viderentur. Nonnunquam totius alicuius capitis argumentum in unum colligunt, deinde partes eius sigillatim expendunt, cuiusmodi expositiones Olympiodoro Peripatetico dicuntur πράξεις, Philopono θεωρίαι. Divus Thomas adeo contextum in minutissimas particulas dispescuit, quas primo loco unam post alteram collocat, deinde singulas exponit. Pertinent huc etiam *excursus* commentariis intermixti passim, aut annexi, in quibus argumentum ab Aristotele tractatum uberius declaratur, *parecbases*, *parecbolae*, vulgo appellati, quales sunt v. c. Simplicii *de loco* & *de tempore* in commentario ad Physica. Interpretis praeterea esse rati sunt plures, omnes dubitationes de Aristotelis locis a superioribus interpretibus prolatas excutere & ad liquidum perducere. Sic Io. Philoponus in commentariis omnino, praesertim vero ad Aristotelis libros de anima, Plotini, Porphyrii, Plutarchi, Nestorii, Procli, Marini, Ammonii Hermeae, multorumque aliorum sententias examini subiecit, easque vel improbavit, vel defendit. Neque minus videtur Simplicius commentarios suos in Categorias, in Auscultationem physicam, in libros de Coelo & de Anima vel

propterea instituisse, ut Iamblichum extolleret, Alexandri vero Aphrodisiei, Porphyrii, & Ioannis Philoponi explanationes reprehenderet. Quare etiam horum interpretum commentarii multa continent, quae ibi nemo forte quaesiverit, ut innumeras altercationes inprimis cum aequalibus, defensiones aliorum philosophorum adversus Aristotelem & huius ab illis, permultas denique disquisitiones, placita philosophorum diversa inter se conciliandi causa factas. Recentiores Aristotelis interpretes plerique eandem viam ingressi sunt: non tam contextus verborumque sensus, qualem ipsi forte perspicerent, iis cordi fuerunt, quam potius superiorum interpretum disceptationes, quibus diligentius immorantur. Hinc etiam de Aristotelis librorum optima interpretatione inter eos lis orta est, cum ex superioribus interpretibus alii alium sibi potissimum ducem eligerent, ceterisque omnibus praeferrent.

Frequentissimum expositionis genus Aristotelis interpretibus fuit insuper hoc, ut non singula perpetua serie enarrarent, sed praecipua quaedam loca aut capita. Etenim postquam exstiterunt magnae molis commentarii, ea tantum, quae minus adhuc essent perspicua, conquirere, & maiori luce collustrare coeperunt viri docti, nec ex uno eodemque libro Aristotelico, sed ex variis; unde accepimus infinita illa *problemata*, *quaesita*, *quaestiones*, *responsiones*, varii argumenti, quibus maxime secula XIV, XV, & XVI abundant.

DE LIBRORUM ARISTOTELIS INTERPRETIBUS GRAECIS EORUMQUE COMMENTARIIS.

ADRASTUS *Aphrodisiensis*, qui sec. II ineunte post C. n. floruit. Dicitur ἀνὴρ τῶν γνησίως Περιπατητικῶν γεγονὼς apud Simplicium ad Aristot. Categorias fol. 4.

a. l. 44 & b. l. 50 ed. Gr. Basil. Dolendum maxime est, intercidisse libros eius περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους βιβλίων καὶ τῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας, ad quos Simplicius aliique veteres Aristotelis interpretes saepius provocant. Scripserat quoque *Commentarios in Aristotelis Categorias* (Galen. de libb. propr. Opp. T. IV, pag. 367 ed. Basil.) & *Auscultationes physicas*, qui non minus deperditi sunt. Cf. Patric. discuss. Perip. T. I, lib. X, pag. 137. *Libros tres Harmonicῶν* MSS. asservatos in bibliotheca Cardinalis a Sancto Angelo, quae postea Cardinalis Farnesii fratris fuit, notavit Labbeus bibl. nov. MSS. p. 167. Eosdem in bibliotheca Vaticana occurrere memorat Fabricius B. Gr. Vol. II, p. 272.

ALEXANDER *Aegaeus*, Sosigenis mathematici discipulus, & praeceptor una cum Chaeremone Claudii Neronis Imperatoris, quem πηλὸν αἵματι πεφυρμένον ab eo vocitatum fuisse auctor est Suidas v. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος. Videtur commentarium in Categorias Aristotelis scripsisse; laudat enim eius de praedicamentorum natura sententiam Simplicius ad Aristot. Categ. fol. 3, l. 19 ed. Bas. τῆς δὲ αὐτῆς ἐγένετο δόξης καὶ ὁ Αἰγαῖος Ἀλέξανδρος. Occurrit etiam saepius in eorum numero, qui de textu libri Categoriarum constituendo solliciti fuerunt. Utrum idem fuerit auctor commentariorum in Aristotelis Meteorologica & Metaphysica, qui vulgo ad Alexandrum Aphrodisiensem referuntur, infra disputabitur.

ALEXANDER, *Aphrodisiensis* dictus ab urbe patria Aphrodisiade in Caria, floruit sub finem sec. II post C. n. & ineunte tertio, Septimio Severo & Antonino Caracalla Imperatoribus, quorum iussu philosophiam Aristotelicam, ut maxime probabile est, Athenis, sive, quod etiam suspicari licet, Alexandriae publice docuit. (Lib. de fato ab init.) Fuit discipulus Hermini & Aristoclis Messenii, quos tamen ingenii vigore & acumine, eruditionis copia, librorumque, quos conscripsit, multitudine longe superavit. (Simplic. ad Aristot. de coelo I, comm. 35 & 23.) In commentariis, quos in plurimos Aristotelis libros edidit, eum rectius aliis, qui prius idem tentaverunt, verborum philosophi sensum explanasse, tum aperte testatur Simplicius, (in libb. de coelo pag. 91 b. ed. Ald.) tum exinde concludi potest, quod posteriores Aristotelis interpretes diligentissime ab

eo ſcripta excuſſerint, eumque adeo ſimpliciter τὸν ἐξηγητὴν appellaverint. Ipſe quoque, quando ad eum confugerem, haud raro meliora ab eo edoctus ſum; etſi commune hoc illi cum ceteris interpretibus vitium eſſe non diſſiteor, quod multa Ariſtotelis loca nimia interpretationis prolixitate, & perverſo illo de argumento ipſo ab Ariſtotele expoſito diſceptandi, ſententias eius defendendi, aliorum opiniones aut refellendi aut cum illis quocunque modo conciliandi pruritu offuſcata magis, quam dilucidata ſint. De ſcriptis eius omnino copioſe egerunt Labbeus in conſpectu Graecorum interpretum Ariſtotelis & Platonis pag. 3 ſq. & Fabric. B. Gr. lib. IV, cap. 25. Ex editis huc referenda ſunt: 1) *Commentarius in lib. I Analyticorum priorum Ariſtotelis, Graece*, Venetiis apud Ald. 1489, fol. 1520, fol. & 1536, fol. una cum commentariis Philoponi & Magenteni in Analytica priora, & Anonymi tractatu de ſyllogiſmo; tum Florentiae ap. Iunt. 1521, 4, cum Alexandri commentariis in elenchos ſophiſticos Ariſtotelis. *Latine* prodiit Commentarius ex verſione *Io. Bernardi Feliciani* Venet. 1542, 1546, 1549 (huius quidem anni editionem, a Fabricio omiſſam, memoratam vidi in Catal. bibl. Muſei Brit. Vol. I.) & 1560, fol. Laudat Alexander etiam commentarium ſuum in librum *ſecundum* Analyticorum priorum (in Ariſtot. elench. ſoph. pag. 16 b. 20 a.); verum hic deperditus eſt; nam qui circumfertur MStus, ut in bibliotheca regia Pariſienſi Cod. MMXLIX, non ad Alexandrum Aphrodiſ. pertinet, iudice Schotto in Vita Ariſtot. pag. 155. 2) *Commentarius in VIII libros Topicorum Ariſtotelis*. Diſerte tribuit hunc Alexandro Aphrodiſienſi Suidas v. διεξοδικός; neque audiendum eſſe Fr. Patricium, qui eum (Diſcuſſ. Peripat. p. 32) longe iuniori auctori aſſignandum eſſe vult, docte oſtendit Fabricius l. c. Prodiit *Graece* a Marco Muſuro recognitus ap. Ald. Venet. 1514 & 1526, fol. Monet Aldus, ſe Franciſci Victorii Bergomatis commentarios Graecos in Ariſtotelis Topica addere voluiſſe, ni ſubito incendio Victorii ſcripta in Ariſtotelem, Platonem, Galenum, alios, conflagraſſent. *Latine* commentarius Aphrodiſiei editus eſt, interprete *Guilelmo Dorotheo* Venet. 1524, 1541, 1542, 1547, (Catal. Muſ. Brit. Vol. I.) 1554, fol. & ex meliori verſione *Ioan. Bapt. Raſarii*, Novarienſis, Medici,

Venet. 1563, fol. apud Hieron. Scotum, & 1573, fol. Librum *tertium* vertit quoque *Petrus Gevardius*, Burgensis, Florent. 1569, fol. & *septimum Muretus*, cuius versio post eius fata lucem vidit Ingolstadii 1602, 8, cum auctoris notis in Ethica & Oeconomica Aristotelis, in Platonis libr. I & II de Rep. &c. &c. *Arabice* conversi fuerunt Alexandri in Topica commentarii ab *Isaaco Ben Honain*; v. Casirii bibl. Arab. Hispan. T. I, p. 305. Cf. Herbelot. bibl. orient. T. II, pag. 255, (Art. *Honain*) qui etiam p. 966 librum I & VI Arabice adhuc exstare memorat. 3) *Commentarii sive ἀποσημειώσεις in elenchos Sophisticos Aristotelis.* Divisionem operis Aristotelici in duos libros, quam plures Codd. non agnoscunt, Alexandri quoque Commentarius non sequitur. *Graece* prodiit cura *Herculis Gyrlandi* Venet. ap. Aldum 1520, fol. recus. Florentiae apud hered. Philip. Iuntae, 1521, 4. (cf. supra. Num. 1.) Ad calcem editionis affirmat editor, se multa, eaque antiqua & fide digna exemplaria ante oculos habuisse, magnamque lectionis varietatem offendisse, unde textus Codicis, quem typis expresserit, partim emendari, partim locupletari possit. Adiecit etiam varias lectiones e quatuor Codicibus, sed plagulis paginisque tantum notatis, quas illae attinent, nec textu tamen recepto iuxta posito, ut adeo illis nemo facile uti possit. En exemplum: plag. A. ἐν τῇ τετάρτῃ σελίδι γράφον καὶ οὕτως τὸ, ὡς μεθόδου παραδιδομένης· ἔτι τὸ, ἐλέγχειν δυναίμεθα· ἔτι τὸ, τὸ εἶδος τρίτον εἶναι· ἔτι, ὡς γὰρ οἱ ἰατροὶ κ. τ. λ. *Latine* lucem vidit hic Alexandri commentarius Parisiis iam a. 1442 (Maittair. Annal. typogr. T. I, P. I, pag. 2); deinde ex versione *Guilelmi Dorothei* Venet. 1541, fol. recognita a *Ioanne Nabasenensi* Paris. ap. Sim. Colinaeum 1542, fol. ex versione *Rasarii* Venet. apud Avancin. 1557, fol. & ex versione *Gaspardi Marcelli* ibid. 1559, fol. *Arabice* eum verterunt duumviri *Ebn Naama* & *Iahia Ben Adi*; *Syriace* etiam *Abu Baschar Matthaeus.* Casir. bibl. Arab. Hispan. T. I, pag. 243. 4) Φυσικῶν σχολίων, ἀποριῶν καὶ λύσεων, βιβλία δ', *Physicorum Scholiorum, dubitationum & solutionum, libri quatuor.* Haec sunt Scholia physica, quae *Iriarte* ad problematum physicorum collectionem, Alexandro vulgo tributam, male retulit, & cum in problematis Alexandri a Sylburgio editis ea non reperiret, ut

adhuc inedita typis vulgavit Catal. Codd. bibl. Matrit. pag. 327. *Graece* edita sunt, sed valde mendosa, a Victore Trincavelo Venet. 1536, fol. una cum Alexandri libro *de fato; Latine*, *Hieronymo* & filio *Ioanne Baptista Bagolino* interpretibus, Venet. 1541, 1549, 1555, 1559, 1563. Haec versio diligentissime consulenda erit illi, qui textum Graecum aliquando denuo editurus fuerit; multa enim emendarunt Bagolinus uterque, adhibitis etiam manuscr. exemplaribus Graecis. Alia exstat versio *Gentiani Herveti*, Basil. 1548, 8, apud Io. Oporinum. 5) Ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν προβλημάτων βιβλία β', *Problematum medicinalium & naturalium libri duo;* qui tamen iudicio Theodori Gazae (in praef. ad versionem eorum Latinam) & aliorum, non Alexandrum Aphrodisiensem, sed alium seriorem scriptorem, fortasse, ut pluribus visum est, Alexandrum Trallianum, Medicum, Iustiniani Imp. aetate clarum, auctorem habent. *Graece* inserta sunt pluribus Operum Aristotelis editionibus, ut Aldinae maiori, Camotianae, Basileensi. Sigillatim prodierunt Graece & Latine, Ioannis Davioni studio illustrata, apud Conr. Neobarium 1540, 12, & eius viduam 1541, 16. Edidit ea quoque Sylburgius una cum Aristotelis & Cassii Problematibus in ed. Opp. Aristot. Vol. IV, & quidem novis curis recensita, adiectis insuper variis lectionibus, tum ex prioribus editionibus & Gazae versione excerptis, tum e libro ab amico quodam ipsi suppeditato, in cuius margine multae adscriptae erant emendationes & supplementa ex vetusto Codice bibliothecae cuiusdam Italicae. *Latine* conversa sunt iussu Nicolai V, P. M. a *Theodoro Gaza*, qui in primo libro multa problemata alio ordine exhibuit, plura etiam omisit, in secundo autem LIV addidit, quae in Graeco desiderantur. Prodiit Gazae versio saepius in edd. Opp. Aristot. Graecolatinis, & in edd. problematum Aristotelis, ut Venet. 1501, 1504, 1524, 1537, 1552, fol. Paris. 1539, 8. Alia versio *Georgii Vallae*, Placentini, impressa est Venet. 1488 & 1519, fol. Tertia est *Georgii Merulae*, qui problematum sectiones quinque constituit, plura etiam numero exhibuit, quam priores interpretes. Edita est Paris. 1520, fol. cum Petri ab Apono commentariis in Aristotelis Problemata. Librum primum problematum Alexandri Latine denique vertit *An-*

gelus Politianus. In hac versione problemata iterum alio ordine se excipiunt. Occurrit in Politiani Opp. Florent. 1497, fol. recus. Venet. 1498, fol. & Lugduni, 1537, 8, & in ed. Opp. Paris. T. II. Memorantur etiam editiones versionis Basil. 1520, 4, & Francof. 1609, 8. 6) Ὑπόμνημα εἰς τὰ Μετεωρολογικὰ, *in quatuor libros Aristotelis de Meteoris Commentarius*. Tribuitur is vulgo Alexandro Aphrodisieo: equidem tamen sententiae eorum adstipulor, qui eum alii iuniori auctori adscribendum esse censuerunt. Fuit certe Alexandri Aphrodisiensis in Meteorologica commentarius; verum hic deperditus, nec idem cum eo est, qui sub eius nomine vulgo venit. Primum enim, quae Olympiodorus (Comment. in Aristot. Meteorol. lib. I, prax. 3, 4; lib. III, prax. 1, 34,) & Io. Philoponus (in Meterol. com. 17 & 39, Quaest. de aetern. mundi adv. Proclum lib. III, cap. 10, 14) ut ex Aphrodisiensis libro excerpserunt, ea in hoc nostro commentario non reperiuntur. Deinde meminit auctor Sosigenis, ut praeceptoris sui (in Meteorol. lib. III, p. 116 ed. Ald. cf. lib. II ad Aristot. lib. I Analyt. prior. pag. 33 b.). Fuit autem Sosigenes C. Caesaris aequalis, cuius iussu solarem annum correxit, atque ideo non potuit instituere Alexandrum Aphrodisieum, qui sub Antonino floruit, unde etiam magna accedit probabilitas opinioni, quae Alexandrum Aegaeum, notum Sosigenis discipulum, huius commentarii auctorem facit. Ceterum Alexandro Aphrodis. plures iam hunc commentarium abiudicaverunt, quos vide ap. Fabric. l. l. *Graece* illum edidit *Franc. Asulanus* cum libro *de mixtione* & Io. Philoponi commentariis ad libb. Aristot. de generatione & corruptione, Venet. apud Ald. 1527, fol. *Latine* prodiit conversus ab *Alexandro Piccolomineo* Venet. 1540, 1548, 1561, 1573, fol. & a *Camotio* Venet. 1556, fol. 7) Περὶ ψυχῆς, *libri duo de anima*. Sunt duo diversi libri eiusdem argumenti, nec ad unum idemque opus, neque ad commentarium in Aristotelis libros de anima pertinent, laudatum ab ipso Alexandro Quaest. natur. I, 11, nobisque temporis iniuria ereptum. Vide Fabricium l. l. Adiuncta sunt libro posteriori varia Aphrodisiei opuscula in *Arabica philosophorum bibliotheca* apud Casirium sigillatim memorata T. I, pag. 243. Libri prioris de anima a *Donato* Latine versi

editiones, a Fabricio omissae, mihi innotuerunt una Oxoniae 1481, fol. altera Brix. 1595, 4. 8) Ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, *Commentarius in librum Aristotelis de sensu & iis, quae sub sensum cadunt.* Vulgatus est *Graece* ad calcem Simplicii in libb. de anima Aristotelis, Venet. apud Ald. 1527, fol. *Latine* ex versione *Lucilli Philalthei* una cum Scholiis Michaëlis Ephesii in Aristotelis Parva Naturalia Venet. ap. Hieron. Scotum 1544, 1549, 1559, 1573, fol. 9) *Commentarii in libros XII Metaphysicorum Aristotelis.* An vere Alexandrum Aphrodisiensem auctorem agnoscant, dubitari potest. Praefixit illis huius nomen *Io. Genesius Sepulveda*, nullo tamen alio argumento fretus, quam quod dictio sit fere eadem, quae in ceteris Aphrodisiei libris observatur, & quod illi saepius a Syriano & Averrhoë sub Alexandri Aphrodisiei nomine citentur. Monuit adversus hoc Fr. Patricius, Genesium confudisse Alexandrum Aphrodisiensem cum Alexandro Aegaeo, & huic potius commentarium in Metaphysica deberi; in quatuor illis Codicibus enim, quos Genesius in versione sua Latina secutus fuerit, non Alexandrum Aphrodisiensem diserte auctorem dici, sed simpliciter Alexandrum quendam sine agnomine aliquo, atque sic etiam a Syriano & Averrhoë laudari Alexandrum non apposito agnomine; Aphrodisiensis autem propterea commentarium esse non posse, quod auctor iterum provocaverit ad Sosigenem, praeceptorem, (in Metaphys. pag. 239, 362, 393) & Aspasium, (ibid. p. 19, 26, ed. Paris. fol.) aequalem suum, cuius quidem utriusque aetas cum aetate Alexandri Aegaei conveniat, minime vero Alexandri Aphrodisiensis. Quod Patricii tamen assertum attinet, a Syriano semper Alexandrum sine agnomine laudari, in hoc fallitur vir doctus; nam diserte ab illo Aphrodisiensis laudatur in Metaphys. lib. VII, com. 42. Addit Patricius praeterea, quae a Syriano (ad Met. lib. III, com. 30, 43, 62) & Averrhoë (in praefat. ad lib. XII Metaphys.) ex Aphrodisiensis commentario excitata sint, ea in nostro non reperiri, & si quando excerpta ab utroque in nostro reperiantur, nihil eo probari, cum Alexander Aegaeus & Aphrodisiensis eadem dicere potuerint, dum eadem loca interpretarentur. Omnino haec argumenta mihi levissima videntur: non enim habemus

commentarium integrum, sed mutilum, & *potuisse* Aegaeum & Aphrodisiensem eadem dicere, mera coniectura est. Exstat commentarius *Graece* MStus etiam in libb. XIII & XIV Metaphys. in pluribus bibliothecis (vid. Fabric. l. l.) *Latine* editus est ex versione *Geneſii Sepulvedae* Cordubensis, Romae 1527; Paris. 1536; Venet. 1544 & 1561, fol. Ceterum opinionem Fabricii, *Theologiam* Alexandri Aphrodisiei, *Arabice* exstantem, esse hos in Metaphysica commentarios, vix firmari posse puto. Memoratur enim in *Arabica philosophorum bibliotheca* apud Casirium l. l. singularis operis loco Alexandri Aphrod. *de Theologia seu Metaphysica liber I* cum commentario *Abu Othman*, Damasceni. Conf. Abulpharag. hist. dynast. p. 78. Hottinger. Analect. p. 253 sq. Herbelot. bibl. orient. Art. *Escandre al Efrodisi*. Perierunt, aut in bibliothecis adhuc inediti delitescunt, Alexandri commentarii in Aristotelis Categorias, in librum de interpretatione, & in librum secundum Analyticorum priorum. Commentarium in libros Analyticorum posteriorum supereſſe *Graece* in bibliotheca Vaticana, testatur Gesnerus; *Arabice* eum exstare, Hottingerus in Anal. p. 253. Iidem etiam commentarium in Aristotelis auscultationes physicas Graece MStum Venetiis asservari volunt. In bibliotheca Escorialensi duplex exstat Alexandri Aphrodisiei commentarius in auscultatt. physicarum lib. I, Arabice: utrumque e Graeco convertit *Abu Ruh Alsabaeus*, cuius versionem postea castigavit *Iahia Ben Adi*; prior tantum integer adhuc est, posterior vero mutilus. In lib. II auscultatt. exstat commentarii liber I, ab *Honaino* e Graeco in sermonem Syriacum, & ex hoc ab *Iahia Ben Adi* in Arabicum conversus. Commentarius in lib. III auscultatt. desideratur; verum in librum IV Alexander edidit commentaria in libb. III digesta. Ea Arabice verterat olim *Costha Ben Luca*, sed versio nunc superstes auctorem habet *Abu Othman*, Damascenum. In librum V exstat commentarius ex Arabica versione *Costhae Ben Luca*. Commentarii in lib. VI dimidia tantum pars supereſt. Commentarius in lib. VII, interprete Costha, integer habetur; commentarii in lib. VIII, in modum dialogi compositi, pauca tantum folia servata sunt. Vide Casiri bibl. Arab. Hispan. T. I, pag. 244. Fuerunt quoque Aphrodisiei commentarii in

Aristotelis libros *de generatione & corruptione*, quos quidem *Syriace* reddidit *Honainus*, Arabice *Isaacus* atque *Abu Othman*, Damascenus; denique etiam in Aristotelis *libros de coelo*.

AMMONIUS, Hermeae filius, Procli discipulus, floruit sub finem sec. V, & Alexandriae philosophiam docuit. Fuit hic etiam in eorum numero, qui Aristotelis & Platonis placita inter se conciliare anniterentur. Commentarii eius in Platonem perierunt, sicut etiam commentarii in Aristotelis Ethica, quorum meminit Zacharias Scholasticus initio dialogi super Ammonii placito de aeternitate mundi. (Cf. ibid. pag. 107, 208, ed. C. Barth.) Ad nostra usque tempora pervenerunt 1) *Commentarius in Porphyrii Isagogen in Aristotelis Categorias; Graece*, apud Ald. Venet. 1500, fol. & per Io. Bern. Felicianum ibid. 1545, 8. *Latine* prodiit ex versione *Pomponii Gaurici*, Venet. 1494, fol. ex versione *Bartholomaei Sylvanii*, Paris. 1542 & 1556, fol. *Io. Bapt. Rasarii*, Medici Novariensis, Venet. 1547, 1555, 1558, 1569, fol. denique *Petri Rosetini*, Venet. 1553, 1559; 1581, fol. Ceterum Ammonii Scholiis etiam permixta sunt Scholia Ioannis Philoponi; v. Holsten. in Vita Porphyr. c. VII. 2) *Commentarius in Aristotelis Categorias*. V. Elench. Codd. p. 167. *Graece* editus est ap. Aldum una cum Ammonii, Magenteni & Mich. Pselli commentariis in Aristotelis lib. de interpretatione, Venet. 1503, fol. Separatim a Feliciano cum commentario in Porphyrii Isagogen ibid. 1545, 8. *Latinae* eius versiones lucem viderunt opera *Rasarii, Rosetini*, & *Bartholomaei Sylvanii*. Quae in bibliotheca regia Parisiensi manu exarata asservantur *Ammonii prolegomena in universam philosophiam*, haud dubie eadem sunt cum prooemio huic commentario in Categorias praefixo. De Vita Aristotelis eidem plerumque praemissa vide supra, p. 51. 3) *Commentarius in Aristotelis librum de interpretatione. Graece* seperatim prodiit cura Feliciani, Venet. 1545, 8. *Latinae* versiones exstant *Rasarii; Rosetini*, & *Bartholomaei Sylvanii*. In bibliotheca Parisiensi superest MStus Commentarius Ammonii in Aristotelis Analytica priora & posteriora nondum editus, sicut etiam alius in sex priores Metaphysicorum libros Cod. MCCMIL Fonteblandensi, exarato Romae a. 1544, manu eleganti Auveri, Germani. Forte hic alter idem est cum inedi-

tis commentariis in sex Metaphysicorum libros sub Asclepii Tralliani nomine circumferri solitis. In variis quoque Io. Philoponi commentariis editis ex Ammonii ore excepta leguntur. *Arabice* converterunt Ammonii commentarios *Isaacus*, & postea *Iahia Ben Adi*. Casiri bibl. Arab. Hispan. T. I, p. 305. Cf. omnino Fabric. B. Gr. lib. IV, cap. XXVI, & Patricii discuss. Peripat. p. 139.

ANDRANTUS, interpres Aristotelis vulgo parum cognitus, vixit circa a. 204 p. C. n. De eo constat ex loco Athenaei Dipnosoph. p. 673 E. τοιοῦτος δέ τις καὶ ὁ Ἡφαιστίων συγγραφεὺς καὶ περὶ τὸν καλὸν ἡμῶν Ἄνδραντον ἐγένετο. ἐκδόντος γὰρ τούτου πέντε μὲν βιβλία περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ ἐν τοῖς περὶ ἠθῶν καθ' ἱστορίαν καὶ λέξιν ζητουμένων, ΕΚΤΟΝ ΔΕ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΗΘΙΚΟΙΣ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΟΙΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΕΝΝΟΙΑΣ ΑΜΦΙΛΑΦΩΣ ΠΑΡΑΘΕΜΕΝΟΥ, καὶ περὶ τοῦ παρὰ Ἀντιφῶντι τῷ τραγῳδοποιῷ Πληξίππου, καὶ πλεῖστα ὅσα, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀντιφῶντος εἰπόντος, σφετερισάμενος καὶ ταῦτα, κ. τ. λ.

ANDRONICUS *Rhodius*, inter cives Rhodi insulae doctrinae laude insignes a Strabone (lib. XIV, pag. 451) relatus, Boëthii Sidonii praeceptor, (Ammon. in Aristot. Categor. fol. 5 a.) maximam aetatis partem, ut probabile est, Romae degit, usus ibi familiaritate Tyrannionis, Grammatici Amiseni. Inclaruit tum editis commentariis in Aristotelis Categorias (Simplic. ad Categ. fol. 6 b. 15 b.) & auscultationes physicas (Simpl. ad ausc. phys. fol. 103 b. 216 a.); tum maxime opera digerendis distribuendisque secundum argumenti affinitatem in πραγματείας Aristotelis libris impensa. Vid. praef. nostram. Paraphrasis Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, a Daniele Heinsio temere Andronico Rhodio adscripta, non magis hunc auctorem agnoscit, quam liber περὶ παθῶν eidem a nonnullis tributus. Cf. Salmas. ad Simplic. in Epictet. p. 228, 241. Ceterum vulgavit Heinsius paraphrasin illam Graece & Latine primum sine auctoris nomine Lugd. Bat. 1607, 4; deinde autem sub Andronici nomine 1617, 8. (ed. recus. Cantabrig. 1679, 8.) Librum Andronici *de divisione* ab ipso separatim editum, & a Porphyrio in commentario ad Platonis Sophistam repetitum, memorat Boëthius prooem. lib. de divis. Opp. p. 133 ed. Venet. 1499, fol. Exstitisse illum cum aliis de *discendi cupiditate* & *virtute* in bibliotheca Scorialensi, te-

ſtem affert Alexandrum Barvoetium Fabricius B. Gr. Vol. II, pag. 277.

APOLLINARIS. Exſtat Venetiis MStus eius commentarius Graece in Ariſtotelis lib. I Analyt. poſter. Fabric. B. Gr. III, 6.

ARISTO IULIETES *Ceus*, praeceptor Ariſtonis Coi, cuius Cicero de fin. B. & M. V, 5, & Diogenes Laërtius paſſim, mentionem fecerunt. Laudatur etiam inter τοὺς παλαιοὺς τῶν κατηγοριῶν ἐξηγητὰς a Simplicio ad Ariſtot. Categ. fol. 41 a.

ARISTOTELES *iunior*. Memoratur ut interpres librorum Stagiritae a Syriano ad Metaphyſ. XII, p. 55 ed. Lat. Venet. Ex eius ſcriptis nihil ad noſtram aetatem pervenit.

ASCLEPIUS, Trallianus epiſcopus, fl. ineunte ſeculo VI. Exſtat ſub eius nomine in bibl. reg. Pariſ. Codd. MCMI & MCMIV commentarius Graecus ineditus in VI priores Metaphyſicorum libros, ex Ammonii Hermeae ore exceptus. Confer Labbei biblioth. nov. MSS. pag. 111, & quae ſupra de Ammonii Hermeae ſcriptis attulimus.

ASPASIUS, vixit ſub finem ſec. I p. C. n. nam Galenus, qui ſub Antonino Pio floruit, audiiſſe ſe teſtatur diſcipulum eius (de cognoſc. & curand. animi morbis, Opp. T. VI, p. 532 ed. Pariſ.). Edidit commentarios in plurimos Ariſtotelis libros, qui tamen omnes interciderunt; niſi, commentarium in libb. II & IVtum Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum, vulgo Euſtratio tributum, Aſpaſium auctorem habere, cum Conringio (Ep. ad Rachelium p. 423. Cf. Fabric. B. Gr. lib. III, cap. 6.) ſtatuere velis, quae quidem opinio ad liquidum forte perduci poſſit, ſi quis contulerit Cod. bibliothecae regiae Pariſienſis Scholia in Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum ſub Aſpaſii nomine exhibentem. A ſerioribus Ariſtotelis interpretibus laudantur: Aſpaſii *Comment. in Categorias.* Galen. de libb. propr. Opp. T. IV, p. 366. *In lib. de interpretatione.* Boëth. ad eund. lib. ed. ſec. p. 291 & alibi. *In auſcultationes phyſicas.* Simplic. ad eaſd. fol. 28 b. 239 a. *In Metaphyſica.* Alex. Aphrodiſ. in ead. pag. 19, 26, ed. Lat. Pariſ. 1536, fol. *In librum de ſenſu & ſenſili.* Alexand. Aphrodiſ. in eund. p. 94 ed. Ald. Gr.

ATHENODORUS, Tarſenſis, (dictus etiam Alexandrinus & Cananites) philoſophus Stoicus, Auguſti & Tiberii praeceptor. Excerpſit nonnulla ex eius libro adverſus Ariſtotelis Categorias Simplicius ad eaſd. fol. 15 b. Apud Diog. Laërt. III, 4, & V, 36, citatur etiam τῶν περιπάτων Athenodori liber octavus. V. Menag. obſſ. p. 136. Diverſus a noſtro fuit Athenodorus Eretrienſis.

BOETHUS *Sidonius*, Andronici Rhodii diſcipulus. V. Strabo XVI, pag. 757, & Ammon. ad Ariſtot. Categ. fol. 5 a. Commentarius, in Ariſtotelis Categorias conſcriptus, aetatem non tulit.

CAMOTIUS (*Ioannes Baptiſta*). Eius Scholia Graeca inedita in lib. XIII Metaphyſicorum Ariſtotelis e Cod. Moraei laudavit Labbeus bibl. nov. MSS. p. 213.

CORNUTUS (*Annaeus*), *Leptites*, philoſophiae Stoicae addictus, Perſii & Annaei Lucani poëtarum praeceptor, a Nerone Imp. ob nimis ſeverum de huius verſibus iudicium in exſilium miſſus, auctore Dione Caſſio lib. LXII, pag. 715. Laudarunt eius πρὸς Ἀθηνόδωρον καὶ Ἀριστοτέλην γραφὴν Porphyrius ad Ariſtot. Categ. pag. 2, (ed. Lat. Venet. 1546, fol.) & Simplicius ad eaſd. fol. 15 b.

DAMASCIUS, teſte Suida v. Δαμάσκιος, philoſophus Stoicus, patria Syrus, Simplicii & Eulamii praeceptor & familiaris, floruit ſub Iuſtiniano Imperatore. De eius vita, ingenio, moribus, magiſtris ac ſtudiis plura attulit Photius in bibl. Cod. CLXXXI, ubi de Iſidori philoſophi Vita a Damaſcio conſcripta egit. Conf. Simplicius ad Ariſtot. Phyſ. fol. 188 b. In arte rhetorica praeceptorem Damaſcius habuit Theonem; in Arithmetica, Geometria, ceteriſque mathematicis doctrinis Marinum, Athenis Procli ſucceſſorem; in philoſophia Zenodotum ibidem, qui & ipſe poſt Marinum Proclo ſucceſſit; Platonicae philoſophiae & Ptolemaei Aſtronomicorum explanatorem nactus eſt Alexandriae Ammonium Hermeae; in Dialecticis denique Iſidorum, cuius vitam enarravit. Fabricius tribuit illi (B. Gr. Vol. II, pag. 294) epitomen librorum IV priorum & libri octavi auſcultationum phyſicarum Ariſtotelis, nullius tamen ſcriptoris teſtimonio allegato. Apud Simplicium ad auſc. phyſ. fol. 189 b. laudantur Damaſcii libri περὶ κινήσεως· fol. 153 a. περὶ τόπου· & fol. 183 b. περὶ χρό-

νου. In pluribus bibliothecis adhuc exſtat Damaſcii opus, cuius quoque Suidas meminit, inſcriptum: Ἀπορίαι καὶ λύσεις περὶ ἀρχῶν. Huius fragmentum e Cod. Hamburgenſi publici iuris fecit Io. Chriſtoph. Wolfius in Anecdotis Graecis ſacris & prof. Vol. III, p. 195. (Hamb. 1723.) Aliud eius fragmentum e Cod. Matritenſi Catalogo ſuo inſeruit Iriarte pag. 330. Commentarium ſive παρεκβολὰς Damaſcii in Ariſtotelis librum primum de Coelo MStas ſupereſſe, auctor eſt Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 112, 169.

DAVIDES. Quiſnam ille fuerit & quando vixerit, incertum eſt. Vulgo ad ſec. V refertur. Exſtant MSti eius commentarii Graeci in Porphyrii Iſagogen, & Ariſtotelis Categorias, in pluribus bibliothecis. Cf. elench. Codd. paſſim; Maffei Verona illuſtrata P. III, p. 273, & Mittarellii bibl. Codd. mon. S. Mich. Venet. p. 313, 967. Translati fuere in linguam Arabicam, Hebraicam & Armenicam, quarum verſionum quoque exempla paſſim ſuperſunt. V. Catal. bibl. Pariſ. T. I, p. 94.

DEXIPPUS, philoſophus Platonicus, Iamblichi diſcipulus. Exſtant in Cod. Matritenſi (Iriarte p. 135) Δεξίππου φιλοσόφου Πλατονικοῦ τῶν εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἀπορίων τε καὶ λύσεων κεφάλαια μ'. Sunt dialogi tres, quibus auctor Seleuco cuidam Categorias explicat, ſimulque Plotini obiectionibus (Ennead. VI, 1, 2, 3.) reſpondet. Cf. Simplic. ad Ariſt. Categ. fol. 1 a. Io. Tzetzes Chil. IX, hiſt. 274. Graece nondum lucem viderunt. Latine editi ſunt *Dexippi quaeſtionum in Categorias* libri III e verſione Io. Bernardi Feliciani Venet. 1546, & 1566, fol. una cum Porphyrii in Categorias commentario. Alia editio eſt Pariſ. 1549, 8, ap. Vaſcoſan. De Dexippo cf. Fabric. B. Gr. III, 6.

EUDEMUS *Rhodius*, Ariſtotelis familiaris & diſcipulus. Vitam eius accuratius enarraverat *Damas* quidam, laudatus Simplicio ad Ariſtot. auſcultatt. phyſ. fol. 216 a. Diſtinguendus eſt, ut iam monuimus, ab Eudemo Cyprio, in cuius defuncti honorem Ariſtoteles dialogum *de anima* compoſuit (v. ſupra p. 121), & ab alio *Eudemo Peripatetico*, Galeni aequali, cuius fuit liber περὶ τοῦ προγιγώσκειν. Galen. Opp. T. III, p. 452. Scripſerat libros *de Categoriis*, *de Interpretatione* & *Analytica*. Ammon. ad Categor. fol. 13 a. Analyticis quidem ſe ipſum ad-

huc usum esse, memorat Boëthius de Syllogismo Categorico lib. II, Opp. p. 606. Cf. Alex. Aphrod. ad Aristot. Topica pag. 70. Laudantur quoque eius φυσικὰ a Simplicio ad Aristot. Phys. fol. 11 a. 21 a. b. 29 a. ubi prolixa eorum fragmenta occurrunt. De *Ethicis ad Eudemum*, Aristoteli tribui solitis, quos tamen alii ab ipso Eudemo compositos esse putant, alio loco disputabitur. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 301.

EUDORUS *Peripateticus*. Videtur commentatus esse in Aristotelis Metaphysica; nam mutasse eum loca quaedam in Codicibus, tradit Alexander Aphrodisiensis ad Metaph. p. 26 ed. Lat. Paris. 1536, fol.

EUSTRATIUS, Metropolita Nicaenus, floruit ineunte seculo XII, sub Alexio Comneno Imperatore. Scripsit commentarium in *Aristotelis librum secundum Analyticorum posteriorum*, Graece editum Venet. 1534, fol. Latine ex versione Andreae Grataroli ibid. 1542, 1568, fol. Vulgatus etiam est sub eius nomine commentarius in *libb. X Ethicorum ad Nicomachum*, Graece per Paulum Manutium Venet. 1536, fol. Latine ex interpretatione Io. Bernardi Feliciani Venet. 1541, 1589, fol. Paris. 1543, & Helmstadii cura Sam. Rachelii 1662, 4. Videtur tamen hoc opus non a solo Eustratio profectum, sed e pluribus aliorum interpretum in singulos Ethicorum libros commentariis consarcinatum esse. Sic commentarius in librum V Michaëlem Ephesium auctorem agnoscit, commentarius in lib. VII & VIII Aspasium; commentarius in lib. IX & X rectius utique ad Mich. Ephesium refertur; (vid. Montfaucon Cat. bibl. Coislin. P. I, p. 220 sq.) quin etiam in auctorum denotatione, ad quos commentarii in libros quatuor priores pertineant, inter se dissident Manutius & Felicianus, quorum hic omnia Eustratio tribuit, (cui etiam ea in Cod. Paris. MMLX adscribuntur) ille, solo commentario in librum primum Eustratio assignato, reliqua, ut auctoris Anonymi, exhibuit. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 151.

GALENUS (*Claudius*), Medicus & philosophus eruditissimus, Pergamenus, natus circa a. 131 p. C. n. sub Hadriano Imper. De eius vita & scriptis v. Fabric. B. Gr. Vol. III, p. 510 sq. Libros ad illustrandam Aristotelis philosophiam a se compositos ipse commemoravit de libb. propr. Opp. T. IV, pag. 368 ed. Charter. Fue-

runt eius commentarii 1) in Aristotelis Categorias, libb. IV; 2) in librum de Interpretatione, libb. III; in Analytica priora, libb. VIII; in Analytica posteriora, libb. XI. Commentarii in Aristotelis elenchos sophisticos instar haberi potest Galeni libellus περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων, insertus Opp. T. II, pag. 73 ed. laud. Ceterum apud Themistium, sicubi in commentario ad Aristotelis libros de coelo τὸν Ἀριστοτέλους ἐξεταστὴν commemorat, Galenus intelligendus est.

GEORGIUS (Gregorius) *Aneponymus*. Compendium philosophiae s. Organi Aristotelis, Graece & Latine, ex versione Io. Voegelini, Aug. Vindel. 1600, 8.

GEORGIUS, cognomine *Gemistus* s. *Pletho*, plurimum temporis vixit Byzantii sub Manuele Palaeologo Imperatore, dein versatus est in Italia sub Eugenio IV, P. M. circa a. 1438, habuitque aequales & familiares Bessarionem, Theodorum Gazam, alios. Allat. de Georg. p. 740. Memoratur eius *explicatio Analyticorum Aristotelis* e Codice Diegi Hurtadi Mendozae apud Labbeum bibl. nov. MSS. pag. 124. In bibliothecae Bavaricae Cod. CLXXXV & in Cod. Veneto bibl. S. Marci inter alia Plethonis ex variis scriptoribus excerpta leguntur eius παρεκβολαὶ ἐκ τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους περὶ ζώων ἱστορίας. Allat. l. l. p. 744. Aliud Plethonis opus, a Georgio Trapezuntio & Georgio Scholario vehementer impugnatum, editum est *Graece*, sub titulo: Περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται, & cum dialogo, paraphraseos instar, Bernardini Donati Veronensis, Venet. apud Scot. 1540, 8. Paris. 1541, 8. *Latine* e versione Georgii Chariandri Basil. 1574, 4. Idem videtur esse opus cum Georgii Gemisti *comparatione Platonis & Aristotelis*, quam MStam e Cod. bibl. Bodleianae (in MSS. Baroccianis Cod. CXIV) laudavit Oudinus Comment. de scriptt. eccles. antiq. Vol. III, col. 2359; & cum alio Gemisti libro, quem MStum in bibliotheca Matritensi asservari auctor est Iriarte p. 346, inscripto: Γεμιστοῦ ὑπὲρ Πλάτωνος κατὰ Ἀριστοτέλους. In eadem bibliotheca Matritensi exstant MStae: Τοῦ Σοφοῦ Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ πρὸς τὰς Σχολαρίου ὑπὲρ Ἀριστοτέλους ἀντιλήψεις. Iriarte Cat. p. 136. Exhibentur quoque in Cod. Vindobonensi, teste Nesselio Cat. P. IV, Cod. LXXIV, N. I; & in Parisiensi. V. Labbeum pag. 112. Cf. Allat. pag.

747. Loca quaedam ex hoc Gemisti libro adhuc inedito excerpsit Eugubinus de perenni philosophia lib. I, c. 25.

GEORGIUS *Pachymeres*, Constantinopoli oriundus, Nicaeae enutritus atque educatus, in numerum Sacerdotum Hieromnemonis cooptatus, & Constantinopoli protecdici & dicaeophylacis munere functus sub Michaële & Andronicis Palaeologis Impp. V. Allatium de Georgiis in Fabric. B. Gr. Vol. X, p. 704 sq. Exstant eius 1) *Epitome in Aristotelis philosophiam*, quae Graece MSta in pluribus bibliothecis asservatur. Conf. elench. Codd. p. 166. Latine conversa & edita est a Philippo Bechio, Medico, Bas. 1569, ap. Froben. fol. cum Synesii orationibus. Particulae sunt huius compendii: a) *Georgii Diaconi & Dicaeophylacis Pachymerae de sex philosophiae definitionibus, & de quinque vocibus & de decem praedicamentis compendium*, quod Graece, translatum a Iacobo Foscareno, & Latine prodiit cum Pselli & Nicephori Blemmydae compendiis in Logicam Aristotelis Venet. 1532, & Paris. 1548, 8; Graece quidem auctius & una cum Pachymerae compendio in reliquos Organi Aristotelici libros, ibidem anno priori 1547 ex versione Io. Bapt. Rasarii edito. Editio Parisiensis a. 1548 recusa est cura Eduardi Bernhardi Oxoniae, 1666, 8. b) *Georgii Pachymerae compendium* &c. cum Porphyrii quinque vocibus & Aristotelis Categoriis ex versione Ioachimi Perionii Basil. ap. Oporin. 1572. c) *Epitome compendii Pachymeriani de sex definitionibus & divisione philosophiae, cura Gesneri*, Graece, cum Archytae Categoriis, Anonymi in Pachymerae opus commentario, & Nicephori Blemmydae de quinque vocibus libello, Lipsiae edita a Ioachimo Camerario sine anni nota. 2) *Paraphrasis libri Aristotelis de lineis insecabilibus*. Legitur in antiquioribus edd. omnium Opp. Aristotelis loco ipsius libri Aristotelis, quem primum Graece edidit H. Stephanus 1557, 8. Camotius in editione sua illam Georgio Pachymerae adscripsit, cuius sub nomine etiam in recentioribus edd. Opp. Aristotelis Graece, & Latine ex versione Iac. Schegkii repetita est.

GEORGIUS *Scholarius*, cognomine *Gennadius*, Patriarcha Constantinopolitanus fuit sub Ioanne Palaeologo, Imperatore; capta vero a Turcis Constantinopoli, cum aliis Graecis in Italiam transfugit. Allat. de Georg.

p. 760. Exstant eius prolegomena in Logicam una cum expositionibus *quinque vocum Porphyrii*, *Aristotelis Categoriarum* & *libri de Interpretatione*, in Cod. Parisiensi, teste Labbeo p. 114, 316. Eiusdem ἐξήγησιν *Analyticorum priorum* & *librorum de anima* MStam habuit ipse Allatius, & asservari eam Venetiis tradit Gesnerus in *Scholario*. Adversus Georgium Plethonem Scholarius scripsit ἀντιλήψεις pro Aristotele. Vertit quoque e Latino in Graecum sermonem Porretani *de sex principiis* librum, & Thomae Aquinatis commentarios in Aristotelis Physica & libros de anima.

GEORGIUS *Trapezuntius*, in Creta insula natus a. 1396, cognomen adscivit, quia ad Trapezuntem, Cappadociae urbem, genus paternum referebat. Uberius de eius vita & scriptis egit Allat. de Georg. pag. 722, a quo etiam plura de simultatibus commemorantur, quas cum Bessarione Cardinali & Georgio Plethone, acerrimis Platonis defensoribus, Georgius, Aristoteli nimium favens, contraxerat. Obiit Neapoli a. 1486, nonagesimo aetatis anno. Multa Graece scripta Latine reddidit, in his etiam Aristotelis auscultationes physicas, libros de generatione & corruptione, de anima, & Problemata; quae tamen versiones lucem nondum viderunt. Latina versio, qua idem libros Rhetoricorum Aristotelis donavit, saepius typis expressa est. V. elench. edd.

GREGORIUS *Nazianzenus*. Laudatur eius Synopsis Organi Aristotelis MSta e Codice regio Parisiensi a Labbeo bibl. nov. MSS. p. 113.

HERMINUS, philosophiae Stoicae addictus (Porphyr. Vit. Plotin. cap. XX), Alexandri Aphrodisiei praeceptor, (Simplic. ad Arist. de coelo fol. 105 a. ed. Gr.) ad quem Demonax apud Lucianum (T. I, pag. 870): ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα κατηγοριῶν. Commentarii eius in Aristotelis librum de Interpretatione (Ammon. ad h. lib. fol. 10 a.), in Analytica priora (Alex. Aphrodis. ad ead. p. 41, 50), & in Topica (Alex. Aphrod. ad ead. pag. 271) interciderunt. Cf. Patric. discuss. Peripat. p. 137.

IAMBLICHUS, Chalcideus, Anatolii & Porphyrii discipulus, floruit sub Constantino M. Imp. circa annum 320. V. Fabric. B. Gr. Vol. IV, p. 282. Commentarius eius in Aristotelis *Categorias* πολύστιχος, saepissime laudatus a Simplicio, Boëthio, aliis, uti etiam pa-

raphrasis *Analyticorum* Aristotelis, cuius meminit Io. Philoponus (ad Analyt. fol. 8 b.), non ad nos pervenerunt. Ceterum in plurimis a Porphyrio pependisse Iamblichus dicitur καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως. V. Simplic. ad Categ. fol. 1 a. 20 b.

IOANNES *Alexandrinus Grammaticus Philoponus*, Ammonii Hermeae discipulus, medio floruit seculo septimo, maximamque aetatis partem Alexandriae degit. Cum Christianorum sacris addictus esset, acerbissimas lites connexuit cum philosophis gentilibus, inprimis cum Simplicio, qui rursus in commentariis suis illum ubicunque oppugnavit & lacessivit. Quin etiam animos ipsorum Christianorum, pluribus placitis a doctrina Catholica abhorrentibus, adeo exasperavit Philoponus, ut in concilio Constantinopolitano a. 681 cum aliis haereticis condemnaretur. Ex commentariis eius in Aristotelis libros non omnes ad nostra usque tempora servati sunt; nonnulli etiam, quos adhuc habemus, ex Ammonii enarrationibus aut scriptis aut ore factis compilati esse videntur. Exstant quidem 1) *Vita Aristotelis*, Ammonii commentario in Categorias praefigi solita, in aliis autem Codd. ut in noto illo Vindobonensi, Philopono tributa; sed vide, quae supra disputavimus p. 52. In eodem Cod. Vindob. separatim exhibentur Philoponi ἐπιστάσεις in *Aristotelis Categorias*, quae vulgo in Ammonii commentario in Categorias cum Ammonii Scholiis permixtae reperiuntur. 2) Scholia *in librum de Interpretatione* Aristotelis inedita in Cod. Vindob. v. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 112. 3) In Analytica priora σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου, μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων. *Graece* prodierunt cum Leonis Magenteni commentariis in eadem & Anonymi libello de Syllogismis, Venet. 1536, fol. Latine ex versionibus, altera Guil. Dorothei Venet. 1541, fol. altera Lucilli Philalthei ibid. 1544, 1548, 1553, 1555; & tertia Alexandri Iustiniani, Chii, 1560, fol. 4) *In Analytica posteriora* Scholia Ammonii ore excepta, Graece edita cum Anonymi & Eustratii commentariis in eorundem Analyticorum librum posteriorem Venet. 1534, fol. 1554, fol. *Latine*, interprete Andrea Gratiolo, Venet. 1542, 1559, 1568, fol. & Paris. 1543, fol. 5) Commentarius in *Aristotelis auscultationum physicarum libros quatuor priores. Graece* lu-

cem vidit ap. Ald. Venet. 1504; & ibid. ap. Barthol. Zanettum 1535, fol. *Latine* ex verſione Io. Bapt. Raſarii Venet. 1558, 1569, 1581, fol. Eſſe, qui etiam commentarium in quatuor poſteriores auſcultationum libros MStum deliteſcere teſtentur, memorat Fabricius B. Gr. Vol. IX, p. 364. 6) Commentarius in *Ariſtotelis Meteorologicorum librum primum. Graece* editus eſt ad calcem commentarii Olympiodori in Meteorologica Venet. ap. Aldi fil. 1551, fol. & *Latine* interprete Camotio Venet. 1551, 1567, fol. 7) Commentarius in *Ariſtotelis libros III de anima. Graece* ap. Zanettum Venet. 1553, fol. *Latine* ex verſione Gentiani Herveti Lugd. 1544, 1558, & Venet. 1554, 1568, fol. alia Matthaei a Bove, Veronenſis, Venet. 1544, 1581, fol. 8) Commentarius in *Ariſtotelis libb. II de generatione & interitu, Graece*, Venet. 1527, fol. cum Alexandri Aphrodiſiei commentario in Meteorologica, & libro de mixtione; *Latine*, interprete Hieronymo Bagolino, Venet. 1540, 1543, 1548, 1559, fol. 9) Scholia in *Ariſtotelis libros quinque de generatione animalium*, quae tamen ab aliis, ut a Geſnero (Bibl. p. 424) Michaëli Epheſio tribuuntur; v. ſupra p. 185. Graece evulgata ſunt Venet. 1526, fol. *Latine* ibidem anno eodem ex interpretatione Nicolai Petri Corcyraei, & cum Ariſtotelis textu Latino ex verſione Theodori Gazae. 10) Scholia in *Ariſtotelis Metaphyſicorum libb. XIV. Graece* ſuperſunt MSta in bibliotheca Vindobonenſi; v. Fabric. l. l. *Latine* prodierunt, interprete Franciſco Patricio, Ferrariae 1583, fol. 11) Praeterea aſſervatur in bibliotheca Matritenſi (Iriarte Cat. p. 137) Codex inter alia continens Ioannis Philoponi in Porphyrii quinque voces commentarium: *Ἰοάννου Φιλοπόνου τοῦ Γραμματικοῦ εἰς τὰς ε φωνάς.* Incipit hic: *καὶ τὸ πρὸς ὠφέλειαν οὐ μόνον τῶν οἰκείων μαθητῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν περὶ λόγους ἐσπουδακότων* — Liber plane ab illo diſcrepat, qui apud Neſſelium Cat. bibl. Caeſar. P. IV, Cod. CXXXIX, N. 1, inſcribitur: *Ἰ. Γ. τ. Φ. προλεγόμενα εἰς τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν ἀπὸ φωνῆς Ἀμμονίου τοῦ Ἑρμείου,* & cuius initium: *Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσθαι φιλοσόφων λόγων, ἀναγκαῖον κ. τ. λ.* Alium hunc eſſe Iriartae quoque compertum eſt ex collatione facta cum huius interpretatione Latina a Raſario Venetiis edita. (V. ſupra in *Ammonio.*) Enimvero Codex Matritenſis mihi Scholia ſo-

lius Philoponi in quinque voces, nec ea, ut in Codice Vindobonenſi ſunt, cum Ammonii Scholiis confuſa continere videtur; & hinc haud dubie diverſitas Codicum, Scholia Philoponi in eundem librum ſiſtentium, explicanda eſt.

IOANNES *Damaſcenus*, Presbyter & monachus, vixit ſeculo octavo circa a. 743. Exſtant Scholia eius MSta in Categorias Ariſtotelis in Cod. Pariſ. teſte Labbeo bibl. nov. MSS. p. 281. Scripſit quoque κεφάλαια φιλοσοφικὰ, *capita philoſophica* ſ. *dialectica*, in quibus Porphyrii Iſagogen & Ariſtotelis praecepta logica expoſuit. Graece demum edita ſunt in editione Opp. Io. Damaſceni Pariſienſi (1712, fol.) Vol. I. In edd. prioribus Latine tantum legebantur ex verſione incerti, forte, ut Fabricius opinatus eſt, *Burgundionis* Piſani. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. VIII, p. 772.

IOANNES *Italus*, Michaëlis Pſelli diſcipulus. Aſſervantur eius commentarii MSti in librum Ariſtotelis *de Interpretatione* in bibliotheca Pariſienſi (Labbei bibl. pag. 113), & in *Topicorum* libb. II, III & IV, in bibliotheca Vindobonenſi. Lambec. Comment. lib. IV, pag. 322, lib. VII, pag. 257.

LEO *Magentenus*, Metropolita Mytilenaeus, floruit circa a. 1340. Habemus eius ἐξήγησιν in Ariſtotelis *librum de Interpretatione*, maximam partem ex Ammonii Hermeae commentario excerptam. Prodiit ea *Graece* una cum Ammonii commentario, Michaëlis Pſelli paraphraſi, & Ammonii commentario in Categorias apud Ald. Venet. 1503, fol. min. *Latine* ex verſione *Io. Baptiſtae Raſarii* cum Ammonii commentario Latine translato Pariſ. 1544, Venet. 1547, Lugd. 1547, fol. & ex verſione *Hieronymi Leuſtrii*, Veronenſis, itidem cum Latino Ammonii commentario Pariſ. ap. Barthol. Sylvan. 1554, fol. Alius Leonis commentarius in Ariſtotelis *Analytica priora Graece* editus eſt ad calcem commentarii Io. Philoponi in eoſdem libros ap. Barthol. Zanettum Venet. 1536, fol. *Latine* ex verſione *Raſarii* ſeparatim Venet. 1544, fol. & Lugdun. 1547, fol. cum Ammonii commentario in Porphyrii introductionem, Georgii Pachymerae epitome, & Nili de ratiocinationibus libello. Exſtant denique commentarii Leonis manuſcripti in Ariſtotelis *Topica* & *Elenchos ſophiſticos* in bibliotheca

Coisliniana. Vid. Fabricius B. Gr. Vol. VI, pag. 383.

LUCIUS. Laudantur eius ἀπορίαι in Aristotelis Categorias a Simplicio ad easd. fol. 15 b. 32 a. b.

MAGNENTIUS. Tribuuntur illi in Codice regio Parisiensi MCCMXLV Scholia Graeca in Porphyrii Isagogen, in Aristotelis Categorias, in Analytica priora & posteriora, & in Topica. Dubito tamen, an vere huius nominis interpres Aristotelis exstiterit. Forte in Codice antiquiori *Magenteni* nomen scriptum fuit, unde auctor Codicis Parisiensis, aut qui catalogum Codd. contexuit, *Magnentii* nomen exsculpsit.

MARINUS, Procli Lycii discipulus, Flavia Neapoli, oppido Samariae s. Palaestinae prope montem Garizim oriundus. Laudatur a Ioanne Philopono ad Aristot. libb. de anima q. 10; unde colligit Patricius discuss. Peripat. pag. 141, eum commentarium in eosdem Aristotelis libros composuisse.

MAXIMUS, Epirota vel Byzantius, Aedesii & Iamblichi discipulus. V. Suidas v. Μάξιμος. Scripsit ὑπόμνημα εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας, laudatum a Simplicio ad Categ. fol. 1 a. in quo tamen omnino Alexandrum Aphrodisieum secutus est. Exstare commentarium adhuc MStum tradit Labbeus bibl. nov. MSS. p. 172. Ceterum distinguendus est hic interpres a *Maximo Ephesio*, Iuliani Imperatoris magistro. V. Socratis hist. eccles. III, 1, & Eunap. Vit. Soph. in *Maximo*.

MICHAEL *Ephesius*, de quo nihil certi constat. Fuisse eum Michaëlis Psselli discipulum, alias Michaëlem Ducam Parapinaceum dictum, putat Allatius de Psellis p. 22. Adscribuntur illi: 1) *Scholia in Aristotelis librum de Interpretatione*, quae Graece exstant in Cod. Parisiensi MCMXVII, & quorum hoc initium: ἡ μὲν πρόθεσίς ἐστιν εἰπεῖν. 2) Scholia *in Elenchos sophisticos*, ex eodem Codice Parisiensi. 3) Scholia in Aristotelis libros *de memoria & reminiscentia; de somno & vigilia; de insomniis; de divinatione per somnum; de motu animalium; de longitudine & brevitate vitae; de iuventute & senectute; de respiratione; de gressu animalium; de partibus animalium*; Graece edita ad calcem Simplicii ad Aristotelis libros de anima Venet. apud Ald. 1527. Latine Scholia in libb. de iuvent. & sen. de longitudine & brevitate vitae, de divinatione per somnum, ex interpretatione Conradi Gesneri, Ti-

gurini, prodierunt Tubingae 1543. 4) Scholia in Aristotelis *libros de anima*, *libb. de generatione animalium*, & librum *de sensu & sensibilibus*, MSta asservantur in Codice regio Parisiensi. 5) Scholia in *Aristotelis Metaphysica*, in Cod. Coisliniano; v. Montfaucon Catal. bibl. Coislin. P. I, p. 227. 6) Scholia in libb. V, IX, X *Ethicorum ad Nicomachum*; v. supra in *Eustratio*.

MICHAEL *Psellus*, Constantinopolitanus, Michaëlis Ducae praeceptor. V. Allat. de Psellis in Fabric. B. Gr. Vol. V sub fin. Cum saepenumero hunc confuderint cum *Michaële Ephesio* & librarii & alii viri docti recentiores, difficile est pronuntiare, quinam in Aristotelis libros commentarii, sub alterutrius nomine circumferri soliti, ad hunc vel alterum vere pertineant. Commentarios perpetuos Michaëli Psello deberi, contra Scholia in singula tantum Aristotelis loca Michaëli Ephesio, opinatur Allatius, cui quidem opinioni etiam plurimorum Codicum auctoritas favet. Ad Michaëlem Psellum referuntur: 1) *Paraphrasis in Aristotelis librum de Interpretatione*, *Graece* edita, cum Ammonii & Magenteni commentariis, Venet. apud Ald. 1503, fol. *Latine* cum eiusdem Psselli *compendio in quinque voces Porphyrii* & *Aristotelis praedicamenta*, Basil. 1542, 8; quod compendium prius Graece editum fuit Paris. 1540, 1541, 12. 2) *Commentarius in librum secundum Analyticorum posteriorum*, Latine tantum editus. An Graece superfit, nescio. 3) *Commentarii in Aristotelis libros de physica auscultatione*, qui *Latine* prodierunt ex interpretatione Io. Baptistae Camotii, Venet. 1554, fol. *Graece* exstant MSti in Cod. reg. Paris. MCMXLVII. Cf. etiam Allat. l. l. p. 29. 4) *Synopsis logicae Aristotelis*, ex qua Petri Hispani summula maximam partem excerpta est. Graece & Latine illam edidit Elias Ehingerus Aug. Vindel. 1597, 8. In Cod. Paris. modo memorato exhibetur etiam Graeca paraphrasis MSta *libri de coloribus*, Latine tantum typis evulgata.

NICEPHORUS *Blemmydes*, Presbyter & monachus Constantinopolitanus, vixit sub Theodoro Lascari, Imperatore, qui illum Patriarcham designavit a. 1254, quod tamen munus ille non adiit. Habemus adhuc eius *Epitomen logicae & physicae doctrinae Aristotelis* in gratiam Ioannis Ducae conscriptam. Epitomen logices typis evulgavit e quatuor Codd. Augustanis Graece & Latine, &

epitomen physices e duobus Codd. eiusdem bibliothecae Graece tantum, Io. Wegelinus August. Vind. 1605, 8. Fabricius affirmat (B. Gr. Vol. VI, p. 342), Blemmydam Physicae fragmentum exegeseos suae in Psalmos *inseruisse*; cum tamen potius, eum illud *subiecisse*, dicere debuisset. Nam Blemmydes fragmentum hoc haud dubie propter argumenti affinitatem subiecit, quippe in memorata exegesi Psalmi octavi, ut in tota fere physicae epitome, de coelorum ratione disserit, quorum magnificentiam in laudem artificis divinus vates mirifice praedicat. Monui hoc, ne quis fragmentum illud epitomes ipsius caput ex mente Blemmydae constituere sibi persuadeat. Ceterum textus utriusque epitomes emendari & locupletari aliquando poterit e Cod. Mediceo, (Bandini T. III, p. 6) Matritensi, (Iriarte Cat. T. I, p. 197) & Vindobonensi (Lambec. T. I, P. I, p. 345.) Alius Blemmydae *de quinque vocibus* libellus Latine editus est ex versione Ioach. Perionii Basil. 1542, 8. Exiit quoque, ut Blemmydae opus, *συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας*, Latine tantum, Georgio Valla Placentino interprete Basil. 1542, 8; verum referendum hoc est aut ad Nicephorum Gregoram, aut ad *Gregorium* monachum Aneponymum, cuius sub nomine etiam Graece lucem vidit cum Scholiis Io. Wegelini Aug. Vindel. 1600, 8.

NICOLAUS *Damascenus*, Augusti Imper. familiaris, scriptis historicis & philosophicis clarissimus. Ex libris eius tamen illi, qui ad Aristotelem illustrandum faciebant, ad unum omnes perierunt. Memorantur apud interpretes Aristotelis antiquiores Nicolai libri *de Diis*, (Simplic. ad ausc. phys. fol. 32 b.) libri *de philosophia Aristotelis* (Id. ad libb. Ar. de coelo fol. 97 a.) & libri *de philosophia prima* (Averrhoës in Ar. Metaph. lib. XII, com. 44.) Sub his postremis intelligi potest paraphrasis Metaphysicorum Aristotelis: nam Averrhoës l. l. & alibi passim docet, aliam verborum Aristotelis lectionem secutum fuisse Nicolaum. Idem Averrhoës (ad Aristot. lib. III de anima com. 14) *recte*, inquit, *videmus, quod Theophrastus & Themistius & Nicolaus, & alii antiquorum Peripateticorum magis retinent demonstrationes Aristotelis, & magis conservant verba eius.* Hinc forte concludas, fuisse etiam Nicolai commentarium in Aristotelis libros de anima. Cf. Patric. disc. Perip. p. 136. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 306.

NICOMEDES. Quisnam fuerit, ignoro. Supereſſe eius Scholia Graeca MSta in Ariſtotelis Analytica priora, e Cat. bibliothecae Strozzianae refert Labbeus p. 172.

NICOSTRATUS. Saepius citatur a Simplicio ad Ariſtot. Categor. ut fol. 14 b. 32 b. 108 b. In ἀπορίαις & ἐνστάσεσι, quas ad Categorias ſcripſerat, *Lucium* ducem habuiſſe ab eodem dicitur ibid. fol. 1 a.

OLYMPIODORUS *iunior Alexandrinus*, diverſus ab Olympiodoro, Theophraſti diſcipulo, & ab Olympiodoro itidem Alexandrino, Procli praeceptore, vixit circa a. 565 p. C. n. Habemus eius *commentarios in Ariſtotelis quatuor libros Meteorologicorum, Graece* editos cum Fed. Turriſani praefatione & cum Io. Philoponi commentario in librum primum Meteorologicorum, Venet. apud Aldi fil. 1551, fol. & *Latine* ex interpretatione Io. Bapt. Camotii ibid. 1551 & 1567, fol. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. IX, p. 352, & ſupra elenchum Codd. paſſim.

PASICRATES *Rhodius*, Bonaei filius, Eudemi Rhodii frater. Commentatus eſſe dicitur in Ariſtotelis Categorias a Fabricio in B. Gr. Vol. II, p. 111. Haud dubie Patricium ſecutus eſt Fabricius; equidem tamen non memini, me Paſicratem, ut Categoriarum interpretem, laudatum reperire. An eidem tribuendus ſit Ariſtotelis Metaphyſicorum, qui nunc legitur, liber ſecundus, alio loco diſpicietur.

PHANIAS *ſ.* PHAENIAS, Ereſſo, Lesbi inſulae urbe, oriundus, Ariſtotelis diſcipulus & familiaris. Scripſit praeter alia etiam libros *de Categoriis, de Interpretatione*, & *Analytica*, qui tamen omnes temporis naufragio perierunt. V. Ammon. ad Ariſtot. Categ. fol. 5 a. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 308.

PHOTIUS, Patriarcha Conſtantinopolitanus uſque ad annum 886, quo a Leone ſapiente Imp. Baſilii Macedonis Imp. filio, ſede patriarchali pulſus atque in exſilium eiectus in monaſterium Armeniacorum Bordi dictum ſeceſſit, ubi etiam a. 891 vita defunctus eſt. Ex magna copia librorum, quos ſcripſit & compilavit vir ingenii dotibus, animi robore, & acerrimo literarum ſtudio eminentiſſimus, huc pertinent: 1) *Synopſis Categoriarum Ariſtotelis*, quam MStam exſtare in Cod. reg. Pariſ. auctor eſt Labbeus bibl. nov. MSS. pag. 114. 2) *Commentarius in Ariſtotelis librum de Interpretatione*, qui etiam

in Cod. Pariſ. aſſervatur, teſte Colomeſio *de Photii ſcriptis*. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. IX, p. 369 ſq.

PORPHYRIUS, cognomine *Malchus*, natus Tyro ſ. ut alii volunt Batanea, Syriae oppido, a. C. 233, Plotini & Procli diſcipulus. V. Holſten. de vita & ſcript. Porphyrii in Fabric. B. Gr. Vol. IV, p. 207. Balfourei Comment. in libb. Ariſtot. de philoſophia pag. 52. Notiſſimus eſt eius libellus περὶ γένους, καὶ εἰδους, καὶ διαφορᾶς, καὶ ἰδίου, καὶ συμβεβηκότος, qui vulgo Categoriis Ariſtotelis praemittitur. In Graecis Codd. & in editis inſcribitur περὶ τῶν πέντε φωνῶν, aut εἰσαγωγὴ πρὸς Χρυσαόριον εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας. Alio loco de eo accuratius adhuc diſſeremus. Ceterum in hanc Iſagogen ſcripſit commentarium Arabicum Athireddinus Mofadhel Ben Omar, qui inter Mohammedanos tanto in pretio fuit, ut plures eum novis commentariis & Scholiis illuſtrarent & locupletarent. Exſtant eius exempla MSta in bibliothecis Scorialenſi & Pariſienſi. Praeterea ſcripſit Porphyrius, εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἐξήγησιν κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, quae *Graece* edita eſt Pariſ. apud Io. Bogardum 1543, 4; *Latine*, interprete Ioanne Bernardo Feliciano, Venet. 1546, 1566, fol. apud Hieron. Scotum una cum Dexippi in Categorias quaeſtionibus. Alia fuit eius ἐξήγησις τῶν κατηγοριῶν, libris VII ad *Gedalium*, laudata a Simplicio ad Categ. fol. 1 a. & teſte eodem a Iamblicho excerpta. Memoravit denique ſaepiſſime Porphyrii expoſitionem *libri Ariſtotelis de Interpretatione* Boëthius in comment. ad eund. lib. ut p. 252, 295, & alibi. De ſcriptis Porphyrii omnino conſuli poſſunt, quae ex Anonymi Arabica philoſophorum bibliotheca propinavit Abulpharagius in hiſt. dynaſt. p. 83. Cf. Caſirii bibl. Arab. Hiſpan. p. 185. Apud Balfoureum l. l. Porphyrius dicitur Ethica quoque ad Nicomachum explanaſſe, quod unde habuerit Balfoureus, mihi non liquet.

PROCLUS, Lycius, in ſchola Athenienſi ſucceſſor Syriani, quem, praeter Olympiodorum Alexandrinum, habuit praeceptorem, natus eſt a. 410, atque obiit a. 485. V. Marini *Proclum* ſ. *de felicitate*. Eorum, quae ad Ariſtotelis libros commentatus eſt, nihil aetatem tulit. Ἐξήγησιν eius libri de Interpretatione in uſum ſuum ſe convertiſſe ipſe teſtatur Ammonius Hermeae initio com-

mentarii ad eundem librum. Libris duobus *de motu* Aristotelicam de hoc argumento doctrinam Proclus in compendium redegit. Simplic. ad Aristot. ausc. phys. fol. 142 b. Editi sunt illi Paris. 1543, & Basil. 1531, 8. Scripsisse eum quoque in Aristotelis libros de Coelo & Meteorologica, suspicatur Patricius discuss. Peripat. pag. 41. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. VIII, p. 455.

SIMPLICIUS, Cilix, Ammonii Hermeae & Damascii discipulus, doctissimus utique & acutissimus omnium Graecorum Aristotelis interpretum, medio seculo sexto floruit, & partim Alexandriae, partim Athenis, aliquamdiu etiam apud Chosrhoëm, Persarum regem, aetatem degit. In Commentariis, quos in Aristotelis libros nonnullos contexuit, quamvis eodem perverso consilio, quod Alexander Aphrodisieus, Ammonius & alii secuti fuerant, omnem operam eo tetenderit, ut Pythagoreorum, Eleaticorum, Platonis & Stoicorum placita cum Aristotelicis conciliaret, sensum tamen verborum Aristotelis, quandocunque merum interpretem egit, rarissime ab eo depravatum, aut in falsum detortum invenimus. Attulit ex philosophorum Aristotele antiquiorum scriptis, quorum alia etiamnum habemus, alia in deperditis numeramus, loca integra, ita ut ipsis lectoribus iudicandi relicta sit opportunitas, an illorum opiniones cum Aristotelicis vere consentiant, necne. Multi praeterea cum explanandis Aristotelis libris iam ante eum occupati fuissent, horum commentarios diligentissime ille evolvit, atque sedulo inde congessit, quae recte intelligendis aut ab aliorum sententiis discernendis Aristotelis placitis inservire forte possint; quare si quis solius Simplicii commentarios accurate adhibuerit, eum plurimis priorum interpretum, qui eosdem cum hoc Aristotelis libros explicarunt, commentariis facile carere existimaverim. Exstant quidem: 1) Σιμπλικίου διδασκάλου τοῦ μεγάλου σχόλια ἀπὸ φωνῆς αὐτοῦ εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας, edita *Graece* ex Zachariae Calliergi officina, quemadmodum subscriptio palam facit & monogramma nominis Calliergi in fronte libri, (adeoque non ex officina Aldina, ut Fabricius refert B. Gr. Vol. VIII, pag. 636) Venetiis, 1499, fol. Cf. Maittair. Ann. typogr. T. I, pag. 686. Morhof. Polyhist. T. II, lib. I, cap. IX, n. 6. Alia eorum editio prodiit cum La-

tinis *Iusti Velsii* ad singulas Categorias Scholiis Basileae apud Mich. Isingrin. 1551, fol. *Latine* ea vertit *Guilelmus de Morbeka*, (Ord. Praed. fl. a. 1270) cuius tamen versio lucem non vidit; alia versio *Guilielmi Dorothei* typis expressa est Venetiis apud Hieron. Scotum 1541, fol. alia Anonymi ibidem a. 1550 evulgata est, recusa etiam a. 1567. Apud Fabricium memorantur praeterea versiones Latinae, una edita Venet. 1500; altera cura *Pauli de Genecano* Venet. 1516, fol. 2) *Commentarius in Aristotelis auscultationes physicas*, quem *Graece* edicit Fr. Asulanus Venet. 1526, fol. *Latine* ex versione *Lucilli Philalthaei* prodiit Venet. apud Hieron. Scotum 1543, 1565, fol. ed. recusa ibid. 1567, 1587, & Paris. 1545, fol. ap. Io. Roigny. Singula huius commentarii loca illustravit & emendavit Petrus Petitus in Miscell. Observv. Traiecti ad Rhen. 1682, 8. 3) *Commentarius in Aristotelis libros IV de Coelo*, vulgatus *Graece* a Fr. Asulano Venet. 1526, fol. *Latine*, interprete *Guilelmo de Morbeka* Venet. 1540, fol. & interprete *Guil. Dorotheo* ibid. 1544, fol. deinde ex versione Anonymi, qui etiam Codices Graecos denuo se contulisse profitetur, Venet. 1548, 1555, 1563 & 1584, fol. 4) *Commentarius in Aristotelis libros III de anima*. Hunc cum Alexandri Aphrodisiei commentario in librum de sensu & sensibili, & Michaëlis Ephesii in parva Naturalia Scholiis, *Graece* edidit idem Asulanus Venet. 1527, fol. Latina eius interpretatio cura *Ioannis Faseoli*, Patavini, una cum prooemio, quod in editione Graeca desideratur, prodiit Venet. 1543, fol. Alia *Evangelistae Lungi* Asulani Venet. apud Hier. Scot. 1564 & 1587, fol. Prooemium illud, utpote adhuc ineditum, Graece e Cod. Matritensi LIV inseruit Iriarte Catal. bibl. Matrit. p. 181. Epitomen quoque commentarii huius Simpliciani Graece concinnavit & edidit Iac. Schegkius Basil. 1544, 8.

SOPHONIAS, Monachus. Supereſſe eius commentarium Graecum in Aristotelis Categorias s. tractationem de homonymis, synonymis, paronymis, heteronymis, polyonymis, testatur Labbeus bibl. nov. MSS. p. 115.

SOSIGENES, Aegyptius, C. Iulii Caesaris aequalis, qui eum ad anni solaris emendationem adhibuit, (Plin. H. N. XVIII, 25) Alexandri Aegaei fuit praeceptor, & ipse, si Patricio (in disc. Peripatet. p. 134) fidem habeas, Andronici Rhodii discipulus. Laudatur Σωσιγένης

ὁ Περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν, *de revolutionibus*, apud Proclum hypotyp. aſtronom. poſit. pag. 45. Commentarium eius in libros Ariſtotelis *de coelo* memorat Simplicius, (ad eoſd. libb. fol. 131 a. ed. Gr.) qui etiam plurima Soſigenem ex Eudemi libris depromſiſſe ait ibid. fol. 124 a.

STEPHANUS, philoſophus Peripateticus, vulgo parum cognitus. Fuit eius commentarius Graecus in Ariſtotelis *elenchos Sophiſticos* in bibliotheca Diegi Hurtadi Mendozae. Manuſcripta etiam aſſervari in bibliotheca Pariſienſi eiuſdem Scholia in Ariſtotelis libros *de anima*, & in *Rhetorica*, auctor eſt Labbeus l. l. pag. 173 & pag. 270.

SYRIANUS, Philoxeni filius, Alexandrinus, Athenis philoſophiam docuit uſque ad annum circiter 450 p. C. n. quo vita defunctus eſt. Commentarius eius in librum Ariſtotelis *de Interpretatione*, ſaepe citatus a Boëthio, (Opp. pag. 295, 352) nunc deperditus eſt. Alius commentarius in *Metaphyſica Graece* exſtat in pluribus bibliothecis; edita tamen eſt pars eius tantum, quae ad libb. II, XIII, XIV, ſpectat, & quidem non Graece, ſed ex *Latina verſione* Hieronymi Bagolini, Venet. 1558, 4. Cf. ſupra elenchum Codd. p. 186.

THEMISTIUS, Paphlago, dictus *Euphrades* in eloquentiae ſuae laudem; vixit primum Nicomediae, ubi philoſophiae diligentiſſimam operam impendit, & commentarios in plures Ariſtotelis libros compoſuit, dein Conſtantinopoli, & quidem ſummis honoribus a Iuliano Imp. ornatus. Praeter *Orationes* eius, quae omnium eruditorum manibus verſantur, lucem viderunt: 1) Παράφρασις τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους ὑστέρων Ἀναλυτικῶν. *Latine* eam vertit Boëthius & poſt hunc Hermolaus Barbarus, Patricius Venetus, cuius interpretatio prodiit Venetiis 1480, fol. 1499, fol. 2) Παράφρασις εἰς τὰ ὀκτὼ τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως. *Latine* edita eſt ex verſione Hermolai Barbari Venet. 1480, fol. ibid. 1500, fol. 3) Παράφρασις τῶν περὶ ψυχῆς, quam idem Hermolaus Latine vertit, typiſque evulgavit ibid. eod. a. Paraphraſin libri tertii Latine & novis cum Scholiis edidit Ludovicus Nogarola Comes Venet. 1570, fol. itidem Federicus Bonaventura, Urbinas, una cum ſuis opuſculis, Urbini 1627, 4. 4) Παράφρασις εἰς τὸ περὶ μνή-

μνης καὶ ἀναμνήσεως, περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, περὶ ἐνυπνίων, καὶ εἰς τὸ περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. Latine prodiit ex verſione Hermolai Venet. 1480, fol. & Baſileae apud Henr. Petrum 1530, fol. Omnes illas paraphraſes adhuc memoratas *Graece* typis deſcribi curavit Trincavelus una cum Themiſtii orationibus, & Alexandri Aphrodiſiei libris de anima, & libro de fato, Venet. apud Ald. 1534, fol. 5) *Paraphraſis in libros quatuor Ariſtotelis de coelo.* Hanc ex *verſione Hebraica* in *Latinum* ſermonem tranſtulit Moſes Alatinus, Spoletinus medicus ac philoſophus, quae verſio prodiit Venet. 1574, fol. 6) *Paraphraſis in librum duodecimum Metaphyſicorum Ariſtotelis*, quae *Latine* tantum ex Hebraico a Moſe Finzio, Hebraeo, converſa, edita eſt Venet. 1558, 1570, fol. Plura Themiſtii ſcripta perierunt, in quorum numero etiam ſunt: 1) *Paraphraſis Categoriarum Ariſtotelis*, e qua liber de decem Categoriis, Auguſtino vulgo tributus, maximam partem excerptus eſt, laudata a Simplicio ad Categ. fol. 1 a. & ſaepiſſime a Boëthio. 2) *Paraphraſis Analyticorum priorum.* Haec quidem, a Fabricio & aliis in deperditis habita, exſtat MSta Graece in Codice bibliothecae Pariſienſis. 3) *Paraphraſis Topicorum Ariſtotelis*, ſaepiſſime a Boëthio citata. Integra eius fragmenta ex verſione Hebraica in Arabicum ſuum commentarium in eadem Topica tranſtulit Averrhoës. 4) Ὑπομνήματα in univerſos Ariſtotelis libros, a paraphraſibus, quas modo diximus, diverſa. Vid. Photii biblioth. Cod. LXXIV.

THEODORUS *Metochita*, magnus logotheta inde ab anno 1314 ſub Andronico Palaeologo ſeniore Imperatore, dein ab Andronico iuniore dignitate exutus & patria eiectus, mox tamen ab exſilio revocatus vixit Conſtantinopoli in monaſterio Chorae a ſe ipſo inſtaurato, in quo etiam diem ſupremum obiit a. 1332. *Latine* ſupereſt eius *Paraphraſis in Ariſtotelis Phyſicarum libros VIII, de anima libros III, de coelo libros IV, de ortu & interitu libros II, & in Parva Naturalia*, ex verſione Gentiani Herveti, quam typis exprimi curavit Simon Schardius Baſil. 1559, 4, cum praefatione Phil. Bechii, Medici; ed. recuſa Ravennae 1614, 4. *Graece* exſtat haec paraphraſis in Cod. regio Pariſienſi. Memoratur etiam MSta ap. Labbeum pag. 114. Paraphraſin Metochitae in Ariſtote-

lis libros *de partibus animalium* MStam in Italiae bibliothecis occurrere notavit Geſnerus. V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. IX, p. 214. Cf. Montfaucon Catal. bibl. Coislin. P. I, p. 223, & ſupra elench. Codd.

THEODORUS *Prodromus iunior* ſ. *Ptochoprodromus*, floruit ineunte ſeculo duodecimo, Alexio & deinde Ioanne Comneno Imperatoribus. Praeter varia carmina erotica ſcripſit etiam Scholia in Ariſtotelis *Analytica poſteriora*, quae MSta in bibliotheca Vaticana ſupereſſe, notavit Geſnerus. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. VI, p. 799.

THEOPHRASTUS. Huius exſtiterunt: 1) Analyticorum libri. 2) Ἀναλυτικῶν compendium. 3) περὶ συλλογισμῶν λύσεως. V. ſupra p. 187.

DE
LIBRORUM ARISTOTELIS
INTERPRETIBUS ARABICIS
EORUMQUE COMMENTARIIS.

INTER barbaras gentes, quae a ſeculo p. C. n. quarto imperium Romanum felici ſucceſſu oppugnarunt, eo potiſſimum eminuere Arabes, quod Syriam, Aegyptum, aliaſque imperii provincias licet hoſtiliter ingreſſi, bonarum tamen artium literarumque ſtudiis tum ibi florentibus, inprimis poſt perſpectam eorum ad vitae commoda utilitatem & fructum, non ſolum quodammodo parcerent & faverent, ſed etiam proprio Marte ea proſequi conarentur. Factum hinc eſt, ut iiſdem temporibus, quibus in occidentalibus Europae terris barbariei ſqualore obruta & prope enecata eſſent hominum ingenia, literis apud Arabes pateſceret effugium atque adeo hoſpitium ſatis lautum, utque poſtea horum ex Africae ora ſeptemtrionali in Hiſpaniam & Siciliam tranſitus illas in has regiones denuo reducendi opportunitatem praeberet. Nec honoris literis habiti, & induſtriae ab Arabibus in illis addiſcendis & excolendis collocatae,

ſola memoria nunc ſupereſt. Aſſervantur etiamnum in bibliothecis, praeſertim Hiſpaniae & Italiae, multae Arabicorum ſcriptorum reliquiae, tum ad ſuae gentis hiſtoriam, tum ad rerum naturalium ſcientiam, ad medicinam, philoſophiam, matheſin, aſtronomiam & aſtrologiam ſpectantes, quarum utplurimum non niſi mancam habemus notitiam, idoneam tamen, unde haud mediocri nec ab omni parte infelici conatu Arabes aliquando in literis verſatos fuiſſe, recte colligamus. Interea dolendum eſt, defuiſſe adhuc, qui linguae Arabicae, & rerum geſtarum per omne iſtud aevum, quo Arabes tam armis & bellica virtute, quam ingeniorum expolitione & cultu invaluerunt, ſatis gnarus, fata & viciſſitudines, quas literarum ſtudia per Arabes ſubierunt, diligenter & accurate enarraret. Non ignoro *Pocockii*, *Hottingeri*, *Herbelotii*, *Reiskii*, *Caſirii*, aliorumque, ex noſtratibus etiam, hanc in rem merita; neque vero illi opera ſua aſſecuti ſunt, ut graviſſima hiſtoriae literarum ſub Arabum imperio capita illuſtrata ſatis dici poſſint. Debemus viris doctiſſimis quidem ſingulorum Arabum, ingenio & eruditionis copia eximiorum, nomina & vitas ſedulo collectas, librorum, quos illi concinnarunt, aut concinnaſſe feruntur, indices & deſcriptiones, Codicum Arabice exaratorum recenſus, alia quoque, quibus hiſtoriae, religiones & mores Arabum egregie explicantur. Attamen reſtant quaeſtiones maximi adeo momenti ad Arabum rem literariam pertinentes, nondum penitus excuſſae & dilucidatae, quae igitur ſubtiliorem adhuc interpretem deſiderant. Eſt in his primo loco ponenda quaeſtio *de ſtudii Graecarum literarum inter Arabes initiis & rationibus*. Quamvis enim ſaepe & ſatis luculenter declaratum ſit, Arabes omnino literarum cultum eruditionemque a Graecis accepiſſe, idemque etiam verſiones Graecorum librorum Arabicae, quas in bibliothecis paſſim reperias, aperte teſtentur, non ad liquidum tamen perductum videri debet, utrum ipſi unquam Arabes Graecam linguam addidicerint, an innotuerint illis libri Graecorum e verſionibus tantum exoticis; deinde, quae fuerint cauſae, cur apud Arabes, quod obſervatum eſt, lectio librorum a Graecis ſcriptorum intra certum quoddam horum genus contineretur; denique, cur doctrinae ex his libris ab Arabibus partae

ſenſim ſenſimque tam ſingularem habitum formamque induerent, ut priſtinam earum conditionem vix agnoſcas. Iam vero, cum in hoc celeberrimorum Ariſtotelis interpretum recenſu merito a me exigi ſentirem, ut, quantum id mihi liceret, commentarios in Stagiritae libros ab *Arabicis* quoque interpretibus contextos notos facerem, iiſque pretium ſtatuerem, haud ſatis firmo pede operam hanc me aggreſſurum eſſe mox animadverti, niſi antea de rationibus ſtudii omnino, quo Arabes in Graecas literas incubuerunt, curioſius diſpicerem. Qua tamen diſquiſitione facta, quae ſuper toto hoc argumento recte tradi ratus ſum, ea paucis tantum hic delibare licet: nam omnia ac ſingula perſequi, ipſum vetat propoſitum meum, ex quo de ſolius Ariſtotelis interpretibus agendum eſt; & conferri quoque poſſunt a lectoribus, quorum quidem interierit, quae alio loco fuſius diſputavi. *

Prima *exquiſitioris eruditionis* ſemina inde ab eo demum tempore inter Arabes ſpargi coeperunt radiceſque egerunt, quo Caliphis Ommiahdis gens Abbaſſidarum ſive Haſchemidarum ſucceſſit, quippe ſub horum regno pacatis tantiſper rebus, & conſtituta Bagdadi certa imperii ſede. Fuerunt autem potiſſimum Iudaei & Chriſtiani, in Arabia & Syria degentes, quorum operae debetur, ut literis primum in Saracenicorum principum aulam aditus aperiretur: nam plerique horum etſi more vulgi non tam literis, quam mercaturae, aut ſationi, aut quaeſtui e pecore, & variis terrae ſuae proventibus faciendo ſe tradidiſſent, erant tamen inter eos quoque viri docti, qui Graecos libros legerent & in linguam vulgarem transferrent. Iuſtiniani imperatoris iam aetate Sergius, Syrus, plures Graecorum libros vernaculo ſermone reddiderat, in his Hippocratis aphoriſmos; & verterat etiam e Graeca in linguam Syriacam duos Homeri libros de Ilii excidio Theophilus quidam Chriſtianus, ut Damaſcium, Eulamium, celeberrimos philoſophos Peripateticos, e Syria oriundos, alioſque taceam. Iſti docti Iudaei & Chriſtiani inter Arabes verſantes, & e Graecorum diſciplina profecti, cum praecipue arte medica,

* V. Commentationem meam *de ſtudii Graecarum literarum inter Arabes initiis & rationibus*, in Commentatt. Soc. Reg. ſcient. Gotting. a. 1791.

quam exercebant, principibus Arabum se commendarent, nec non philosophiae & elegantiorum literarum scientia ingeniorum animorumque ornatum quendam prae se ferrent, non potuere non apud illos & sibi, & doctrinis, quas profitebantur, auctoritatem & famam conciliare. Hinc explicandum est, cur primum scripta Graecorum medici & philosophici argumenti in Arabum notitiam venere. Erat nempe medicinae & rerum naturalium scientia, quam Saracenorum duces in viris doctis, quos secum habebant, maxime admirati sunt, cuius etiam utilitas & fructus statim in promtu erat hominibus ceteroquin ab eminentiori ingeniorum cultu alienis. Medici autem illius aetatis non solum arti, quam recte vocant, salutari, diligentiam suam unice tribuere soliti, in philosophiae quoque studiis magnam otii partem consumserunt. Etenim necessario hoc requirebatur, quandoquidem omnis doctrina medica tum a Graecorum penu erat derivanda, & libri Graecorum medici argumenti sine accurata philosophiae cognitione intelligi vix poterant. Igitur ipsius artis medicae studia inter Arabes progerminantia, Hippocratis & Galeni nomina a Syris Graece doctis frequenter laudata, eorum libri tam argumenti medici, quam philosophici, saepius ab iisdem citati, occasionem praebere debuerunt, ut etiam in alios libros Graecos ad philosophiam spectantes eorumque auctores sermo incideret. Ex his quidem tum temporis nulli magis eruditorum manibus versabantur, quam libri Platonis & Aristotelis, ad quos curiose perscrutandos medici etiam Galeni potissimum scriptis excitabantur, quae placita Platonica & Aristotelica saepissime attingunt. Praeterea omne philosophiae studium eo fere abierat, ut, quae Plato & Aristoteles de rebus divinis humanisque commentati essent, ea aut illustrarent viri docti, aut alternatim modo impugnarent, modo defenderent, modo inter se invicem coniungere anniterentur. Quoties igitur inter viros doctos de rebus medicis aut philosophicis coram Arabibus agebatur, nomina Hippocratis, Galeni, Platonis, Aristotelis, aliorum, aures Arabum personabant: quare istos desiderium subiit, eorum scripta ipsa pernoscendi, de quibus tot praeclara fando acceperant.

Simulac Arabes, eorumque principes, bonarum lite-

rarum utilitatem ipsi intellexissent, earum amore populares incendere, eosque praesertim ad Graecorum scripta legenda adhortari coeperunt. Verum enimvero Arabes Graecam linguam ignorabant: quamobrem, ne Graecae sapientiae fontes illis occluderentur, primus Al Mansor larga proposuit praemia illis, qui libros Graecos ad medicinam, philosophiam, historiam naturalem & rem mathematicam pertinentes, Arabica veste induissent. Quod quamvis non magis per Arabes ipsos effici posset, erecti tamen sunt Chaliphae mandatis & exhortationibus Syri, ut libros Graecos Syriaco saltem sermone, qui Bagdadi vernaculus erat, exprimerent, quo facilius illi aut ab Arabibus intelligi, aut in patrium sermonem traduci possent. Quare Arabes primum libros a Graecis scriptos, non, quo ab auctoribus compositi sunt, sermone, sed ex versionibus Syriacis legerunt; neque enim tum aderant praeter Syros, quibus ducibus in sapientiae Graecae adyta penetrare licuisset. Qua ratione, quorumve virorum industria istae primae librorum Graecorum versiones Syriacae confectae fuerint, nunc quidem definiri nequit: nam earum versionum, quae tempore Chaliphae Al Mansor susceptae sunt, nulla exstant exempla; dubitari saltem potest, an ulla Graeci alicuius libri versio Syriaca ex earum numero, quas adhuc tenemus, ad Al Mansoris aetatem revocanda sit. Fuisse autem eas vitiosissimas, etiamsi hoc scriptores fide digni non testarentur, evinci exinde potest, quod temporibus statim subsequentibus viris doctis novas versiones curare necessarium videretur, & quod recentissimae versiones Syriacae, de quibus constat, licet ad plurium seriorum interpretum limam exactae, naevis mendisque scatent.

Paulo serius versiones librorum Graecorum *Arabicae* confectae sunt, & quidem regnantibus Chaliphis Al Mamun & Motawackel. Quorum prior facile perspexit, popularibus suis, quippe quibus maximam partem Syriaca quoque lingua esset exotica, librorum Graecorum versionibus Syriacis non satis consultum iri; ut Graecae itaque eruditionis copiae magis illis innotescerent, testibus Abulpharaio & Leone Africano, ingentem virorum doctorum congregavit numerum, misit in Syriam, Armeniam & Aegyptum, qui libros ad medicinam, physicam,

philosophiam, cosmographiam & astronomiam spectantes coëmerent, iussitque viros doctos, inprimis Ioannem Mesueh, medicum suum, eorum versiones Arabicas curare. Constat vero, istas versiones Arabicas, saltem earum plurimas, non immediate ex Graeco factas esse, sed fluxisse potius ex versionibus Syriacis, Persicis & Copticis. Omnes fere versiones Arabicae, quae *etiamnum* in bibliothecis Vaticana, Scorialensi, Parisiensi, Leidensi, aliis, asservantur, ex Syriaco factae sunt; celeberrimi quoque interpretes Graeca non Arabice, sed Syriace, verterunt; & hinc demum illa in sermonem Arabicum translata sunt. Mirum sane est, non memorari gente Arabem, qui Graeca ipsa patrio sermone reddidisset. Inter interpretes librorum Graecorum apud Arabes, quantum scio, solus laudatur Honainus ben Isaac, qui libros Graecos quosdam e Graeco ipso in sermonem Arabicum traduxit: verum is gente Syrus fuit, & tum demum versionibus Arabicis conficiendis insudavit, postquam e Graecia, ubi per biennium literis operam dederat, linguae Graecae scientia, multisque libris, praesertim Aristotelis, Euclidis, Ptolemaei, Galeni, Alexandri Aphrodisiei, Themistii, Porphyrii, Simplicii, auctus, Bassoram venisset, ibique Arabicam linguam didicisset. Ipsa noviissima librorum Aristotelis versio Arabica, ab Averrhoë, Arabe Hispano, confecta, mera repetitio antiquiorum versionum est, quae omnes ex Syriaco fluxerunt: nam Averrhoës harum tantum vitia passim castigavit; Graecum textum non habuit ante oculos, id quod non solum ex ipsius versionis Averrhoisticae indole, quatenus de ea ex antiquissima librorum Aristotelis versione Latina, quae quidem non immediate ex Arabico, sed ex Hebraica Arabici textus versione facta est, iudicare licet, sed etiam ex disertis discipulorum Averrhois & primorum philosophiae Aristotelicae in terris Europae occidentalibus restauratorum testimoniis patet.

Quale pretium tum versionibus Arabicis librorum Graecorum omnino, tum inprimis iis, quibus Aristotelis libri donati sunt, tribuendum sit, & utrum illae Graeci textus sensum & vim expresserint, necne, declarare hodie nemo ausit, quoniam aut MStae in bibliothecis latent, aut ex versione Latina tantum, barbara ut-

plurimum & infida, editae sunt. Ignoramus adeo, quid solus Averrhoës in emendanda Aristotelis versione praestiterit, cum eum plures antecesserint in eodem studio versati. Apparet vero hinc simul, de commentatoribus in Aristotelis libros eatenus tantum iudicium ferri certum posse, quatenus non textu Graeco, sed versione eius aliqua manca & vitiosa usi fuerint. Ceterum eorum scripta lucem nondum viderunt, praeterquam, quod Averrhois explanationes & Alpharabii nonnulla ex Latina versione typis impressa habemus, de quibus etiam infra in universum quaedam monui.

ABDALLAH *Abulpharagius Ebn Althajeb*, Iracensis (Assyrius), floruit ineunte Hegirae seculo quinto. Debetur illi *de plantis* tractatus ex Aristotelis libris excerptus, cuius iam mentionem fecimus, & commentarius in Aristotelis Oeconomica, quae etiam Arabice transtulisse dicitur. Exstat & tractatus ille & commentarius in bibliotheca Escorialensi. V. Casirii bibl. Arab. Hispan. T. I, pag. 300. Confer Gregor. Abulpharag. hist. dynast. pag. 233.

ABU *Ahmad Ben Karnib.* Laudatur eius Commentarius in librum primum & quartum auscultationum physicarum Aristotelis apud Casirium T. I, p. 244.

ABU *Baschar Althabaraeus.* Dicitur Arabice transtulisse Macidori cuiusdam commentarium amplissimum in librum *de astrorum influxu* Aristoteli tributum. Casirii bibl. T. I, pag. 245.

ABULPHARAGIUS *Cadamah.* Edidit commentarium in partem librorum de auscultatione physica. Casirii bibl. T. I, pag. 244.

ABU *Ruh Alsabaeus.* Alexandri Aphrodisiensis commentarios in Aristotelis primum librum de physica auscultatione Arabice vertit. Casirii bibl. T. I, pag. 243. Versionem postea emendavit Iahia ben Adi.

ABU *Zacharia Iahia Ben Adi*, Christianus Iacobita, natus in Mesopotamiae urbe Tigrith. Praeterquam quod

aliorum, maxime Honainorum, verſiones Arabicas e Graeco aut Syriaco factas caſtigavit, ipſe quoque Ariſtotelis Categorias, libros Topicorum una cum Alexandri Aphrodiſienſis & Ammonii Hermeae commentariis, nec non Themiſtii in libros de coelo commentarios denuo ex Syriaca verſione Iſaaci ben Honain Arabice reddidit. Mira quoque fuit eius in calligraphia ſollertia, etſi nonnunquam intra unius diei & noctis ſpatium centum folia ſcribendo impleviſſe dicitur. Vid. Caſirii bibl. T. I, pag. 304.

ABRAHAM *Abdallah*. Ariſtotelis Topica Arabice convertit, ut ex Arabica philoſophorum bibliotheca memorat Caſirius T. I, p. 305.

AHMAD (*Ben Mohamad Ben Meruan Ebn Althajeb*), Perſa, Sarkhaſenſis, Alkendii diſcipulus, floruit ſub finem ſeculi Hegirae tertii. Scripſit commentarios Arabicos in Ariſtotelis Categorias, in librum de Interpretatione, in Analytica & in Artem Sophiſticam. V. Caſirii bibl. Arab. Hiſp. T. I, p. 406.

ALI *Ben Zaraa*. Compendium librorum Ariſtotelis de hiſtoria animalium a Nicolao editum emendavit, & e Graeco in Arabicum ſermonem tranſtulit. Caſir. bibl. T. I, pag. 306.

ALCHINDUS (*Iacobus Ben Iſaac Ben Alſabah*, ſed vulgo dictus *Abu Ioſeph Alchindus*), homo artis medicae, rerum naturalium, philoſophiae, doctrinarum etiam mathematicarum peritiſſimus, Baſora oriundus, floruit medio ſeculo tertio Egirae. V. Abulpharag. hiſt. dynaſt. p. 179. Pocock. ſpec. hiſt. Arab. p. 365. Hottinger bibl. Orient. p. 219. Librorum, quos ſcriptos reliquit, ampliſſimum catalogum ex *Arabica philoſophorum bibliotheca* excerpſit Caſir. bibl. Arab. Hiſp. T. I. pag. 353. Huc maxime pertinent: de Ariſtotelis librorum ordine, liber I; de eiuſdem propoſito in praedicamentis, liber I; de decem praedicamentis, liber I; de Dialecticae demonſtrationibus, lib. I; commentarius in Ariſtotelis Analytica, lib. I; de arte Topica, ſive de locis logicis, unde argumenta quaeque ſunt petenda, lib. I; animadverſiones in artem ſophiſticam, lib. I; de phyſica auſcultatione, liber I.

ALPHARABIUS (*Mohamad Ben Mohamad Ben Tharkhan Abu Naſſer*), celeberrimus inter Arabes philoſophus,

nomen accepit a patria *Pharab*, in cuius provinciae urbe *Balch* natus est; Bagdadi & Halebi philosophiam docuit. Obiit Damasci a. Hegirae 339. Ex magno librorum eius numero hoc loco commemorandi sunt: Commentarii in Porphyrii Isagogen; in Aristotelis librum Categoriarum; in lib. de Interpretatione; in Analytica; in elenchos sophisticos (v. Labbei bibl. nov. MSS. p. 255); in libros rhetoricos; in auscultationes physicas; in libb. de coelo & mundo; in libb. de meteoris; in Ethica ad Nicomachum. V. Abulpharag. hist. dynast. IX, p. 208. Leo Afric. de ill. Arab. cap. V, pag. 265. Wolf. bibl. Hebr. T. I, p. 8. Casirii bibl. Arab. Hisp. T. I, p. 190.

ATHIREDDIN *Mofadhel Ben Omar*, Persa, oriundus urbe Abhara, floruit circa a. Egirae 650, a. C. 1251. Multa scripsit ad philosophiam Aristotelis illustrandam, quorum nonnulla etiam aetatem tulerunt. Huc maxime pertinent celeberrimus eius in Porphyrii Isagogen commentarius, & tractatus de quinque praedicamentis. Uterque liber exstat Arabice cum Anonymi Scholiis in bibliotheca regia Parisiensi. Notatu quoque digni sunt libri de logica, *ortus luminum* inscripti, & liber Physicorum, in quos plures docti Arabes commentati sunt. V. Casirii bibl. T. I, p. 185 sq.

AVERRHOES (*Abul Valid Mohamad Ben Ahmed Ben Roschd*), Cordubensis medicus & philosophus celeberrimus, floruit circa a. Egirae 570 (a. C. 1173). Is Aristotelis libros in Arabicum sermonem (non e Graeco, sed ex Syriaco) denuo transtulit, & plerosque triplici commentario instruxit, in quibus tamen fere semper Alexandri Aphrodisiensis interpretationem sententiasque secutus est. Vid. Leo African. de medicis Arabic. cap. XX. Herbelot. bibl. orient. pag. 130, T. III. Versionem hanc Arabicam una cum commentariis postea *Hebraice* reddiderunt docti Rabbini plures, & ex hac Hebraica versione fluxerunt antiquissimae illae barbarae & incomtae *Latinae*, quibus Scholastici doctores usi sunt, priusquam textus Aristotelis Graecus repertus esset. V. Conring. antiquitt. Acad. Diss. III, p. 95. Ludov. Vives de caus. corrupt. art. lib. V, p. 167. Rhodigin. lect. antiq. lib. III, cap. II, pag. 73. Commentariorum Averrhois fuere interpretes plures, ut *Armegandus Blasius*, *Nisus Vitalis*, *Ioannes Franciscus Bura-*

na, *Abrahamus de Balmis*, *Ioannes Brugerinus Campegius*, *Iacobus Mantinus*, alii. Coniunctim tum ex versione Mantini, tum aliorum, & cum annotationibus R. Levi Ben Gherson in libros Aristotelis logicos, notisque Bernhardini Tomitani in Averrhois & Aristotelis dicta editi illi sunt Venet. 1575, Voll. XII, 8. Cum haec editio non facile reperiatur, liceat mihi singulos commentarios Averrhois paulo diligentius enumerare. Insunt: Expositio in Porphyrii Isagogen; in Aristotelis Categorias; in librum de Interpretatione; media expositio in Analytica priora; expositio in Topica; in Elenchos Sophisticos; epitome Organi; quaesita varie in logica; prooemium in Auscultationes physicas; in easdem magna Commenta; in easdem expositio media; earundem paraphrasis; librorum de coelo paraphrasis; commentarii in eosdem; media expositio in libros de generatione & corruptione; eorundem paraphrasis; expositio media Meteorologicorum; commentarii in libros de Anima; commenta in eosdem; media eorundem expositio; eorundem paraphrasis; media expositio librorum IX de historia animalium; paraphrasis librorum de generatione animalium; expositio Ethicorum ad Nicomachum; Paraphrases Rhetoricorum; Paraphrasis Poëticae; eiusdem summa; prooemium in XII Metaphysicorum libros; epitome eorundem; commentarii in XIV Metaphysicorum libros; media expositio in Metaphysicorum libb. XIII; eorundem paraphrasis; commentarii in libb. duos de plantis. Monitos utique hic lectores velim, ne statim de Averrhois commentariis, quales in versionibus Latinis exhibentur, iudicium ferant: ab hominibus enim Arabici sermonis non satis gnaris primum Hebraice, & ab imperitis utriusque & Hebraici & Latini sermonis Latine conversi sunt; quare irrepserunt innumera falsa, absurda & ridicula adeo, quae forte in Averrhoëm minime cadant. Nimis acerbe & inique e. c. invectus est in eum *Ambrosius Leo Nolanus*, homo ipse insulsus, in *Castigationibus in Averrhoëm* Venet. 1517, fol. Confer Erasmi Epist. lib. X, Epist. 29. Ceterum Averrhois in singulos Aristotelis libros scripta sigillatim etiam, & in librorum Aristotelis editionibus, saepissime prodierunt. V. Elench. edd. Cf. de Averrhoë omnino Nicolai Antonii bibl. Arab. Hispan. T. II, pag. 240. Casir. bibl. T.

I, p. 184, 193, 299. Gaddius de Scriptt. non eccleſ. T. I, p. 50, & ſub voce *Ariſtoteles*.

AVICENNA (*Abu Ali Al Hoſain Ben Abdallah Ben Sina Al Schaiich Al Raiis*) praeſtantiſſimus medicus & philoſophus, natus *Afsena*, pago urbi Bokharae vicino, unde *Avicennae* nomen ei adhaeſit. A ſcriptoribus Arabicis appellari ſolet *Al Raiis*. Floruit circa a. Egirae 560. Multa ſcripſit argumenti medici & philoſophici, quorum indicem dedit Caſirius bibl. Arab. Hiſpan. T. I, p. 268. Plurimi eius libri in bibliothecis adhuc deliteſcunt. Ad Ariſtotelis interpretationem ſpectant opuſcula varia: *de logica; de coelo & mundo; de animalibus; de intelligentiis;* quae ex verſione Hebraica Latine converſa prodierunt inter Avicennae Opera Venet. 1523, Voll. V, in fol. Cf. Hottingeri bibl. Orient. pag. 812. Pocock. ſpecim. hiſt. Arabum p. 362. Gaddius de Scriptt. non eccleſiaſticis p. 55. Videatur quoque de Avicennae in philoſophiam Ariſtotelicam meritis iudicium Rhodigini in Lect. antiqq. cap. 2, & Piccarti in diſſert. de orig. & progr. philoſ. Ariſtot. pag. 40.

HONAIN *Ben Iſaac*, medicus & philoſophus, induſtria ſua, quam in verſionibus Syriacis Arabiciſque e Graeco faciendis collocavit, celeberrimus, vixit prope centum annos ab a. Egirae 164 — 264. Fuit ex Arabum Ebadiorum genere, religione Chriſtianus, & Ioannis Meſue Damaſceni diſcipulus. De eo iam ſupra cum nonnulla monuerimus, hic tantum notitiam verſionum librorum Ariſtotelicorum, quae illi tribuuntur, dare lubet. E Graeco *Arabice* ille convertiſſe dicitur Ariſtotelis Categorias & libros Ethicorum ad Nicomachum; *Syriace* vero librum de Interpretatione, Analytica priora (horum enim verſionem *Arabicam*, a Theodoro quodam, Graeco homine, confectam, recognovit modo Honainus), Analytica poſteriora, libros de anima & Metaphyſica. Cf. Bruckeri hiſt. crit. philoſ. T. III, p. 27. Caſirii bibl. T. I, p. 306.

ISAAC *Ben Honain* (filius Honaini Ben Iſaac) floruit ineunte ſeculo Hegirae tertio. Praeter verſiones Syriacas & Arabicas librorum quorundam Hippocratis, Galeni & Ptolemaei, quas curavit, ex Syriaca verſione patris in *Arabicum* ſermonem tranſtulit Ariſtotelis librum de Interpretatione, libros de coelo & Metaphyſica,

porro Alexandri Aphrodisiensis & Ammonii commentarios in Topica; commentarium denique Themistii in Aristotelis libros de anima. Nova quoque versione *Syriaca* post patris curas Analytica Aristotelis utraque donavit. Praeterea circumfertur Syriace eius compendium Organi MStum in bibliothecis, Scorialensi, Vaticana, & Parisiensi. V. Casirii bibl. T. I, p. 305.

MATTHAEUS (*Abu Baschar Mata Ben Iunes*), Syrus Gassanita, floruit seculo X p. C. n. circa a. Egirae 320. Ex Syriaca versione Isaaci Honaini Arabice transtulit Aristotelis Analytica, partem libri primi de coelo & mundo, & librum λ Metaphysicorum ex versione Syriaca Honaini patris. Scripsit quoque commentarios in librum Categoriarum, librum de Interpretatione, in Analytica, & in librum de sensu & sensili. Idem praeterea varia Alexandri Aphrodisiensis in Aristotelis philosophiam scripta, & Macidori cuiusdam commentarios in libros de coelo ex Syriaco Arabice vertit, nec non Themistii commentarium in auscultationes physicas e Graeco Syriace interpretatus est. Cf. Abulpharag. hist. dynast. IX, p. 200. Herbelot bibl. Orient. T. II, p. 581. Casirii bibl. Arab. Hisp. T. I, p. 242, 305. Versiones Matthaei postea recognovit Iahia Ben Adi.

RASCHID (*Ebn Raschid Al Maleki*), Averrhois aequalis, medicus & philosophus. Asservantur eius in plures Aristotelis libros commentarii Arabici in bibliotheca Taurinensi; nonnulli etiam horum ex Hebraica versione in bibliothecis Vaticana & Parisiensi. Arabice quidem exstant: Commentarius in Categorias; in librum de Interpretatione; in Analytica; in libros de rhetorica; in auscultationes physicas; in Meteorologica; in libb. de coelo & mundo; de generatione & corruptione; de anima; de animalibus; & in Metaphysica. Conf. Herbelot bibl. Orient. v. *Raschid.*

RHAZES (*Mohamad Ben Zacharia Abubaker*) Persa, in urbe *Rai* natus, & inde Razes s. Razaeus dictus, medicus sui temporis clarissimus & nosocomio Bagdadensi praefectus. Obiit anno Hegirae 320. Scripta eius ex Arabica philosophorum bibliotheca memorat Casirius bibl. Arab. Hispan. T. I, p. 262. Ad Aristotelis libros spectant inprimis: liber de Organo; epitome Categoriarum; epitome Analyticorum priorum; liber de demon-

ſtratione bipartitus. Cf. Abulpharag. hiſt. dynaſt. p. 191. Herbelot bibl. Orient. p. 713 ed. vet.

THABET *Ben Corrah* (*Ebn Meruan Ben Keraia Ben Abrahim Ben Marinos Ben Salamanos, Abulhaſſan*), natus in Meſopotamiae urbe Harran ſ. Carrhae, anno Egirae 221 (a. C. 835), vixit deinde Bagdadi, medicis & aſtronomis Motadhedi Caliphae adſcriptus. Obiit a. Eg. 288, a. C. 900. A ſcholaſticis ſcriptoribus *Thebit* appellari ſolet. Libri eius maximam partem fuere argumenti mathematici & aſtronomici, & nonnulli recentioribus temporibus Arabice & Latine lucem viderunt. V. Fabricii B. Gr. Vol. II, pag. 565, 566, 568, 573. Inprimis vero inclaruit librorum Apollonii Pergaei, Euclidis, & Almageſti verſionibus Arabicis, & in eaſdem commentariis. Vid. Caſirii bibl. Arab. Hiſpan. T. I, pag. 386. Librum primum quoque auſcultationum phyſicarum Ariſtotelis commentario illuſtravit, nec non Categorias, librum de Interpretatione & Analytica in compendium redegit. Praeterea dicitur plures librorum quorundam Ariſtotelis verſiones Syriacas & Arabicas, quas Iahia ben Adi curaverat, denuo recognoviſſe. Ceterum de eius vita & ſcriptis cf. Abulpharag. hiſt. dynaſt. pag. 184. Herbelot bibl. orient. pag. 1015, & Brucker hiſt. crit. philoſ. T. III, pag. 69.

THYLLUS, haud dubie homo Graecus, de quo tamen nihil conſtat. Laudantur eius commentarii in Ariſtotelis libros de anima ex verſione Arabica. Caſir. bibl. T. I, pag. 306.

DE

LIBRORUM ARISTOTELIS

INTERPRETIBUS LATINIS.

ACCORAMBONUS (*Felix*), Eugubinus. Alias dicitur *Acorombonus*. Floruit ſub Sixto V P. M. cui opus ſuum dicavit extremo pontificatus an. 1590. *Vera mens Ariſto-*

telis, i. e. lucidiſſima & eruditiſſima in omnia Ariſtotelis opera explanatio, in qua novis & pulcherrimis rationibus omnium dubitationum & obſcurarum ſententiarum verus philoſophi ſenſus eruitur, &, quae non fuerunt ab aliis obſervata, iam admirabili arte aperiuntur. Controverſiae item, quae ſunt inter Platonicos, Ariſtotelicos & Galenum omni diligentia examinantur. De fluxu & refluxu maris accurata & brevis tractatio. Theophraſtus plurimis in locis in libro de plantis obſcurus & difficilis exponitur. In Galeni librum de temperamentis utiliſſimae annotationes apponuntur. *Quae in his omnibus depravata erant, ex antiquiſſimis Graecis Mſſ. Codicibus emendantur.* Auctore *Felice Accorambono*, Eugubino. Romae, 1604, fol. Plurima Ariſtotelis loca obſcura aut corrupta in hoc commentario cum docte & acute explicata, tum e Codd. vetuſtis, quos plerumque Vaticanos appellat auctor, emendata ſunt, quapropter eum diligenter inſpexi. Communicavit mecum librum e bibliotheca Academica, quae Francofurti ad Viadrum eſt, *Schneiderus*, vir humaniſſimus, cuius etiam doctrinae & benevolentiae plura egregia auxilia debeo. Prima commentarii editio, quam tamen non vidi, prodiit Romae apud Sanct. & ſoc. 1590, fol. ſub titulo: *Interpretatio obſcuriorum locorum & ſententiarum omnium opp. Ariſtotelis* &c. Huius ed. exemplum exſtat in bibliotheca Muſei Britannici. Conf. Catal. bibl. Auguſt. pag. 590, & Morhof. Polyhiſt. Vol. II, p. 61, ubi Accorambono etiam *commentarius in Ethica ad Nicomachum* ſeparatim emiſſus tribuitur.

ACCIAIOLUS ſ. *Accievolus* (*Donatus*), Florentinus, Io. Argyropyli diſcipulus, obiit a. 1478. Praeter Latinas verſiones Plutarchi Vitarum Alcibiadis, Hannibalis, Scipionis Africani, Demetrii, & alia nonnulla, quae vide in Cat. bibl. Caſanat. T. I, p. 18, edidit etiam *commentarium in Ariſtotelis Ethica & Politica*, e lectionibus Io. Argyropyli exceptum, Venet. 1566, 8. Cf. Conringii Introd. in Polit. Ariſtot. p. 649.

AEGIDIUS *de Columna*, Romanus, Ord. Eremit. S. Auguſtini, factus a. 1294 archiepiſcopus Bituricenſis, obiit Avenione a. 1316. Scripſit commentarios Latinos in plures Ariſtotelis libros, quibus tantam apud aequales laudem meruit, ut vulgo *Doctoris fundatiſſimi* cognomine appellaretur. V. Poſſevin. Apparat. Sacr. T. II, p.

138. Editi exstant: *Commentarius in libb. Physicorum, de coelo, de generat. & corrupt. Meteorologicorum, de anima, & Parva Naturalia*, Ursellis 1604, 8. — *Quaestiones Metaphysicales*, Venet. 1501, fol. — *Commentarius in Analytica posteriora*, Venet. 1500, fol. — *Commentarius in Aristotelis Rhetorica una cum Alpharabii compendiosa in eadem declaratione*, Venet. 1481, fol.

ALBERTUS *Magnus*, ex gente Bolostratensi, natus a. 1191 Lavingae in Suevia, ord. ff. Praedic. Episcopus Ratisbonensis, Thomae Cantipratani & Thomae Aquinatis praeceptor, Episcopatus munere tantum per biennium functus, scholis denuo in ordine regendis libriscque scribendis deditus, senior annorum 87 obiit Coloniae a. 1280. Fuit ille magna pro ea aetate rerum naturalium scientia instructus, & libri eius *de animalibus*, *de mineralibus*, a naturae curiosis etiamnum cum fructu legi possunt. V. Bullart. Acad. scient. T. II, pag. 145. Brucker hist. crit. philos. Vol. III, p. 788. In librorum Aristotelis interpretatione, utpote ignarus linguae Graecae & philosophiae antiquioris historiae, usus Latina illorum versione ex Hebraico facta, parum feliciter versatus est, praeterquam quod ad illustrationem librorum de animalibus, & Parvorum Naturalium haud contemnenda nonnunquam attulit. Scripta eius hic commemoranda sunt: *De logica*, libb. XXI (Opp. T. I); *de physico auditu, de coelo & mundo, de generatione & corruptione, de meteoris, de mineralibus* (T. II); *de anima*, libri III, *Metaphysicorum* libri XIII (T. III); *Ethicorum* libri X, *Politicorum* libri VIII (T. IV); *Parva Naturalia* (T. V); *de animalibus* libri XXVI (T. VI); *philosophia pauperum* s. Isagoge in libros Aristotelis Physicorum, de coelo & mundo, de generat. & corruptione, de meteoris & de anima (T. XXI); de alchymia libellus (suppositicius) cum scripto super arbore Aristotelis, ibid. & in Theatr. chem. T. II, p. 423. De singulorum librorum editionibus v. Fabric. Bibl. Latin. med. T. I, p. 44. Tractatum Alberti de Falconibus, Asturibus & Accipitribus, cum Friderici II de arte venandi cum avibus libro, doctis curis denuo illustratum, nuper edidit *Schneiderus*, vir doctissimus. Opera Alberti omnia edita sunt studio *Iammy*, Lugduni 1651, Voll. XXI, fol.

ALEXANDER *de S. Elpidio*, Umbriae oppido, Au-

guſtiniani Ord. ab a. 1312 Generalis, & ab a. 1325 Ravennas Archiepiſcopus. Scripſit *commentarium in Ariſtotelis Topica* libris IV, & in *Analytica priora* libris II. Vid. Ioſ. de Scriptt. hiſt. phil. p. 352.

ALEXANDER *de Hales*, Anglus, inter Scholaſticos *doctor irrefragabilis* appellatus, in monaſterio Halenſi comitatus Claudiocestrenſis (*Gloceſter*) ordinem Minorum profeſſus, relicta deinde Anglia in Gallias profectus, Pariſiis Theologiam & Philoſophiam docuit. Obiit a. 1245. Fuit magiſter Bonaventurae & Ioannis Duns ſ. Scoti. Prodiere inter alia eius: *Commentarius in Ariſtotelis Metaphyſicam*, (quem tamen alii Alexandro de Alexandria tribuunt) Venet. 1572, fol. & *commentarius in Ariſtotelis libros III de anima*, Oxoniae 1481, fol. Conf. Waddingii bibl. Ord. Minor. Annal. T. I, ad a. 1245.

ANGELUS (*Cinus*), *Politianus* a patria *Monte Policiano*, oppido Etruriae, dictus, vir doctiſſimus & elegantiſſimus, floruit ſub finem ſec. XV. — Praelectio in priora Ariſtotelis Analytica, cui titulus *Lamia*. Exſtat in Opp. T. II ed. Pariſ. 1519, fol. & in Tomo III ed. Lugdun. 1550, 8. Conf. *Hiſtoire critique de la republique des Lettres* (Amſtelod. 1713, 12) T. III, pag. 233, & T. IV, p. 252.

ANTONIUS *Democharis*, Roſſoncus, Theologus Sorbonae, fl. ſec. XIV. — *Hypomnema in Ariſtotelis libros Topicorum*. Pariſ. ap. Sim. Colin. 1534, fol.

ANTONIUS *Muſa Braſſavolus*, Medicus Ferrarienſis, fl. ſec. XVI. — *Commentarii in Ariſtotelis praedicamenta, librum de Interpretatione* & *Analytica poſteriora*. Vid. Antonii Sanderi de claris Antoniis lib. III, p. 208 ſq.

M. APOLLINARIS *Offredus*, Cremonenſis, Medicus ſub Eugenio IV P. M. clarus. Aſſervatur eius commentarius MStus *in Ariſtot. libb. de anima* in bibliotheca Pariſienſi. Labbei bibl. nov. MSS. p. 313. Editus quoque eſt ſub titulo: *Expoſitio luculentiſſima in libros Ariſtotelis de anima*. Venet. 1474, & 1496. Cf. Ioſ. Simleri bibl. p. 5. Praeterea exſtant commentarii eius *abſolutiſſimi* in *Analytica poſteriora* una cum quaeſtionibus in poſt. Anal. librum primum, editi Cremonae, 1551, fol. Addidit praefationem Io. Anton. Honoratus, in qua plura de ipſo Apollinari, eiuſque ſcriptis commemorantur.

APULEIUS, *L.* Madaurenſis, floruit ſec. II p. C. n. ſub Antonino Pio Imp. Ex ſcriptis eius huc referenda

sunt: 1) liber *de mundo*, in quo ille librum de mundo ad Alexandrum, vulgo Aristoteli tributum, Latine reddidit. Saepius hic una quoque cum textu Aristotelis Graeco editus est; v. Elench. edd. 2) liber περὶ ἑρμηνείας s. *de syllogismo categorico*, quem publici iuris primum fecit Colvius in edd. Opp. Apuleii Lugd. Bat. 1588, 8. Inscribitur in aliis edd. *de philosophia rationali*. Haberi potest quodammodo pro commentario in Aristotelis librum de Interpretatione.

AUGUSTINUS (*Aurelius*), Episcopus Hipponensis in Africa, qui obiit a. p. C. n. 430. Legitur sub eius nomine liber ad Theodatum, *de decem Categoriis*, cuius tamen auctorem alii Vegetium Praetextatum esse volunt. Insertus est Augustini Opp. T. I ed. Paris. 1679, fol. & edd. recentioribus.

AUGUSTINUS (*Niphus, Eutychius*), Calaber Iopolitanus, dictus *Suessanus*, quod Suessae educatus fuit, medicus & philosophus, vixit sec. XVI ineunte. Exstant eius perutiles commentarii in maximam librorum Aristotelicorum partem: 1) Expositio in *librum de Interpretatione*, Venet. 1537, fol. 2) *in Analytica posteriora*, ibidem 1553, fol. 3) Commentarii in octo libros *Topicorum*, ibid. 1559, fol. 4) Expositio in *elenchorum* librum, ibid. 1567, fol. 5) Commentarius in octo libb. *Physicorum*, Venet. 1543, fol. 6) in *Meteorologica*, ibid. 1559, fol. 7) in libb. *de animalibus* & in libros *de anima*, ibid. 1544, fol. apud Iunt. 8) in *parva Naturalia*, ibidem apud eosd. 1523 & 1540, fol. 9) Expositiones in *Metaphysica*, Venet. 1547, fol. 10) in libros III *Rhetorices*, Venet. 1537, fol. V. Morhof. Polyhist. T. II, p. 55. Apud Fabricium B. Gr. Vol. II, p. 115, memoratur quoque Augustini commentarius in *Analytica priora*, quem tamen non vidi.

BALFOUREUS (*Robertus*). Meminimus iam supra commentarii in Aristotelis Organon, quem una cum textu edidit. Prodiit quoque eius *commentarius in Ethica ad Nicomachum*, Burdigalae 1620, 4.

BARBARUS (*Daniel*), Patricius Venetus, nepos fratris Hermolai Barbari, Patriarchae Aquileiensis, legatus reipublicae Venetae in Angliam, ac denique ab a. 1559 & ipse Patriarcha Aquileiensis. Obiit a. 1569. — *Exquisitae in Porphyrii quinque voces commentationes*, Venet.

1542, 4. Cf. Diar. Erudit. Italiae T. XXVIII, p. 218, & ſupra Elench. edd.

BARBARUS (*Hermolaus*), Patricius Venetus & Patriarcha Aquileienſis, obiit a. 1493. Plures Ariſtotelis libros Latine vertit, neque tamen omnes eius verſiones lucem viderunt. Paraphraſes Organi quoque Ariſtotelici & librorum de anima, quas paravit, MStae adhuc deliteſcunt. V. Petr. Alcyon. de exſil. p. 60 ſq. — *Commentaria in tres libros Rhetoricorum Ariſtotelis*, (edita a pronepote Daniele Barbaro) Venet. 1544, 4; Lugd. 1544, 8; Baſil. 1545, 8; Pariſ. 1549, 8; & Lugdun. 1558, 8. — *Compendium ſcientiae naturalis ex Ariſtotele*, Venet. 1545, 8, & alibi. — *Compendium Ethicorum Ariſtotelis*, Venet. 1544, 8. (edit. D. Barb.) — Praefationes in ſingulos Ariſtotelis libros. Exſtant inter Oratt. & praelectt. &c. Phil. Beroaldi, editas a Nic. Criſpino P. XII, 26. — Ceterum diſtinguendus ab hoc Barbaro eſt Hermolaus Barbarus, illius patruus, Epiſcopus primo Tarviſinus, dein Veronenſis, qui a. 1471 vita defunctus eſt. Cf. elench. edd.

BARBUS (*Paulus*), Soncinas, natus Soncini Ciſalpinae Galliae oppido, Ord. Praedic. defunctus a. 1494. Scripſit *commentarios in Porphyrii Iſagogen, Ariſtotelis praedicamenta, in Phyſica & in Metaphyſica.* V. Iacob. Quetif bibl. Dominican. T. I, p. 879 ſq. & Mitarelli Bibl. Codd. monaſt. S. Michaël. Append. p. 427.

BEDA *Venerabilis*, floruit inter Anglos medio ſeculo octavo. De eius ſcriptis v. Oudin. de Scriptt. eccleſ. T. I, p. 1672, & Fabric. bibl. Lat. med. T. I, p. 496 ſq. Perexigua quidem fuit in eo philoſophiae ſcientia, pro eo tamen tempore, quo vixit, miratu digna. Conf. Conring. antiqq. acad. Suppl. XXXI, p. 288. Leguntur eius *Axiomata Ariſtotelis expoſita, & ſententiae ex operibus Ariſtotelis & Ciceronis*, inter Opera, quae ſaepius prodiere. Exſtant v. c. in Tomo II ed. Colon. 1612, fol. A nonnullis haec ſcripta ſuppoſititia habentur.

BERNARDINUS *Tomitanus*, philoſophus & medicus Patavinus, obiit Patavii a. 1567. Scripſit *animadverſiones in librum primum Analyticorum poſteriorum Ariſtotelis; introductionem in Elenchos ſophiſticos*, & alia ad philoſophiam Ariſtotelis illuſtrandam pertinentia. Vid. Mercklin. Linden. renov. pag. 127.

BESSARIO, Cardinalis, vir de Graecarum literarum

maximeque philosophiae Platonicae & Aristotelicae, studio inter aequales promovendo meritissimus. Patria fuit Trapezuntius, primo monachus Ord. S. Basilii, constitutus deinde Archiepiscopus Nicaenus, haud multo post Episcopus Tusculanus, & ornatus denique titulo Patriarchae Constantinopolitani a Pio II, P. M. Obiit Ravennae an. 1472. Versio eius Latina, qua Aristotelis *Metaphysica* donavit, saepissime edita, atque etiam in novissima Opp. Aristotelis editione repetita est. Praeter hanc ex iis, quae scripta reliquit, huc pertinent: Πρὸς τὰ Πλήθωνος πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ οὐσίας. V. Allat. de Georgiis pag. 387. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. X, p. 401. Catal. bibl. Casanat. T. I, p. 607. Mitarell. App. libb. impr. sec. XV, pag. 58.

BLANCANUS (*Iosephus*), e Societate Iesu. — *Expositio locorum Aristotelis, quae ad Matheſin pertinent, cum dissertatione de mathematum natura, & chronologia clarorum Mathematicorum*, vulgata Bononiae 1615, 4. Obiit B. an. 1624.

BOETHIUS (*Anicius Manlius Torquatus Severinus*), Patricius Romanus, Consulatu aliisque magistratibus functus, interfectus Ticini iussu Theodorici regis a. C. 524 (sive, ut alii malunt, a. 525 aut 526). Tanto cum studio hic in philosophiam Platonicam & Aristotelicam incubuit, ut non modo logicos Aristotelis libros Latine redderet, uberrimisque commentariis illustraret, sed ut etiam animum subiret consilium eos vertendi & explicandi *omnes*, quos Plato & Aristoteles composuerint. Scripta eius ad interpretationem librorum Aristotelis facientia haec sunt: 1) *In Porphyrii Isagogen de praedicabilibus a* Victorino *translatam dialogi II.* — *In eandem a se Latine factam expositio secunda libris II.* Perperam in editione Opp. Boëthii Basileensi 1546, & in seriori Bas. 1570, fol. primum librum in tres, secundum in duos distributum esse, monuit Fabricius Bibl. Latin. — 2) *In praedicamenta Aristotelis libri duo.* Opp. ed. Bas. post. pag. 112. In Bas. priori comparent quatuor libri, postremo in tres diviso, verum editio quoque Venet. 1499, fol. duos tantum libros agnoscit. In praef. ad librum I alium insuper commentarium de iisdem praedicamentis ad doctiores promisit Boëthius; verum non stetit a promisso. — *In librum Aristotelis de Interpretatione commentarii minores*,

libb. II s. *editio prima*. Opp. ed. Bas. post. p. 215. — *In eundem commentarii maiores, libb. VI* s. *editio secunda*. Biennium se his concinnandis impendisse, ipse testatur Boëthius. V. Opp. p. 440. Subiungenda statim est *Introductio ad libros Categoricos*, tanquam synopsis, promissa in praef. ad lib. IV. — *Analyticorum Aristotelis priorum & posteriorum libri IV, Boëthio interprete*. Leguntur in Opp. Conf. etiam supra Elench. edd. Commentarius in Analytica, quem promisit Boëthius Opp. p. 603, aut omnino non editus fuit, aut deperditus est. — *Topicorum Aristotelis libri VIII*, Boëthio interprete. — *Elenchorum sophist. libri II*, ex eiusd. interpretatione. — *In Topica Ciceronis libb. VI*. Opp. ed. Bas. pag. 757. Numerantur libri septem Opp. pag. 857, 887. — *De differentiis topicis libri quatuor*. Memorat in libro quarto Boëthius etiam commentarium a se conscriptum in Aristotelis Topica, quem tamen an unquam ediderit, dubitari potest. Ceterum sigillatim hi libri prodierunt una cum Anonymi Scholiis Graecis in tres priores Augustae Vindel. 1608, 8, cura Io. Voegelini. Praecesserat editio Paris. 1537, 8.

BURANA (*Ioannes Franciscus*), Veronensis, Hieronymi Bagolini discipulus, floruit circa a. 1539. Collatis interpretum fere omnium Graecorum, Latinorum, Arabum commentariis, prolixam *expositionem* conscripsit *Analyticorum priorum Aristotelis*, quae lucem vidit Venet. 1567. Accuratius de ea egit Bayle Art. *Burana*. Ceterum laudavimus iam supra Buranam ut scriptorum Averrhois interpretem. Cf. elench. edd.

BURIDANUS (*Ioannes*), floruit circa annum 1340. — *Quaestiones ad Aristotelis octo libros Politicorum*, Oxon. 1640, 4.

BURLAEUS (*Gualterus*) Anglus, Magister Oxoniensis, floruit circa a. 1337. — *Commentarius in Aristotelis libros de physica auscultatione, cum nova veterique interpretatione*, Venet. 1589 & 1609, fol. — *Expositio super decem libros Ethicorum Aristotelis*, Venet. 1500, fol. Scripsit Burlaeus quoque in Isagogen Porphyrii librum I; in Arist. Categorias libb. III; in lib. de Interpretatione, in elenchos sophisticos, & in Topica libros VI; in libb. de coelo & mundo, Meteorologica, Parva Naturalia, Problemata, Metaphysica, Politica, Oeconomica, quorum tamen operum accuratiorem notitiam non habeo. Vid.

Hendreichii pandect. Brandenburg. p. 800. Fabric. bibl. med. Latin. T. I, p. 307.

CABEUS (*Nicolaus*). Commentarius in Meteorologica, Romae 1646, fol.

CARPENTARIUS (*Iacobus Claromontanus Bellovacus*). — *Descriptio universae artis disserendi ex Aristotelis logico organo collecta & in libros tres distincta.* Paris. 1562 & 1564, 4. — *Descriptio universae naturae ex Aristotele*, pars I & II, Paris. 1562. — *Platonis cum Aristotele comparatio*, Paris. 1573. Interpretatio quoque *librorum Aristotelis de Rhetorica* prodiit Paris. 1572, 4.

CASTROVOLE (*Petrus* de) Ord. Fr. Min. natione Hispanus. — *Commentum seu scriptum super libros Yconomice, secundum translationem Leonardi Aretini*, factum a. 1481. — Eiusdem *Commentum super libros Politicorum Aristotelis, secundum translationem Leonardi Aretini.* Pampilonae, 1496, fol.

CONIMBRICENSES PHILOSOPHI e Societate Iesu. — Locupletissimi horum virorum commentarii in plures Aristotelis libros typis evulgati primum sunt circa annum 1596 & 1598; saepius deinde recusi Moguntiae, Coloniae, & alibi. 1) Commentarii Collegii Conimbricensis in *Logicam* Aristotelis, pars I & II. Moguntiae 1600, 4, & Lugduni 1607. His edd. accessit textus Graecus, qui in prima, quam equidem non vidi, desideratur. 2) Commentarii in octo libros *Physicorum* Aristotelis cum textu Graeco, Coloniae, 1600, 4; recus. 1609, 4. Priorem antecessere iam duae aliae editiones. 3) Commentarii in libros *de generatione & corruptione*, Moguntiae, 1601 & 1606, 4. 4) Commentarii in tres libros *de anima*, Coloniae 1600 & 1609, 4. Prior editio fuit tertia; de primis duabus mihi non constat. 5) Commentarii in libros *de coelo, Meteorologicos*, & *Parva Naturalia*, Colon. 1609, 4, editio quarta. 6) In libros *Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum* aliquot Conimbricensis cursus disputationes, in quibus praecipua quaedam ethicae disciplinae capita continentur. Colon. 1612, 4, ed. quarta.

DOMINICUS *de Flandria*, Ord. Praedicat. obiit Bononiae a. 1500. — *Quaestiones in Aristotelis libros Analyticorum posteriorum*, una cum *quaestionibus in Elenchos* s. in opusculum Thomae Aquin. de fallaciis, & Pauli Soncinatis, expositione Isagoges Porphyrii & Categoriarum

Aristotelis. Venet. 1496, 1567. (ed. a. 1587, 8, est in biblioth. Gotting.) — *Quaestiones in libros de anima*, Venet. 1503, 1518, fol. — *Quaestiones Metaphysicales* in XII libb. Metaphys. Aristot. Venet. 1637, fol. Colon. 1621. — Scripsit quoque Dominicus commentarios in Aristotelis auscultationes physicas, in libros de coelo & mundo, de generatione & corruptione, & in Parva Naturalia, de quorum tamen editionibus mihi non constat. Conf. Fabric. bibl. med. Latin. lib. IV, p. 53.

FABER (*Iacobus*), Stapulensis, Professor philosophiae in Academia Parisiensi, natus a. 1440 Stapulis, pago maritimo in Picardia, vir de librorum Aristotelis interpretatione meritissimus, etsi adversarium habuerit Erasmum, qui tamen invidiae suae nimium tribuit. Ex scriptis eius huc referenda sunt: *Paraphrasis in libros logicos Aristotelis*, Paris. 1525, fol. *Paraphrasis in Aristotelis Physica cum Scholiis* Iod. Chlichtovei, Paris. 1525, fol. *Commentarius in Aristotelis libros de coelo*, Salmanticae 1535; *Introductio in Aristotelis Ethicam, Politicam, Hecatonomiam & Oeconomicam cum* Chlichtovei annotationibus, Paris. 1514, 1516, 1527, fol. — Prodiere postea: Iacobi Fabri Stap. *Naturalis philosophiae Aristotelis paraphrases, Scholiis* Iod. Chlichtovei *illustratae*. Insunt: Introductio in libb. Physicorum & libb. de anima; dialogi ad physicorum tum facilium, tum difficilium intelligentiam introductorii duo; introductio metaphysica; dialogi IV ad Metaphysicorum intelligentiam introductorii; commentarius in opus Aristotelis de moribus ad Nicom. Argyropylo interprete; introductio moralis in Ethicam Aristotelis; notae in Magna Moralia cum textu, Georgio Valla interprete. Accedunt alia quaedam. Friburgi Brisgoiae, 1540, 1541, fol. Cf. elench. edd. De ceteris Fabri scriptis & meritis consulatur Bruckeri hist. crit. philos. T. IV, p. 88. Fabric. bibl. med. Latin. lib. VI, p. 136 ed. Mansi. De eius obitu Colomesius in Colomesianis p. 810 ed. Fabric.

FLAMINIUS (*Marcus Antonius*), poëta Latinus elegans, natus Serravalle in marchia Tarvisina, obiit a. 1550. V. Hieron. Leonii dissert. de patria M. A. Flaminii in Diar. Erudit. Ital. T. XXXI. — *Paraphrasis in duodecimum Aristotelis librum de prima philosophia*, Paris. 1547, 8.

FRANCISCUS *le Roy*. — *Universae philosophiae Aristotelicae compendium*. Paris. 1603, fol.

FURLANUS (*Daniel*), Cretenſis, eruditiſſimus homo, auctor fuit *commentarii in Ariſtotelis libros de animalibus, & eiuſdem problemata.* Prodiit hic Venet. 1574, 8. Vertit quoque & illuſtravit libellum *de ſpiritu*, Ariſtoteli adſcriptum, una cum libris quibuſdam Theophraſti, Hanov. 1605, fol.

GALLUTIUS (*Tarquinius*), Sabinus, e Soc. Ieſu, obiit a. 1649. V. Bibl. Scriptt. Soc. Ieſu h. n. — *In Ariſtotelis libb. V priores Ethicorum ad Nicomachum nova interpretatio, commentarii & quaeſtiones*, Pariſ. Voll. II, 1632 & 1645. V. Elenchum edd. Cf. quae de hoc opere monuit Morhof. Polyhiſt. Vol. II, p. 58.

GERALDUS *Odonis*, Ruthenenſis Gallus, magiſter in Theologia, & ab a. 1329 Miniſter Generalis Ord. fratr. Min. & Patriarcha Antiochenus, defunctus Catanae an. 1349. — *Scriptum ſeu expoſitio ſuper libros Ethicorum Ariſtotelis.* Brixiae 1482, fol. & Venet. 1500, fol.

GERARDUS *Mathiſius*, Geldrienſis. — *Prolegomena in univerſam Ariſtotelis Logicam & epitome eiuſdem*, Graece & Latine. Coloniae, 1556, & ibid. 1569, 8. — *Ariſtotelis de natura ſeu de rerum principiis libri octo, in epitomen contracti & explicati.* Colon. 1562, 8. Cf. Elench. edd.

GESNERUS (*Conradus*), medicus Tigurinus, natus Tiguri a. 1516, & ibidem a. 1565 exſtinctus, *morte*, ut verbis Thuani utar, *omnibus ſeculis deploranda, & eo magis, quod vix annum aetatis XLIX attigerat vir longiſſima vita dignissimus, quam exegiſſe videbitur illis, qui aetatem eius ex librorum, quos plurimos ac utiliſſimos confecit, induſtria ſua illuſtravit & edidit, non ex annorum, quos vixit, numero metientur.* Immortaliter utique ille de re medica inprimis & hiſtoria naturali promeruit, tum propriis diſquiſitionibus acerrimo ſtudio factis, variiſque in libris propoſitis, tum verſionibus Latinis plurium Graecorum ſcriptorum, unde incrementi quid acceſſurum eſſe doctrinis, quas adamabat, ſpes ſubierat; v. eius Bibliothecam, & epiſtol. de libris a ſe compoſitis. In *animalium hiſtoria* libris quatuor ab eo condita tam multa inſunt, quibus Ariſtotelis de animalibus libri illuſtrantur, ut ea fere commentarii in hos libros inſtar haberi poſſit. Praeterea vero exſtant: *Phyſicarum meditationum, annotationum & Scholiorum libri V*, quorum primo continentur: doctrina de principiis, natura, cauſis, motu, loco, vacuo, infi-

nito & tempore; secundo: doctrina de coelo, elementis & generatione; tertio: de meteoris, divisionum, paraphraseων & Scholiorum in libb. IV Meteorol. Aristotelis tabulae IV; quarto: de anima, eius essentia, partibus, facultatibus, immortalitate; quinto: Scholia in Aristotelis libb. 1) de meteoris IV. 2) de anima III. 3) de memoria & reminiscentia. 4) de somno & vigilia. 5) de insomniis. 6) de divinatione per somnum. 7) de communi animalium motu. 8) de longitudine & brevitate vitae, de iuventute & senectute, de respiratione. Tiguri, 1586. — Scholiorum Michaëlis Ephesii in Parva Naturalia, quae Latine vertit, edidit, & illustravit Gesnerus, nec non opusculorum Mich. Pselli, Blemmydae, Georgii Pachymerae ab eo Latine translatorum iam supra mentio facta est. Cf. & Elench. edd. passim.

GIFANIUS (*Obertus*) — *Commentarii in Aristotelis Ethica Nicomachea*, Francof. 1608, 8.

GILBERTUS *Porreta* s. *Porretanus*, patria Pictavensis & ex Canonico Episcopus ab a. 1141 — 1145. — Notissimus est eius *liber de sex principiis*, in Operum Aristotelis editionibus saepius evulgatus, & a pluribus Scholasticis commentariis uberioribus expositus. Cf. elench. edd.

GUASTAVINUS (*Iulius*), Patricius Genuensis, medicus Pisanus. Floruit sec. XV. — *Commentarii in primores decem sectiones problematum Aristotelis*, Lugduni, 1608, fol.

HERMANNUS *Contractus*, monachus Augiensis. Trithemio teste plures Graecorum & Arabum libros in Latinum sermonem transtulit, inter quos laudantur Aristotelis Rhetorica & Poëtica, ex Arabico Alpharabii Latine conversa. V. Fabric. Bibl. med. & inf. Latin. lib. VIII, p. 238. Cf. Elench. edd.

IAVELLUS (*Chrysostomus*), Canapitius, Ord. Praedicat. vir magni nominis inter Scholasticos, floruit sec. XV exeunte. Debentur illi: *Commentarii in Logicam Aristotelis*, Venet. 1650, fol. *Comm. in libb. Aristot. physicos ac metaphysicos*, Venet. 1550, 8. *Quaestiones in libb. Aristotelis de anima*, ibidem eod. a. Exstant isti commentarii quoque in Iavelli Opp.

IO. ARGYROPULUS, Constantinopolitanus, patria urbe a Turcis capta Florentiam ad Cosmum Medicem se contulit, a quo liberaliter exceptus & institutioni Petri filii & Laurentii nepotis praefectus est. Fuit etiam

praeceptor Angeli Politiani. Renaſcentibus tum temporis Graecarum literarum ſtudiis primus ſcripta Ariſtotelis elegantius in Latinum ſermonem convertit. Leguntur eius verſiones in ed. Lat. Opp. Ariſtot. Venet. 1496. V. Elench. edd. Scripſit quoque *commentarium in Ariſtot. Ethica ad Nicomachum*, quem poſtea Donatus Acciaiolus publici iuris fecit. Obiit Romae, quo an. 1480, peſte Hetruriam vaſtante, migraverat, & quidem ſeptuagenarius a. 1486. De eo omnino videndi ſunt, Iovius in elog. p. 50, Bullartius in Acad. ſcient. & art. T. I, p. 269, Lambec. de bibl. Vindob. p. 278. Cf. Fabric. B. Gr. Vol. II, p. 303.

IOANNES *Canonici*. Fuit diſcipulus Scoti, & floruit Oxoniae circa a. 1329. *Quaeſtiones ſuper octo phyſicorum libros Ariſtotelis*. Paduae, 1475.

IOANNES (*Duns, Scotus*) Dunſtonenſis Anglus, a patria *Duns*, quod Graecis σκότος ſonat, inde *Scotus* quoque dictus, Ord. Min. diſcipulus Alexandri Halenſis, docuit primum Oxoniae, deinde ab a. 1304 Pariſiis. Obiit Coloniae a. 1308. V. Brucker. hiſt. crit. philoſ. T. III, p. 825. Opera eius omnia edidit Waddingus tomis XII, Lugduni, 1639, fol. Quae ad Ariſtotelis libros ſpectant, haec ſunt: Quaeſtiones in Logicam univerſam cum *Mauricii a Portu*, Hibernici, archiepiſcopi Thuamenſis, expoſitione (Opp. T. I); Commentaria in VIII libros Phyſicorum Ariſtotelis, cum annotationibus *Franciſci a Pitigianis*, & *Aretini* ad quaeſtiones Scoti in Porphyrium de quinque vocibus, quae tamen commentaria a Waddingo alii tribuuntur; Quaeſtiones in libb. de anima, cum Scholiis & ſupplementis *Hugonis Cavelli*, archiepiſcopi Armachani (Opp. T. II); Libros IV Meteorologicorum (Opp. T. III) recte abiudicat Scoto Waddingus; Expoſitio in Metaphyſicam Ariſtotelis (immerito relata ad *Antonium Andream*, Aragonum) cum notis *Hugonis Cavelli*, & Quaeſtiones in Metaphyſicam cum notis *Mauricii a Portu* & eiuſd. Cavelli (Opp. T. IV).

IOANNES *de Magiſtris*, (ſ. *Ioannes Pariſienſis iunior*) Doctor Pariſienſis. — *Quaeſtiones perutiles ſuper tota philoſophia cum explanatione textus Ariſtotelis, ſecundum mentem Doctoris ſubtilis Scoti*. Parmae, 1481, fol. V. Fabric. bibl. med. Latin. lib. IX, p. 112 ed. Manſi.

IOANNES *Maior* ſ. *Mayr*, natus a. 1478 Hadingtoniae in Scotia, Doctor Pariſienſis clarus circa a. 1520,

reverſuſque in patriam ibi defunctus a. 1540. V. Labbeus de ſcriptt. eccleſ. T. I, p. 590. Magni nominis inter Scholaſticos fuit eius *Introductorium in Ariſtotelicam dialecticen*, Lugduni, 1514, fol. — *Commentarius in Phyſica Ariſtotelis*, Pariſ. 1526.

LOSSIUS, Prof. Erfurt. — *Commentatio de phyſiognomonica Ariſtotelis*, in Actis Acad. El. Mog. ſc. util. quae Erfurti eſt, ad ann. 1777. Erfurti, 1778, 4.

LOVANIENSES. Plures Academiae Lovanienſis Doctores iunctis curis ediderunt commentarium *in Iſagogen Porphyrii & Ariſtotelis Organon*. Editionem eius tertiam Lovanii 1568, fol. laudat Morhof. Polyhiſt. Vol. II, p. 59. Parum honorifice tamen de hoc commentario ſentit Nunneſius. V. Orat. de cauſis obſcurit. Ariſtot. eiuſque remediis, notis in Ariſtotelis vitam, quam Ammonio tribuunt, ſubiunctam p. 132.

MAIORAGIUS (*Marcus Antonius*), vir eloquentiſſimus, omninoque ob ingenii expolitionem doctrinaeque nitorem inſignis, cuius vitam & merita docte expoſuit I. P. Kohlius in delic. epiſtolicis Lipſ. 1731, 8. Praematura morte literis ereptus fuit Mediolani a. 1551. Praeter Rhetoricorum Ariſtotelis verſionem Latinam, cuius iam meminimus, ſuperſunt quoque: *Paraphraſis in quatuor Ariſtotelis libros de coelo*, Baſil. 1554; nec non *Paraphraſis in duos libros de generat. & interitu*, ibid. eod. a. Cf. Brucker. hiſt. crit. philoſ. T. IV, pag. 193. Morhof. Polyhiſt. Vol. II, p. 57.

MARSILIUS *Alamannus*. Vid. *Nicolaus de Orto celi*.

MONLORIUS (*Ioannes Baptiſta*), Valentinus Bocayrentanus, Latine vertit Ariſtotelis *Analytica priora*, & verſioni paraphraſin & Scholia, nec non libros duos, unum de ἐντελεχείᾳ, alterum de *univerſalibus* (adverſus Nominales) addidit. Prodiit opus Francof. 1593, 4. V. Morhof. Polyhiſt. T. II, p. 104.

MONTECATINUS (*Antonius*), natus Ferrariae anno 1536, ubi etiam philoſophiam Peripateticam docuit, & vita defunctus eſt an. 1599. V. Auguſtin. Superbi Apparat. homin. illuſtr. Ferraria ortorum p. 84. In commentariis ſuis, quos in nonnullos Ariſtotelis libros contexuit, Averrhois commentandi modum ſecutus eſt: poſuit primo loco textus argumentum, tum verba Graeca cum verſione Latina, variiſque in margine lectioni-

bus: his subiunxit explanationem uberiorem, quam denique excipiunt Scholia. Exstant eius: *Commentarii in librum octavum auscultationum physicarum*, Ferrariae, 1591, fol. — *Commentarius in libros de anima*, adiunctis Scholiis, quaestionibus & digressionibus in Averrhoëm, Ferrariae, 1566, 1576, fol. V. Bayle Dict. crit. Art. *Montecatin.* Brucker hist. crit. philos. T. IV, pag. 231. Morhof. Polyhist. T. II, pag. 58. A Bruckero memoratur etiam commentarius *in libros tres priores Politicorum*, qui tamen an sigillatim editus sit, mihi non liquet.

NICOLAUS *Dorbellus* s. *de Orbellis*, Turonensis Gallus, Ord. Min. Theologiae Doctor in Gymnasio Pictavienſi. Obiit a. 1454. — *Commentarii in Aristotelis Physica, Metaphysica, Ethica & libros de anima*, Basil. 1503. V. Gesneri bibl. p. 522 b.

NICOLAUS *de Orto celi*, frater O. servorum b. Mariae. V. Gianii Annales sacri ord. fr. serv. T. I, pag. 567. — Interpretatio libri primi Aristotelis *de generatione & corruptione*; accedit Interpretatio libri secundi per *Marsilium Alamannum*, Paduae s. a.

PAULUS *Venetus* (ita appellatus, quod diu Venetiis commoratus fuit, nam patria erat Utinensis), Augustinianus, Theologus & philosophus sui temporis celeberrimus, defunctus Patavii a. 1428. — *Expositio super libros de generatione & corruptione Aristotelis.* Venet. 1498, fol. Cf. Fabricii bibl. Latin. med. lib. XV, p. 220.

PLANERUS (*Andreas*), Athesinus, medicus, floruit medio sec. XVI. Praeter notas theses *de concoctione eiusque differentiis*, & libros *de methodo medendi*, exstant etiam *Quaestiones dialecticae, quibus explicantur Porphyrii praedicabilia, Aristotelis praedicamenta, liber de Interpretatione & Analytica posteriora.*

SANFLORUS (*Petrus*), Monspelienſis, M. D. — *Aristotelis Stagiritae thesaurus, commentariolis illustratus, quatuordecim libris distinctus, in quo universae philosophiae praeceptiones explicantur.* Paris. 1576, fol.

PHILALTHEUS (*Lucilius*), Professor philosophiae & medicinae Papienſis, plures Aristotelis libros denuo in Latinum sermonem e Graeco convertit. Prodierunt quoque eius *Commentarii in quatuor libros Aristotelis de coelo & mundo.* Venet. 1565. Catal. bibl. August. p. 590.

PICCARTUS (*Michaël*), Prof. philos. Altdorfinus, natus Norimbergae a. 1574, obiit a. 1620. Ex multis eius scriptis, quorum indicem exhibuit Apinus Vit. philos. Altdorf. p. 87, inprimis hic notanda sunt: *Isagoge in lectionem Aristotelis*, h. e. hypotyposis totius philosophiae Aristotelicae, edita Altdorfii 1565, & 1605, 8, auctior deinde & notis illustrata ab I. C. Durrio Norimb. 1660, 8. Continet haec Isagoge succinctam expositionem tum ordinis singulorum Aristotelis librorum, tum etiam rerum, quae in quoque eorum tractantur. — *Introductio in Organum Aristotelis*, Altdorf. 1625. — *Commentarius in Aristotelis Politica*, quem multis laudibus Conringius exornavit. Optima editio prodiit Ienae 1659, 8.

POLITIANUS; v. *Angelus Cinus*.

RAMUS s. *de la Ramee* (*Petrus*), natus in Veromanduorum agro Cuthi a. 1515, Professor philosophiae Parisiensis ab a. 1551, odio tamen vulgi philosophorum, quod consilio & studio librorum Aristotelicorum, praecipue Organi, sinceritatem & auctoritatem impugnandi, omninoque Dialecticen tum temporis obtinentem emendandi sibi contraxerat, per totam fere vitam misere exagitatus, e patria per aliquot annos adeo expulsus, tandem in eam redux factus, haud multo post per sicarios, a Carpentario, ut volunt, immissos, die festo S. Bartholomaei in caede tot millium a. 1572 una occisus est. Fuit vir elegantissimi ingenii, literarum humanitate enutritus & perpolitus, meliori utique fortuna dignus. — *Animadversiones Aristotelicae, libris XX comprehensae*, editae primum Parisiis a. 1548, saepissime postea, & cum notis commentariisque variorum recusae. Ipse Ramus plura castigavit in ed. Paris. 1556, Carolo Lotharingo, Cardinali dicata. Spectant istae animadversiones ad solam Aristotelis Logicam, quae in illis examini paulo severiori & liberiori subiicitur. Iam antequam illae prodirent, in lucem emissae erant *Institutiones dialecticae*, Organo Aristotelis quodammodo oppositae. Utrumque opus P. Rami inferrum quoque est Ant. Goveani Operibus iuridicis, philologicis, philosophicis, editis a Iac. van Vaassen. Roterod. 1766, fol. — *Scholarum physicarum* libri VIII in totidem acroamaticos Aristotelis libros, Paris. 1565. — *Scholarum metaphysicarum* libri XIV, in totidem Metaphysicos Aristotelis libros, Paris. 1566,

Cf. Brucker. hiſt. crit. philoſ. T. IV, p. 540. Bayle Dict. crit. Art. *Ramus.*

ROBORTELLUS (*Franciſcus*), Utinenſis, humaniores literas & philoſophiam docuit primo Piſis, deinde etiam Luccae, Venetiis, Bononiae & Patavii. De rixis & controverſiis eius, quas cum aequalibus habuit, v. Scaligerana ſecunda p. 205. Factum eſt his, ut nonnunquam de eius ſcriptis meritiſque nimis acerbe & inique iudicaverint viri docti; quorum igitur ſententiis ne tibi imponatur, cavendum eſt. Denuo Latine vertit & commentariis illuſtravit Robortellus Ariſtotelis *Ethica*, *Rhetorica* & *Poëtica*. V. Elench. edd. Exſtant praeterea eius *Diſputationes in Politica*, Venet. 1567, 4.

SCALIGER (*Iul. Caeſ.*) *In duos Ariſtotelis libros de plantis libri duo.* Lutet. 1556, 4. Editi quoque ſunt Marpurgi 1598, 8.

SCAYNUS (*Antonius*), Salodienſis, ex agro Brixiano, floruit ſec. XVI. Vid. Boecleri bibliogr. crit. pag. 609, & Conringiana pag. 290. — *Expoſitio in octo Ariſtotelis Phyſicorum libros*, Francof. 1607, 4. — *Paraphraſis in Ariſtotelis libros de anima cum annotationibus*, Romae 1599, fol. — *Commentarius in libros Metaphyſicorum Ariſtotelis*, Romae 1587, fol. — *Paraphraſis in Politica Ariſtotelis*, cum annotationibus & dubiis, aliiſque diſſertationibus de argumentis civilibus, Romae 1578, 4, lingua Italica.

SCHEGKIUS *Iacobus* (*Deginus*), natus Schorndorfii in ducatu Wirtembergenſi a. 1511, Profeſſor medicinae in Academia Tubingenſi, quo munere ornatus obiit a. 1587. V. Melch. Adami Vit. Medicor. pag. 200 ſq. Philoſophia Peripatetica praeclare fuit imbutus, quare eius commentarii in plures Ariſtotelis libros haud levis pretii ſunt. Exſtant: *Ars definiendi & Petri Catenae*, Veneti presbyteri, *locorum Ariſtotelis mathematicorum, eorumque obſcuriorum in logicis explicatio.* Venet. 1556, fol. — *De demonſtratione* libri XV, qui Galeni librorum eiuſdem argumenti iacturam reſarciunt. Continent autem in duos poſter. Analyt. libros Ariſtotelis commentarium, Baſil. 1564, & Tubingae 1570, fol. — *Organi Ariſtotelis pars prima, eaque Analytica*, Baſil. 1577. Pertinet hic commentarius ad Categorias, ad lib. de Interpretatione & Analytica priora. — *Commentaria in octo libros Topicorum Ariſtotelis*, & libellus *de apathetico ſyllogiſmo*, qui eſt oppo-

ſitus demonſtrativo. Baſil. 1584, & Lugdun. eod. a. 8. — *Commentaria in* libb. VIII Phyſicorum; in libb. III de anima; in libb. IV de coelo; libb. II de ortu & interitu; in Meteorologica; in Parva Naturalia; annotationes in Ethica ad Nicomachum. Baſil. 1550, fol. Conf. Brucker. hiſt. crit. philoſoph. T. IV, p. 292, & ſupra Elench. edd.

SCHERBIUS (*Philippus*), Prof. philoſoph. Altdorfinus, vir, dum viveret, philoſophia Peripatetica egregie inſtructus, natus Cellae Epiſcopi in Helvetiis, obiit a. 1605. Poſt mortem eius lucem viderunt: *Diſcurſus politici in Ariſtotelis de republica libros*, Francof. 1610; opus imperfectum, ieiunum, nec auctore ſuo dignum, utpote quod bibliopolae ex ſchedis maximam partem auditorum Scherbii conſarcinarunt. Vid. Morhof. Polyhiſt. Vol. II, pag. 63. Brucker. hiſt. crit. philoſoph. Vol. IV, pag. 296.

SEPTALIUS (*Ludovicus*), medicus & philoſophus Mediolanenſis, Franciſci Vicomercati & Octaviani Ferrarii diſcipulus, natus Mediolani a. 1550, diem ſupremum obiit a. 1633. V. Merklin. Linden. renov. p. 768. — Edidit in *Ariſtotelis Problemata* commentarium, varia & multiplici eruditione conſcriptum, Francofurti, T. I, 1602, T. II, 1607, fol. Exſtant quoque *commentarius in politicam & moralem philoſophiam Ariſtotelis*, & *diſcuſſiones Peripateticae*. Utrumque opus mihi tamen inſpicere non contigit.

SIMON *Simonius*, Luccenſis Italus, exſul e patria, ob religionem profugus, Lipſiae philoſophiam Peripateticam docuit, & praeclaros quoque commentarios in nonnullos Ariſtotelis libros ſcripſit, quamvis Iacobus Schegkius, acerbiſſimus eius adverſarius, *infantiam in philoſophia Ariſtotelica* ei obiecerit. Floruit circa a. 1567. — Exſtant: *Verſio Latina Analyticorum priorum Ariſtotelis*, Lipſ. 1573, 4. — Commentarius unus in *librum Ariſtotelis de ſenſuum inſtrumentis, & de his, quae ſub ſenſum cadunt*; commentarius alter *in lib. de memoria & reminiſcentia*, Genevae, 1566, fol. — *Commentarius in Ethica ad Nicomachum*, ibid. 1567, 4. V. Brucker. hiſt. crit. phil. T. IV, p. 285. Morhof. Polyhiſt. T. II, p. 62. Bayle Dict. crit. art. *Simon Simonius*.

STELLINUS (*Iacobus*), e congregatione Somaſchenſi,

in Patavino gymnasio Ethices olim Professor. — Opera omnia, Voll. IV, 4. Patavii, 1778, 1779. Continent commentarium in *Aristotelis Ethica* amplissimum.

THEODORUS *Gaza*, Thessalonicensis, *Victorini* cuiusdam, *Fletrensis*, discipulus, Turcarum sub Amurathis imperio victricia arma & ferocem superbiam fugiens, venit in Italiam circa a. 1430, ubi usque ad vitae exitum sacerdotii munere in Bruttiis functus est. Obiit Romae a. 1478. Multum ille cum ceteris hominibus Graecis tum temporis in Italia florentibus contulit ad Graecarum Latinarumque literarum studium latius propagandum. E Graeco Latine vertit praeter Hippocratis aphorismos & Theophrasti historiam plantarum, Aristotelis etiam historiae animalium libros IX, de partibus animalium libros IV, de generatione animalium libros V, & problemata tam Aristotelis, quam Alexandro Aphrodisieo vulgo adscripta. V. Elench. edd. Cf. omnino Fabric. B. Gr. Vol. IX, pag. 192. Analect. Vindobon. T. I, pag. 1096 sq.

THOMAS *de Aquino* s. *Aquinas*, natus circiter a. 1225, obiit a. 1274. De eius vita, ingenio, moribus, scriptis, & in philosophiam meritis, v. Brucker. hist. crit. philos. T. III, p. 798, & qui laudantur in Indice bibl. Quetif T. II, p. 987, & apud Fabricium in bibl. med. Latin. lib. XIX, p. 235. Librorum Thomae omnium, saepissime etiam sigillatim editorum, exstant editiones quatuor, Romae, a. 1572, tomis XVII; Venetiis, 1592, quae ex Romana expressa est; Coloniae, 1612, tomis XVIII, cura Cosmae Morelles, Valentini; denique Parisiis a. 1660, tomis XXIII, fol. Ad Aristotelis interpretationem pertinent: *Expositio in librum primum & secundum peri-herminias*, cum duplici textus versione, antiqua & Ioannis Argyropyli; *Expositio in librum primum & secundum Analyticorum posteriorum*, cum versione antiqua & Argyropyli (Opp. T. I); *Expositio in octo libros de physico auditu*, cum textu antiquo & Argyropyli. Libros duos priores Graece vertit Georgius Scholarius; conf. supra Elench. Codd. *Commentaria in libros III de coelo & mundo*, cum textu antiquo & Argyropyli. Haec a Thoma imperfecta relicta absolvisse perhibetur eius discipulus Petrus de Arvernia. *Commentaria in libros primum & secundum de generatione & corruptione*, cum versione antiqua &

Franc. Vatabli (Opp. T. II); *Expoſitio in quatuor libros Meteororum*, cum verſione antiqua & Franciſci a Vicomercato; *Expoſitio in tres libros de anima*, cum verſione antiqua & Michaëlis Sophiani. Graece vertit Georgius Scholarius, v. ſupra Elench. Codd. *Expoſitio in Parva Naturalia*, cum ſupplementis Petri de Arvernia (Opp. T. III); *Expoſitio in XII libros Metaphyſicorum*, cum verſione antiqua & Beſſarionis, Venet. 1560, fol. *In librum de ente & eſſentia*, cum comment. Thomae de Vio Gajetani; *Expoſitio in librum de cauſis* (Opp. T. IV); *Expoſitio in X libros Ethicorum ad Nicomachum*, cum verſione antiqua & Ioan. Argyropyli; *Expoſitio in VIII libros Politicorum*, cum verſ. antiqua & Leonardi Aretini, (Opp. T. V ed. Roman.) De commentariis hiſce Thomae, eorumque pretio & virtute vix in univerſum iudicari poteſt; quis enim eos hodie accurate perlegere ſuſtineat? Equidem eos in ſingulis tantum locis conſului, & inveni nonnunquam praeclare & acute dicta, haec ipſa tamen plerumque aut a Graeco quodam interprete, aut ab Averrhoë mutuata, multo ſaepius vero, inprimis ubi Thomas proprio ingenio indulſit, abſurda & futilia. Uſus quoque eſt Thomas, ut iam monui, verſione librorum Ariſtotelis Latina ex Hebraico facta.

THOMAS *Cantipratanus* ſ. *Cantimpratenſis*, (alii *Ioannem*, alii *Henricum*, & *Guilielmum* alii vocant; v. Sandium ad Voſſium de hiſtor. Latin. p. 381) natus in vico Leuuis prope Bruxellam a. 1201, Alberti M. una cum Thoma Aquinate diſcipulus, Epiſcopus Luſentinus, & Epiſcopi Cameracenſis ſuffraganeus. Obiit a. 1263. De ſcriptis eius v. Fabricii bibl. med. Latin. lib. XIX, p. 247 ed. Manſi. Tribuitur illi *antiqua Latina librorum Ariſtotelis verſio*, quae tamen videtur antiquior eſſe. Vid. Elench. edd. Cf. Bulaei hiſt. univerſ. Pariſ. T. III, p. 711.

TOLETUS (*Franciſcus*), ex Soc. Ieſu, Cordubenſis, floruit ſec. XVI. — *Commentaria una cum quaeſtionibus in libros Logicos Ariſtotelis*, exceptis Topicis & elenchis Sophiſticis. Colon. 1579, fol. & ibid. 1583. — *Commentaria una cum quaeſtionibus in octo libros Ariſtotelis de phyſica auſcultatione, & libros de generatione & corruptione*, Venet. 1573, 4, & Coloniae 1575, fol. — *Commentaria una cum quaeſtionibus in tres libros Ariſtotelis de anima.* Colon. 1576, 1579, fol. Cf. Morhofii Polyhiſt. T. II, p. 60.

VATABLUS (*Franciſcus*), Doctor Pariſienſis, floruit initio ſec. XVI. Plures Ariſtotelis libros, in his Parva Naturalia, denuo e Graeco in Latinum ſermonem tranſtulit. Vid. Elench. edd. Superſunt etiam eius *Scholia cum paraphraſi in auſcultationes phyſicas*, edita Pariſ. 1531, fol.

VENETI. Inſtituerat, ineunte ſec. XVI, Venetiis virorum doctorum conſortium ad literas diligentius excolendas *Fridericus Baduarius*, Patricius Venetus, & reipublicae Orator in Germania, quod etiam aliquamdiu ſub *Academiae Venetae* nomine floruit. Debetur huic ſocietati inter alia quoque, *Explanatio nova Topicorum Ariſtotelis*, Venetiis 1559 elegantiſſime impreſſa. De ipſa ſocietate v. praef. ad librum Federici Delphini de fluxu & refluxu maris Tr.

VICOMERCATUS ſ. *Vimercatus*, (*Franciſcus*) ex gente patricia natus Mediolani, philoſophiae Profeſſor ap. Pariſienſes & Taurinenſes, Ariſtotelis interpres doctus & elegans, floruit circa a. 1552. Non ſolum ille plures Ariſtotelis libros denuo Latine vertit, aliorumque verſionem vulgatam correxit, ſed nonnullos quoque egregiis commentariis illuſtravit, in quibus praeſertim Graeci interpretes diligentius adhibiti ſunt. Debentur illi: *Commentarii in octo libros Ariſtotelis de naturali auſcultatione*, Venet. 1564 & 1584, fol. *De principiis rerum naturalium libri tres*, Marpurgi, 1604; *Commentarii in quatuor libros Meteorologicōn*, Venet. 1565, cum verſione eorum Latina; *Commentarii in libros de anima*, Venet. 1574, fol. *Commentarii in libros Metaphyſicorum*. — Vid. Bart. Curtii Notit. Scriptt. Mediolan. medica erud. clarorum P. II, pag. 70.

VICTORINUS (*Fabius Marius*), Afer, docuit Romae rhetoricen, & a gentilium ſuperſtitione, quam uſque ad ſenectutem ſectatus erat, tandem ad veram fidem converſus eſt. Vid. Auguſtini Confeſſ. VIII, 2, 5, 11. Mortuus eſt a. circiter 370. — Exſtat eius verſio Iſagoges Porphyrii de quinque vocibus cum Boëthii commentariis. V. *Boëthius*.

VICTORIUS (*Petrus*), natus Florentiae ſub finem ſeculi XV, Ariſtotelicae philoſophiae omninoque Graecarum atque Latinarum literarum ſcientia inter aequales inſignis, etſi contemtim de eo ſenſerit Scaligerus.

V. Scaligerana ſecunda pag. 251. De verſionibus librorum quorundam Ariſtotelis, commentariiſque uberrimis in eos editis, v. ſupra Elench. edd. paſſim.

URBANUS, Servita, Bononienſis. Docuit philoſophiam Pariſiis, Patavii & Bononiae; obiit a. 1503. — Commentarii in Ariſtotelis *libros phyſicos*, libros *de coelo*, & libros *de anima* prodiere Patavii 1485. V. Orlandi notitia ſcriptorum Bononienſium pag. 266.

ZABARELLA (*Iacobus*), natus Patavii a. 1533, Franciſci Robortelli & Bernardini Tomitani diſcipulus, ipſe deinde Profeſſor Patavinus. V. Brucker. hiſt. crit. philoſ. T. IV, pag. 200. Morhof. Polyhiſt. T. II, pag. 104. — *Opera logica*. Venet. 1578. — Commentarii in duos Ariſtotelis libros poſteriores Analyticos. Venet. 1582. — Commentarii in libros Phyſicorum Ariſtotelis. Francof. 1602. — Commentarii in tres Ariſtotelis libb. de anima. Venet. 1605. — Opera Zabarellae integra edidit I. L. Havenreuter, Francof. 1623, 4.

НБ ОНУ імені І.Мечникова

RECENSUS
COMMENTATORUM
IN ARISTOTELIS LIBROS
ORDINE CHRONOLOGICO FACTUS.

Ante C. n.

COMM. *Graeci*: Theophraſtus. Phanias. Eudemus Rhodius. Paſicrates Rhodius. Andronicus Rhodius. Boëthus Sidonius. Andrantus. Ariſtoteles iunior. Ariſto Iulietes Ceus. Adraſtus. Soſigenes.

SEC. I
poſt C. n.

Aſpaſius. Alexander Aegaeus. Athenodorus. Herminus. Eudorus. Annaeus Cornutus. Nicol. Damaſcenus.

SEC. II.

Alexander Aphrodiſienſis. Claudius Galenus. L. Apuleius.

SEC. III.

Porphyrius.

SEC. IV.

Dexippus. Iamblichus. Maximus. Themiſtius Euphrada. Gregorius Nazianzenus. — *Comm. Latin.* Fab. Mar. Victorinus.

НБ ОНУ імені І. Мечникова

SEC. V.

Proclus. Syrianus. Marinus. Ammonius Hermeae f. *Comm. Latin.* Aurelius Auguſtinus.

SEC. VI.

Damaſcius. Simplicius. Io. Philoponus. Olympiodorus iunior Alexandrinus. Aſclepius Trallianus. — *Comm. Latin.* Boëthius.

SEC. VIII.

Beda Venerabilis.

SEC. IX.

Photius. Io. Damaſcenus. — *Comm. Arab.* Alchindus. Ahmad Ben Mohamad. Honain Ben Iſaac. Iſaac Ben Honain. Thabet. Thyllus.

SEC. X.

Comm. Arab. Abu Ahmad. Abulpharagius. Abu Ruh. Abu Zacharia. Abraham Abdallah. Alpharabius. Matthaeus. Raſchid. Rhazes.

SEC. XI.

Comm. Gr. Michaël Epheſius. Michaël Pſellus. — *Arab.* Abdallah. Ali Ben Zaraa.

SEC. XII.

Theodorus Prodromus iunior. Euſtratius. — *Comm. Latin.* Albertus Magnus. Gilbertus Porretanus. — *Arab.* Averrhoës. Avicenna.

SEC. XIII.

Nicephorus Blemmydes. — *Comm. Lat.* Alexander de Hales. Thomas Aquinas. Thomas Cantipratanus. — *Arab.* Athireddin.

SEC. XIV.

Comm. Gr. Leo Magentenus. Theodorus Metochita. — *Lat.* Aegidius de Columna. Anton. Democharis. Alex-

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

ander de S. Elpidio. Buridanus. Gualterus Burlaeus. Io. Canonici. Io. Duns. Geraldus Odonis.

SEC. XV.

Comm. Gr. Georgius Gemiſtus. Georgius Pachymeres. Georgius Scholarius. Gregorius Aneponymus. Io. Italus. — *Lat.* Beſſario. Donatus Acciaiolus. Angelus Politianus. M. Apollinaris. Hermolaus Barbarus. Paulus Barbus. Caſtrovole. Dominicus de Flandria. Iacobus Faber. Iul. Guaſtavinus. Chryſoſt. Iavellus. Io. Argyropulus. Io. Pariſienſis iunior. Io. Maior. Nicolaus de Orbellis. Nicolaus de Orto celi. Marſilius Alamannus. Paulus Venetus. Theodorus Gaza.

SEC. XVI.

Comm. Lat. Accorambonus. Antonius Muſa. Auguſtinus Niphus. Rob. Balfoureus. Daniel Barbarus. Bernardinus Tomitanus. Fr. Burana. Cabeus. Carpentarius. Collegium Conimbricenſe. Flaminius. Franciſcus le Roy. Dan. Furlanus. Gerardus Mathiſius. Conrad. Geſnerus. Ob. Gifanius. Lovanienſes. Maioragius. Monlorius. Ant. Montecatinus. Andr. Planerus. Lucil. Philaltheus. Petrus Ramus. Robortellus. I. C. Scaliger. Ant. Scaynus. Iac. Schegkius. Phil. Scherbius. Simon Simonius. Franciſcus Toletus. Fr. Vatablus. Veneti. Fr. Vicomercatus. Petrus Victorius. Urbanus. Iac. Zabarella.

SEC. XVII.

Blancanus. Tarquinius Gallutius. Michaël Piccartus. Ludovicus Septalius.

SEC. XVIII.

Loſſius. Iac. Stellinus.

RECENSUS
COMMENTATORUM
IN ARISTOTELEM

SECUNDUM LIBRORUM EIUS ORDINEM IN QUOS ILLI COMMENTATI SUNT.

Categoriae.

ADRASTUS APHROD. Alexander Aegeus. Ammonius Hermeae. Andronicus Rhodius. Ariſto Iulietes Ceus. Aſpaſius. Athenodorus. Boëthus Sidonius. Annaeus Cornutus. Davides. Dexippus. Eudemus Rhodius. Galenus. Gregorius Aneponymus. Georgius Pachymeres. Georgius Scholarius. Gregorius Nazianzenus. Herminus. Iamblichus. Io. Philoponus. Io. Damaſcenus. Lucius. Magnentius. Maximus. Michaël Pſellus. Nicoſtratus. Paſicrates Rhodius. Phanias. Photius. Porphyrius. Simplicius. Sophonias. Themiſtius. — *Comm. Arab.* Abu Ruh. Ahmad Ben Mohamad. Alchindus. Alpharabius. Athireddin. Averrhoës. Avicenna. Honain Ben Iſaac. Matthaeus. Raſchid. Rhazes. Thabet. — *Comm. Latin.* Donatus Acciaiolus. Albertus M. Anton. Muſa. Aurelius Auguſtinus. Balfoureus. Paulus Barbus. Boëthius. Gualterus Burlaeus. Carpentarius. Collegium Conimbricenſe. Iacobus Faber. Franc. le Roy. Gerardus Mathiſius. Gilbertus Porretanus. Chryſoſtomus Iavellus. Io. Duns. Io.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

Maior. Lovanienſes. Andreas Planerus. Michaël Piccartus. Petrus Ramus. Iacobus Schegkius. Fr. Toletus.

Liber de Interpretatione.

Ammonius Hermeae. Aſpaſius. Eudemus Rhodius. Galenus. Georgius Scholarius. Herminus. Io. Philoponus. Io. Italus. Leo Magentenus. Michaël Epheſius. Michaël Pſellus. Phanias. Photius. Porphyrius. Proclus. Syrianus. — *Comm. Arab.* Ahmad Ben Mohamad. Alpharabius. Averrhoës. Honain Ben Iſaac. Iſaac Ben Honain. Matthaeus. Raſchid. Thabet. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Albertus M. Antonius Muſa. L. Apuleius. Auguſtinus Niphus. R. Balfoureus. Boëthius. Burlaeus. Carpentarius. Collegium Conimbricenſe. Iacobus Faber, Gerardus Mathiſius. Chryſoſt. Iavellus. Ioan. Duns. Lovanienſes. Andreas Planerus. Thomas Aquinas. Fr. Toletus.

Analytica priora.

Alexander Aphrodiſ. Ammonius H. Eudemus Rhodius. Galenus. Georgius Gemiſtus, Georg. Scholarius. Herminus. Iamblichus. Leo Magentenus. Magnentius. Nicomedes. Phanias. Themiſtius. Theophraſtus. — *Comm. Arab.* Ahmad Ben Mohamad. Alchindus. Alpharabius. Averrhoës. Honain Ben Iſaac. Iſaac Ben Honain. Matthaeus. Raſchid. Rhazes. Thabet. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Albertus M. Alexander de S. Elpidio. Auguſtinus Niphus. Balfoureus. Boëthius. Burana. Conimbricenſes. Iac. Faber. Angelus Politianus. Gerard. Mathiſius. Chryſoſt. Iavellus. Io. Duns. Lovanienſes. Io. Bapt. Monlorius. Iacobus Schegkius. Simon Simonius. Fr. Toletus.

Analytica poſteriora.

Alexander Aphrodiſienſis. Ammonius H. Apollinaris. Euſtratius. Galenus. Io. Philoponus. Magnentius. Michaël Pſellus. Themiſtius. Theodorus Prodromus. — *Comm. Arab.* (v. Anal. prior. nam aut utraque Analy-

tica explanarunt, aut non conſtat, utrum priora an poſteriora.) — *Comm. Lat.* Accorambonus. Aegidius de Columna. Albertus M. Anton. Muſa. M. Apollinaris Offredus. Auguſtinus Niphus. R. Balfoureus. Bernardinus Tomitanus. Boëthius. Conimbricenſes. Dominicus de Flandria. Iac. Faber. Gerardus Mathiſius. Chryſ. Iavellus. Io. Duns. Lovanienſes. Andr. Planerus. Iac. Schegkius. Thom. Aquinas. Fr. Toletus. Zabarella.

Topica.

Alexander Aphrodiſ. Herminus. Io. Italus. Leo Magentenus. Magnentius. Themiſtius. — *Comm. Arab.* Abu Ruh. Abraham Abdallah. Alchindus. Averrhoës. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Albertus M. Alexander de S. Elpidio. Antonius Democharcs. Auguſtinus Niphus. Boëthius. Balfoureus. Burlaeus. Conimbricenſes. Iac. Faber. Gerardus Mathiſius. Chryſ. Iavellus. Io. Duns. Lovanienſes. Iac. Schegkius. Veneti.

Elenchi ſophiſtici.

Alexander Aphrodiſ. Galenus. Leo Magentenus. Michaël Epheſius. Stephanus. — *Comm. Arab.* Ahmad Ben Mohamad. Alchindus. Alpharabius. Averrhoës. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Albertus M. Auguſtinus Niphus. R. Balfoureus. Bernard. Tomitanus. Boëthius. Burlaeus. Conimbricenſes. Dominicus de Flandria. Iacob. Faber. Ger. Mathiſius. Chryſ. Iavellus. Io. Duns. Lovanienſes.

Auſcultationes phyſicae.

Adraſtus Aphrodiſ. Alexander Aphrodiſ. Andronicus Rhodius. Aſpaſius. Damaſcius. Io. Philoponus. Michaël Pſellus. Proclus. Simplicius. Themiſtius. Theodorus Metochita. — *Comm. Arab.* Abu Ahmad. Abulpharagius Cadamah. Abu Ruh. Alchindus. Alpharabius. Averrhoës. Raſchid. Thabet. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Aegidius de Columna. Albertus M. Auguſtinus Niphus. Hermolaus Barbarus. Paulus Barbus. Ioſ. Blancanus. Bur-

laeus. Carpentarius. Collegium Conimbricenſe. Iac. Faber. Gerardus Mathiſius. Conr. Geſnerus. Chryſ. Iavellus. Io. Canonici. Io. Duns. Io. Maior. Ant. Montecatinus. Nicolaus de Orbellis. P. Ramus. Ant. Scaynus. Iac. Schegkius. Thomas Aquinas. Fr. Toletus. Fr. Vatablus. Fr. Vicomercatus. Urbanus Servita. Zabarella.

Libri de Coelo.

Damaſcius. Proclus. Simplicius. Soſigenes. Themiſtius. Theodorus Metochita. — *Comm. Arab.* Abu Ruh. Alpharabius. Averrhoës. Avicenna. Iſaac Ben Honain. Matthaeus. Raſchid. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Aegidius de Columna. Albertus M. Ioſ. Blancanus. Burlaeus. Conimbricenſes. Iac. Faber. Conr. Geſnerus. Maioragius. Lucil. Philaltheus. Iacob. Schegkius. Thomas Aquinas. Urbanus.

Libri de generatione & corruptione.

Alexander Aphrod. Io. Philoponus. Theodorus Metochita. — *Comm. Arab.* Averrhoës. Raſchid. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Aegidius de Col. Albertus M. Conimbricenſes. Nicolaus de Orto celi. Marſilius Alamannus. Paulus Venetus. Iac. Schegkius. Thomas Aquinas. Fr. Toletus.

Meteorologica.

Alexander Aegaeus. Alex. Aphrodiſ. Io. Philoponus. Olympiodorus iunior. Proclus. — *Comm. Arab.* Alpharabius. Averrhoës. Raſchid. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Aegidius de Columna. Albertus M. Auguſtinus Niphus. Burlaeus. Cabeus. Conimbricenſes. Conr. Geſnerus. Io. Duns. Iac. Schegkius. Thomas Aquinas. Fr. Vicomercatus.

Liber de Mundo.

Comm. Lat. L. Apuleius. Lucilius Philaltheus.

Libri de anima & Parva Naturalia.

Aſpaſius. Alexander Aphrodiſ. Georgius Scholarius. Io. Philoponus. Marinus. Michaël Epheſius. Nicolaus Damaſcenus. Simplicius. Stephanus. Theodorus Metochita. — *Comm. Arab.* Honain Ben Iſaac. Raſchid. Matthaeus. Averrhoës. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Aegidius de Columna. Albertus M. Alexander de Hales. M. Apollinaris Offredus. Auguſtinus Niphus. Burlaeus. Conimbricenſes. Conr. Geſnerus. Dominicus de Flandria. Iac. Faber. Dan. Furlanus. Chryſ. Iavellus. Io. Duns. Nic. de Orbellis. Anton. Scaynus. Iacobus Schegkius. Thom. Aquinas. Fr. Toletus. Fr. Vicomercatus. Urbanus. Zabarella.

Libri de animalium hiſtoria eorumque natura.

Comm. Arab. Ali Ben Zaraa. Averrhoës. Avicenna. Raſchid. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Albertus M. Auguſtinus Niphus. Conrad. Geſnerus. Daniel Furlanus.

Quaeſtiones Mechanicae.

Comm. Lat. Ioſ. Blancanus.

Liber de coloribus.

Michaël Pſellus.

Liber de inſecabilibus lineis.

Georgius Pachymeres.

Ethica ad Nicomachum; ad Eudemum; Magna Moralia.

Andrantus. Andronicus Rhodius. Aſpaſius. Euſtratius. Michaël Epheſius. Porphyrius. — *Comm. Arab.* Alphara-

bius. Averrhoës. Honain Ben Iſaac. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Acciaiolus. Albertus M. Balfoureus. Hermol. Barbarus. Burlaeus. Conimbricenſes. Iac. Faber. Tarquinius Gallutius. Geraldus Odonis. Obertus Gifanius. Io. Argyropulus. Nic. de Orbellis. Fr. Robortellus. Iac. Schegkius. Lud. Septalius. Simon Simonius. Iac. Stellinus. Thomas Aquinas.

Politica.

Comm. Lat. Accorambonus. Acciaiolus. Albertus M. Buridanus. Burlaeus. Caſtrovole. Conimbricenſes. Iac. Faber. Ant. Montecatinus. Michaël Piccartus. Fr. Robortellus. Ant. Scaynus. Phil. Scherbius. Lud. Septalius. Thomas Aquinas.

Oeconomica.

Comm. Arab. Abdallah. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Burlaeus. Caſtrovole. Iac. Faber.

Libri argumenti rhetorici, & Poëtica.

Comm. Gr. Stephanus. — *Comm. Arab.* Averrhoës. Alpharabius. Raſchid. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Aegidius de Columna. Auguſtinus Niphus. Hermolaus Barbarus. Fr. Robortellus.

Problemata.

Comm. Latin. Accorambonus. Ioſ. Blancanus. Burlaeus. Daniel Furlanus. Iulius Guaſtavinus. Ludovic. Septalius.

Metaphyſica.

Alexander Aegaeus. Alexander Aphrodiſ. Ammonius Herm. Ariſtoteles iunior. Aſclepius Trallianus. Aſpaſius.

Eudorus. Io. Philoponus. Michaël Epheſius. Nicolaus Damaſcenus. Syrianus. Themiſtius. — *Comm. Arab.* Honain Ben Iſaac. Iſaac Ben Honain. Matthaeus. Raſchid. Averrhoës. — *Comm. Lat.* Accorambonus. Albertus M. Alexander de Hales. Auguſtinus Niphus. Paulus Barbus. Beſſario. Ioſ. Blancanus. Burlaeus. Dominicus de Flandria. Iacobus Faber. Flaminius. Fr. le Roy. Chryſ. Iavellus. Io. Duns. Io. Pariſienſis iunior. Nic. de Orbellis. Petrus Ramus. Ant. Scaynus. Thomas Aquinas. Fr. Vicomercatus.

Phyſiognomonica.

Loſſius.

Libri de plantis.

Comm. Arab. Averrhoës. — *Comm. Latin.* Iul. Caeſ. Scaliger.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ

ΕΙΣΑΓΩΓΗ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΦΩΝΩΝ.

НБ ОНУ імені І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ARGUMENTUM
ISAGOGES PORPHYRII.

ARISTOTELIS libro Categoriarum s. de praedicamentis in plerisque editionibus impressis & Codicibus manu exaratis praefixa est Porphyrii Εἰσαγωγὴ περὶ τῶν πέντε φωνῶν, *Introductio de quinque vocibus*, sive, ut etiam inscribitur, Εἰσαγωγὴ εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας πρὸς Χρυσαόριον, *Introductio in Aristotelis Categorias ad Chrysaorium*, quam tamen alteram inscriptionem non ipsi Porphyrio deberi Ammonius Hermeae (ad Isag. fol. 18, a.) recte iudicavit. Nos quoque eam in fronte Organi ponere ratum duximus, non tam morem a prioribus editoribus ad nos translatum servandi causa, quam quod ea praedicabilia explicet, & prooemii loco in doctrinam de Categoriis s. praedicamentis, adeoque in universam Aristotelis logicam habenda sit. Etenim omnis Graecorum Dialectica orta est ἀπὸ τοῦ περὶ φωνῆς τόπου, *a loco de sermone*, cum e vocibus enuntiationes, & ex his syllogismi conficiantur. (v. Diog. Laërt. VII, 43. cf. Menag. observatt.) Iam vero duplici respectu voces Dialecticum considerare oportet, primo, quatenus *res ipsas* (extra animi notionem) designant, altero, quatenus eorum, *quae animo tantum de rebus concipiuntur*, notae sunt. Sic vocabulum *animal* exprimit ipsum animal velut *rem*, verum per relationem ad superius animo conceptum, v. c. *ens*, exprimit *speciem*, uti contra per relationem ad inferius, v. c. *hominem*, eo *genus* exprimitur. De vocabulis, *quae ad denotandas in universum res, ut res*, spectant, agit *doctrina Categoriarum*, s. *praedicamentorum*; de iis vero, *quae in universum meros animi* de rebus *conceptus* attinent, *doctrina Categorematum* s. *praedicabilium*. Praedicabilia, quae animo de rebus in universum concipiuntur, sunt *genus*, *species*, *differentia*, *proprium*, *accidens*: quare doctrina de

illis etiam doctrina *de quinque vocibus* dicitur. Cum autem nullum sit *praedicamentum*, rem, ut rem, designans, sub quo non genera, species usque ad individua, differentia, proprium & accidens contineantur, sive de quo ipso omnia *praedicabilia* per variam relationem modo ad superius, modo ad inferius, modo simpliciter ad illud ipsum aut ad aliud quid, praedicari non possint, omnino doctrina de praedicabilibus doctrinae de praedicamentis praemittenda est, quia haec sine illa intelligi nequit. Ut hoc exemplo illustremus: primum rei ut rei *praedicamentum* est *substantia*; substantia autem quaevis aut est *individuum*, aut ad *genus* aliquod, vel *speciem* pertinet per variam relationem vel ad superius, vel ad inferius, deinde per relationem vel ad se ipsam, vel ad aliam capax est *differentiae* & *proprii* & *accidentis*: igitur, praedicabilibus praedicamenti *substantia* non definitis, quid tibi ipso *praedicamento* velis *ad designandam rem*, perspicere nemo poterit. Neque tamen hic solus est fructus doctrinae de praedicabilibus, ut praedicamentis intelligendis inserviat, quandoquidem praedicabilia ad praedicamentorum definitionem necessario requirantur aut supponantur, verum cognoscenda illa etiam est, ut praecepta logica 1) de rationibus *praedicationis* in propositionibus, 2) de *definitionibus*, 3) de *divisione*, & 4) de *terminorum in syllogismis natura & affectione* recte capias. Quod si e. c. posueris, *Omnes homines sunt mortales*, instructum te prius esse necesse est doctrina de *genere*, velut subiecti praedicabili aliquo, ut nempe scias, istam propositionem esse universalem, s. subiecto *genus* exprimi, & praedicatum non ad speciem quandam, nec ad individuum aliquod referri. Porro sine praedicabilibus *definitio* rei esse potest nulla. Nam *species*, (quae sola *definiri* potest, cum *genus* & *individuum* ex mente Peripateticorum definitionem non admittant) per *genus*, *proprium* & *differentias* est definienda, & nonnunquam *accidentium* congeries verae differentiae locum supplet. Sic quoque *divisio* aliter fieri nequit, nisi *genus* in *species* per *differentias* dividas, & subiectum per *accidentia* seu propria seu communia, & vice versa accidentia per subiecta. Denique doctrina praedicabilium omnis *ratiocinandi scientiae* quasi prima linea est. Semper enim in syllogismis *terminus angustior* per *generaliorem*, sive ge-

neralior per *angustiorem* in aliquo subiecto inesse probatur, aut terminus in aliquo subiecto per alium quempiam terminum a natura illius *diversum* non inesse probatur. Itaque ex his omnibus satis elucere arbitramur, quod antea diximus, Introductionem Porphyrianam, cum in ea de praedicabilibus agatur, prooemii loco in universam Aristotelis logicam iure haberi, atque adeo praeclaro consilio, & nobis quoque ineundo, tum a Graecis Organi Aristotelis interpretibus, tum a recentioribus editoribus huic praefixam esse.

Tradit autem Porphyrius doctrinam praedicabilium ita, ut primum singulorum naturam, vim & usum ostendat, deinde in genere & in specie eorum inter se convenientiam & discrimen exponat. Capita libelli sunt praeter prooemium XV, quorum priora V singula singulis praedicabilibus explicandis deputata sunt; in sexto generalis quinque vocum collatio instituitur, & in reliquis IX capitibus praedicabile unum cum altero confertur. Et quidem quatuor prioribus declaratur *generis* cum ceteris quatuor praedicabilibus convenientia & ab illis diversitas; tribus vero sequentibus convenientia simul & discrimen *differentiae*, & trium praedicabilium, *speciei*, *proprii* & *accidentis*. Quae haec excipiunt duo capita, *speciei* & *proprii*, itemque *speciei* & *accidentis* tam communia, quam propria, quibus haec praedicabilia a se invicem discernuntur, indicant. E postremis duobus capitibus prius quidem proprii & accidentis cognationem, posterius eorum oppositionem designat.

Argumentum libelli quo magis adhuc dilucidetur, liceat nobis tabulam addere, in qua secundum ipsorum praedicabilium seriem uni obtutui subiecimus, quae ad uniuscuiusque praedicabilis vim & habitum ex mente Porphyrii referenda sunt: non enim lectoribus consultum iri arbitrati sumus, si argumentum secundum capitum ordinem persequeremur.

De praedicabilibus.

Individua de uno solo praedicantur.	cap. II de gen.
Praedicabilia proprie ita dicta de pluribus praedicantur.	

De genere.

Genus de pluribus ſpecie differentibus praedicatur.
Genus de ſpeciebus ratione eius, quid eſt, praedicatur. } cap. II de genere.

Genus poſitionem ſpeciei ſequitur.
Genus aequaliter de ſpeciebus praedicatur.
Genus univoce praedicatur.
Genus prius eſt proprio, non vice verſa.
Genere ſublato tollitur proprium, non vice verſa. } cap X de conven. & diſcr. gen. & propr.

Genus & de ſpeciebus & de individuis praedicatur. } c. VI de commun. & diff. quinque vocum.

Quae de genere praedicantur, illa de ſpecie quoque praedicari debent.
Genere ſublato tolluntur omnia, quae ſub genere ſunt, ſpecies & individua. } c. VII de conv. & diſcr. gen. & differ.

Genus de pluribus praedicatur, quam differentia.
Genus continet differentiam ſpeciei poteſtate.
Genere ſublato tollitur differentia.
Genus unius ſpeciei unum eſt.
Genus materiae ſimile eſt, nimirum in definitione ſubſtantiae. } c. VII.

Genus non recipit magis aut minus. } cap. III de differentia.

Genus totum quid eſt } cap. VIII de conven. gen. & ſpec.

Genus praeſupponitur poſita ſpecie.
Genus ſpeciei infimae rationem non ſubit. } cap. VIII.

De ſpecie.

Species de pluribus individuis dicitur. Species de individuis ratione eius, quid eſt, praedicatur.	cap. II de gen. ſp. & ind.
Species individuis naturâ prior eſt. Species totum quid eſt.	cap. VIII.
Species ſupra genus abundat differentiis ſpecificis. Species nunquam fit genus generaliſſimum.	cap. VIII.
Species aequaliter & ſemper adeſt ſuis individuis.	cap. XI de conven. & diſcr. diff. & ſpeciei.
Specie poſita ponitur differentia, ſublata ſpecie non tollitur differentia. Species ſpeciei iuncta non producit novam ſpeciem.	cap. XI.
Species cum proprio converſim praedicatur. Species prior eſt proprio, non contra. Species aliorum genus eſſe poteſt. Species actu ſemper adeſt individuis.	cap. XIV de conven. & diff. ſpeciei & proprii.

De generibus & ſpeciebus alternis.

A ſummo genere ad infimam ſpeciem deſcendenti quieſcendum eſt. *Deſcendentem* oportet tranſire per media genera *dividendo ſpecificis differentiis.* *Aſcendentem* ad ſummum genus tranſire oportet per media *colligendo.*	cap. II.

De differentia.

Omnis differentia diverſum facit.
Differentia ſpecifica ratione eius, quid eſt, diverſum facit.
Differentiae ſpecificae genus dividunt in ſpecies.
Differentiae communes qualecunque diſcrimen gignunt.
Differentiae per ſe, ad definitionem aſſumuntur.
Differentiae per ſe, non recipiunt magis aut minus.
Differentiae, quibus genus dividitur, ſpeciem conſtituunt.
Differentia de pluribus ſpecie differentibus praedicatur.
Differentia ad eſſentiam & definitionem conducit.
Differentia rei pars eſt.
} cap. III de diff.

Differentia continet ſpecies.
Quae de differentia dicuntur, ea etiam de ſpecie dicuntur.
Differentia ſublata, tolluntur quae ſub illa ſunt.
} cap. VII.

Differentiam genus continet poteſtate.
Differentiis genera priora ſunt.
Differentiae uni ſpeciei plures tribui poſſunt.
Differentia formae rationem habet.
} cap. VII.

Differentiam aequaliter participant, quae ſub ipſa ſunt.
Differentia ſemper adeſt ſub ipſa contentis
Differentia ratione eius, *quale* quid eſt, praedicatur.
Differentia prior eſt ſpecie ſua.
} cap. XI de conv. & diſcr. ſpec. & differ.

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

Differentia consequitur ad ea, quorum est differentia.
Differentia non convertitur cum sua specie.
} cap. XII de conven. & discr. propr. & differ.

Differentia non capit intensionem nec remissionem.
Differentiae oppositae sunt ἀμιγεῖς, id est, non miscentur.
} cap. XIII de conven. & discr. accid. & differ.

De proprio.

Proprium quatuor modis dicitur.
Proprium de sua specie conversim praedicatur.
Proprium, aptum ad ridendum, hominis, non quod semper rideat, sed quod semper ridere possit.
} cap. IV de proprio.

Proprium speciem sequitur.
Proprium aequaliter praedicatur de iis, quae illud participant.
Proprium univoce praedicatur.
} cap. IX.

Proprium genere posterius est.
Proprium de una specie dicitur.
Proprium omni convenit scilicet individuo suae speciei.
Proprio sublato non tollitur genus.
Proprium sublato genere & ipsum tollitur.
} cap. IX.

Proprium aequaliter participant, quae sub ipso sunt.
} cap. XII.

Proprium non est nisi suae speciei proprium.
Proprium aliquando facultate tantum adest.
} cap. XIV.

Proprio deſtituta non eſt ſua ſpecies. } cap. XVI de conv. & diſcr. propr. & accid.

De accidente.

Accidens eſt, quod adeſt & abeſt praeter ſubiecti corruptionem.
Accidens aut eſt ſeparabile, aut inſeparabile.
Accidens etiam per intellectum ſeparari poteſt, quamvis actu inſeparabile ſit.
Accidens eſt, quod contingit eidem adeſſe aut abeſſe.
Accidens eſt, quod neque genus eſt, neque ſpecies, neque proprium, ſemper autem in aliquo ſubiecto ſubſiſtit. } cap. V. de acc.

Accidens de pluribus praedicatur. } cap. X de conv. gen. & accid.

Accidentia ſpeciebus poſteriora ſunt.
Accidens non participat aequaliter, quae ſub ipſo ſunt.
Accidentia primo de individuis dicuntur.
Accidens ratione eius, quale quid ſit, praedicatur. } cap. X.

Accidentia inſeparabilia ſemper & omni inſunt.
Accidentia quodammodo continentur, quodammodo continent.
Accidentia continentur, quod plura ſint unius ſubiecti accidentia.
Accidentia continent, quod in pluribus eſſe poſſint.
Accidentia intenduntur & remittuntur.
Accidentia contraria nonnunquam mixta ſunt.
Accidentibus priores ſunt τῇ ἐπινοίᾳ ſpecies.
Accidentia naturam habent. } cap. XIII.

НБ ОНУ імені І. Мечникова

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ
ΕΙΣΑΓΩΓΗ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΦΩΝΩΝ.

ΚΕΦ. α'.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ.

Ὄντος ἀναγκαίου, Χρυσαόριε, καὶ εἰς τὴν τῶν παρὰ Ἀριστοτέλει κατηγοριῶν διδασκαλίαν, τοῦ γνῶναι, τί γένος, καὶ τί διαφορὰ, τί τε εἶδος, καὶ τί ἴδιον, καὶ τί συμβεβηκὸς, εἴς τε τὴν τῶν ὁρισμῶν ἀπόδοσιν, καὶ ὅλως εἰς τὰ περὶ διαιρέσεως καὶ ἀποδείξεως χρησίμης οὔσης τῆς τούτων θεωρίας· σύντομόν σοι παράδοσιν ποιούμενος, πειράσομαι, διὰ βραχέων, ὥσπερ ἐν εἰσαγωγῆς τρόπῳ, τὰ παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἐπελθεῖν, τῶν μὲν βαθυτέρων ἀπεχόμενος ζητημάτων, τῶν

PORPHYRII INTRODUCTIO.

CAP. I.

PRAEFATIO.

Cum ſit neceſſe, Chryſaori, ad intelligendas apud Ariſtotelem Categorias, noſſe, quid ſit genus, quid differentia, quid ſpecies, quid proprium, quid accidens, cumque ad definitiones afferendas, & omnino ad doctrinam de diviſione & demonſtratione, utilis ſit horum cognitio: (2) brevem diſquiſitionem faciens, tentabo paucis, velut introductionis modo, quae apud veteres occurrunt, perſequi, abſtruſioribus quaeſtionibus

δὲ ἁπλουστέρων συμμέτρως στοχαζόμενος. 2 Αὐτίκα περὶ γενῶν τε καὶ εἰδῶν, τὸ μὲν, εἴτε ὑφέστηκεν, εἴτε καὶ ἐν μόναις ψιλαῖς ἐπινοίαις κεῖται, εἴτε καὶ ὑφεστηκότα, σώματά ἐστιν, ἢ ἀσώματα, καὶ πότερον χωριστὰ, ἢ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς, καὶ περὶ ταῦτα ὑφεστῶτα, παραιτήσομαι λέγειν· βαθυτάτης οὔσης τῆς τοιαύτης πραγματείας, καὶ ἄλλης μείζονος δεομένης ἐξετάσεως. 3 Τὸ δ' ὅπως περὶ αὐτῶν τε καὶ τῶν προκειμένων λογικώτερον οἱ παλαιοὶ διέλαβον, καὶ τούτων μάλιστα οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου, νῦν σοι πειράσομαι δεικνύναι.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΓΕΝΟΥΣ, ΕΙΔΟΥΣ ΚΑΙ ΑΤΟΜΟΥ.

Ἔοικε δὲ μήτε τὸ γένος, μήτε τὸ εἶδος ἁπλῶς λέγεσθαι. 2 Γένος γὰρ λέγεται καὶ ἡ τινῶν ἐχόντων πως πρὸς ἕν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἄθροισις. καθ' ὃ

praetermiſſis, ſimpliciora tantum leviter attingens. 2 (3) Et quidem de generibus & ſpeciebus, ſubſiſtantne ea vere per ſe, an in ſolis nudis animi notionibus poſita ſint, porro, etiamſi vere per ſe ſubſiſtant, num corpora ſint, an incorporea, & utrum ſeparata, an in ſenſibilibus, & circa haec ſubſiſtant, recuſabo dicere; cum abſtruſiſſima ſit huiuſmodi tractatio, & alius maioris indigeat diſquiſitionis. 3 (4) Quemadmodum autem de illis ipſis & de reliquis ſupra propoſitis, reſpectu potiſſimum ad logicen habito, veteres diſſeruerunt, & ex his maxime Peripatetici, nunc tibi oſtendere conabor.

CAP. II.

De genere, ſpecie & individuo.

Videtur autem neque genus, neque ſpecies ſimpliciter dici. 2 *Genus* enim dicitur congregatio eorum, quae aliquo modo ad unum quiddam & ad ſe invicem

σημαινόμενον τὸ Ἡρακλειδῶν λέγεται γένος ἐκ τῆς ἀφ' ἑνὸς σχέσεως, λέγω δὴ τοῦ Ἡρακλέους, καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐχόντων πως πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀπ' ἐκείνου οἰκειότητα, κατὰ ἀποτομὴν τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων γενῶν κεκλημένον. 3 Λέγεται δὲ καὶ ἄλλως πάλιν γένος ἡ ἑκάστου τῆς γενέσεως ἀρχὴ, εἴτε ἀπὸ τοῦ τεκόντος, εἴτε ἀπὸ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ τις γέγονεν· οὕτω γὰρ Ὀρέστην μὲν ἀπὸ Ταντάλου φαμὲν ἔχειν τὸ γένος, Ὕλλον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους· καὶ πάλιν, Πίνδαρον μὲν Θηβαῖον εἶναι τὸ γένος, Πλάτωνα δὲ Ἀθηναῖον. καὶ γὰρ ἡ πατρὶς ἀρχή τίς ἐστι τῆς ἑκάστου γενέσεως, ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. 4 Τοῦτο δὲ ἔοικε πρόχειρον εἶναι τὸ σημαινόμενον. [Ἡρακλεῖδαι γὰρ λέγονται οἱ ἀπὸ γένους καταγόμενοι Ἡρακλέους· καὶ Κεκροπίδαι οἱ ἀπὸ Κέκροπος, καὶ οἱ τούτων ἀγχιστεῖς.] 5 Καὶ πρότερόν γε ὠνομάσθη γένος ἡ ἑκάστου τῆς γενέσεως ἀρχή· μετὰ δὲ ταῦτα [καὶ] τὸ πλῆθος τῶν

referuntur. Qua ſignificatione dicitur *Heraclidarum genus*, ex eo, quod ab *uno*, nimirum ab Hercule, & a *multitudine* eorum habet, qui ob illum cognatione iunguntur, ita quidem appellatum, ut ab aliis generibus diſtinguatur. 3 Rurſus & aliter genus dicitur principium, unde quiſque ortum ducit, ſive a parente, ſive à loco, in quo natus eſt: ſic enim dicimus Oreſtem a Tantalo genus ducere, Hyllum vero ab Hercule, & rurſus, Pindarum eſſe genere Thebanum, Platonem vero Athenienſem; nam patria quoque unicuique ortus ſui principium eſt, ſicut etiam pater. 4 Haec autem ſignificatio videtur eſſe in promtu. Nam Heraclidae dicuntur, qui genus ducunt ab Hercule, & Cecropidae, qui a Cecrope, & horum affines. 5 Et prius quidem vocatum eſt genus *principium*, unde quiſque ortum du-

ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, οἷον [τοῦ] Ἡρακλέους, ὁ ἀφορίζοντες καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζοντες ἔφαμεν τὸ ὅλον ἄθροισμα, Ἡρακλειδῶν γένος. 6 Ἄλλως δὲ πάλιν γένος λέγεται, ᾧ ὑποτάσσεται τὸ εἶδος, καθ' ὁμοιότητα ἴσως τούτων εἰρημένον. καὶ γὰρ ἀρχή τις ἐστὶ τὸ τοιοῦτον γένος τῶν ὑφ' αὑτὸ, καὶ δοκεῖ καὶ τὸ πλῆθος περιέχειν πᾶν τὸ ὑφ' αὑτό. 7 Τριχῶς οὖν τοῦ γένους λεγομένου, περὶ τοῦ τρίτου παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ὁ λόγος. 8 Ὃ καὶ ὑπογράφοντες ἀποδεδώκασι, γένος εἶναι λέγοντες τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον, οἷον τὸ ζῶον. 9 Τῶν γὰρ κατηγορουμένων, τὰ μὲν, καθ' ἑνὸς λέγεται μόνου, ὡς τὰ ἄτομα, οἷον Σωκράτης, καὶ τὸ Οὗτος, καὶ τὸ Τοῦτο· τὰ δὲ, κατὰ πλειόνων, ὡς τὰ γένη, καὶ τὰ εἴδη, καὶ αἱ διαφοραὶ, καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ συμ-

cit; poſtea vero *multitudo* eorum, qui ab uno principio orti ſunt, velut ab Hercule, quam ſeorſim definientes, & ab aliis (*generibus*) ſeparantes dicebamus totam congregationem, Heraclidarum genus. 6 Aliter itèrum dicitur genus, cui ſubiicitur *ſpecies*, ad ſimilitudinem fortaſſe illorum (*generum*) dictum. Etenim & tale genus eſt principium eorum, quae ſub illo ſunt, & videtur quoque omnem multitudinem eorum continere, quae ſub illo ſunt. 7 Cum igitur genus tribus modis dicatur, de tertia ſignificatione apud philoſophos ſermo eſt. 8 Quod etiam deſcriptione explicarunt, dicentes, genus eſſe, quod pluribus ſpecie differentibus, *ratione eius, quid eſt*, attribuitur, velut *animal*. 9 Nam eorum, quae attribuuntur, alia dicuntur de uno tantum, ut individua, cuiuſmodi ſunt *Socrates*, & *Hic*, & *Hoc*; alia de pluribus, ut genera, ſpecies, differentiae, & accidentia

βεβηκότα κοινῶς, ἀλλὰ μὴ ἰδίως τινί. ἔστι δὲ γένος μὲν, οἷον τὸ ζῶον· εἶδος δὲ, οἷον ὁ ἄνθρωπος· διαφορὰ δὲ, οἷον τὸ λογικόν· ἴδιον δὲ, οἷον τὸ γελαστικόν· συμβεβηκὸς δὲ, οἷον τὸ λευκὸν, τὸ μέλαν, τὸ καθέζεσθαι. 10 Τῶν μὲν οὖν καθ' ἑνὸς μόνου κατηγορουμένων διαφέρει τὰ γένη, τῷ ταῦτα κατὰ πλειόνων κατηγορεῖσθαι. 11 Τῶν δ' αὖ κατὰ πλειόνων, τῶν μὲν εἰδῶν, ὅτι τὰ μὲν εἴδη, εἰ καὶ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖται, ἀλλ' οὐ διαφερόντων τῷ εἴδει, ἀλλὰ τῷ ἀριθμῷ μόνον. ὁ γὰρ ἄνθρωπος εἶδος ὢν, κατὰ Σωκράτους καὶ Πλάτωνος κατηγορεῖται, οἳ οὐ τῷ εἴδει διαφέρουσιν ἀλλήλων, ἀλλὰ τῷ ἀριθμῷ· τὸ δὲ ζῶον γένος ὂν, ἀνθρώπου καὶ βοὸς καὶ ἵππου κατηγορεῖται, οἳ διαφέρουσι καὶ τῷ εἴδει ἀλλήλων, ἀλλ' οὐχὶ τῷ ἀριθμῷ μόνον. 12 Τοῦ δ' αὖ ἰδίου διαφέρει τὸ γένος, ὅτι τὸ μὲν ἴδιον καθ' ἑνὸς μόνου εἴδους, οὗ ἐστιν ἴδιον, κατηγορεῖται, καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων· ὡς

communiter, non proprie alicui. Est autem genus, ut *animal*; species, ut *homo*; differentia, ut *rationale*; proprium, ut *risibile*; accidens, ut *album*, *nigrum*, *sedere*. 10 Ab iis igitur, quae uni tantummodo attribuuntur, genera differunt eo, quod pluribus attribuuntur. 11 Ab iis vero, quae pluribus tribuuntur, ut a speciebus (*genera ita differunt*), quod species, etsi pluribus attribuuntur, non tamen attribuuntur differentibus specie, sed solo numero. *Homo* enim, quod species est, Socrati & Platoni attribuitur, qui non specie inter se differunt, sed numero; *animal* autem, quod genus est, homini & bovi & equo attribuitur, qui specie quoque inter se differunt, non solum numero. 12 A proprio autem differt genus eo, quod proprium uni tantum speciei, cui est proprium, & individuis sub ea specie comprehensis

τὸ γελαστικὸν ἀνθρώπου μόνου, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων· τὸ δὲ γένος οὐχ ἑνὸς εἴδους κατηγορεῖται, ἀλλὰ πλειόνων τε καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει. 13 Τῆς δ' αὖ διαφορᾶς καὶ τῶν κοινῶς συμβεβηκότων διαφέρει τὸ γένος, ὅτι εἰ καὶ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει κατηγοροῦνται αἱ διαφοραὶ καὶ τὰ κοινῶς συμβεβηκότα, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγοροῦνται, ἀλλ' ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν. ἐρωτησάντων γὰρ ἡμῶν, τί ἐστιν ἐκεῖνο, καθ' οὗ κατηγορεῖται ταῦτα, τὸ γένος ἀποκρινόμεθα· τὰς δὲ διαφορὰς καὶ τὰ συμβεβηκότα οὐκ ἀποκρινόμεθα· οὐ γὰρ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται τοῦ ὑποκειμένου, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν· ἐν γὰρ τῷ ἐρωτᾶν, ὁποῖόν τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, φαμὲν ὅτι λογικόν· καὶ ἐν τῷ, ὁποῖόν τί ἐστιν ὁ κόραξ, φαμὲν ὅτι μέλαν. ἔστι δὲ τὸ μὲν λογικὸν, διαφορά· τὸ δὲ μέλαν, συμβεβηκός. ὅταν δὲ, τί ἐστιν

attribuitur, velut risibile soli homini & singulis hominibus attribuitur; genus vero non uni speciei attribuitur, sed pluribus, & quidem inter se differentibus. 13 Rursus a differentia & communiter accidentibus differt genus eo, quod, etsi differentiae & communiter accidentia pluribus & specie differentibus attribuuntur, non tamen attribuuntur *ratione eius, quid est, sed ratione eius, quale quid est.* Interrogantibus enim nobis, *quid sit* illud, cui haec attribuuntur, respondemus esse genus, de differentiis & accidentibus non respondemus: non enim attribuuntur subiecto ratione eius, quid est, sed potius ratione eius, quale quid est. In quaestione, quale quid sit homo, dicimus, esse rationale, & in quaestione, quale quid sit corvus, dicimus esse nigrum. Rationale autem est, differentia; nigrum vero, accidens. Quod si, quid homo sit, interrogamur, respondemus:

ἄνθρωπος, ἐρωτηθῶμεν, ζῶον ἀποκρινόμεθα. ἔστι δὲ ἀνθρώπου γένος τὸ ζῶον. 14 Ὥστε τὸ μὲν κατὰ πλειόνων λέγεσθαι τὸ γένος διαστέλλει αὐτὸ ἀπὸ τῶν καθ' ἑνὸς μόνου [τῶν ἀτόμων] κατηγορουμένων. 15 Τὸ δὲ διαφερόντων τῷ εἴδει διαστέλλει αὐτὸ ἀπὸ τῶν ὡς εἰδῶν κατηγορουμένων ἢ ὡς ἰδίων. 16 Τὸ δὲ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖσθαι χωρίζει αὐτὸ ἀπὸ τῶν διαφορῶν καὶ τῶν κοινῇ συμβεβηκότων, ἃ οὐκ ἐν τῷ τί ἐστιν, ἀλλ' ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν, ἢ πῶς ἔχον τί ἐστι, κατηγορεῖται [ἕκαστον ὧν κατηγορεῖται.] 17 Οὐδὲν ἄρα περιττὸν οὐδὲ ἐλλεῖπον περιέχει ἡ τοῦ γένους ῥηθεῖσα ὑπογραφὴ τῆς ἐννοίας. 18 Τὸ δὲ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἑκάστου μορφῆς καθ' ὃ εἴρηται,

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

19 Λέγεται δὲ εἶδος καὶ τὸ ὑπὸ τὸ ἀποδοθὲν γένος καθ' ὃ εἰώθαμεν λέγειν τὸν μὲν ἄνθρωπον εἶδος τοῦ

animal. Hominis autem genus eſt animal. 14 Igitur eo, quod de pluribus dicatur, diſtinguitur genus ab illis, quae uni ſoli attribuuntur. 15 Eo autem, quod de differentibus ſpecie dicatur, diſtinguitur ab illis, quae ut ſpecies, ſive ut propria attribuuntur. 16 Eo denique, quod attribuitur ratione eius, quid ſit, ſeparatur a differentiis & communiter accidentibus, quae non attribuuntur ratione eius, quid ſit, ſed ratione eius, quale quid ſit, ſive quomodo aliquid ſe habeat. 17 Nulla ergo parte redundat, nulla deficit dicta generis deſcriptio, quo minus notionem exaequet. 18 *Species* vero dicitur quidem & de uniuſcuiuſque forma, ſecundum quam ſignificationem dictum eſt: *Primo ipſa* ſpecies *imperio digna.* 19 Dicitur porro ſpecies, quidquid ſub genere definito ponitur, qua ſignificatione dicere ſole-

ζώου, γένους ὄντος τοῦ ζώου, τὸ δὲ λευκὸν τοῦ χρώματος εἶδος, τὸ δὲ τρίγωνον τοῦ σχήματος εἶδος. 20 Εἰ δὲ καὶ τὸ γένος ἀποδιδόντες τοῦ εἴδους ἐμεμνήμεθα, εἰπόντες τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον, καὶ τὸ εἶδος φαμεν τὸ ὑπὸ τὸ ἀποδοθὲν γένος· εἰδέναι χρὴ, ὅτι, ἐπεὶ καὶ τὸ γένος τινός ἐστι γένος, καὶ τὸ εἶδός τινος ἐστιν εἶδος, ἑκάτερον ἑκατέρου, ἀνάγκη ἐν τοῖς ἀμφοτέρων λόγοις χρῆσθαι ἀμφοτέροις. 21 Ἀποδιδόασιν οὖν τὸ εἶδος καὶ οὕτως· Εἶδός ἐστι τὸ ταττόμενον ὑπὸ τὸ γένος, καὶ οὗ τὸ γένος ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. Ἔτι δὲ καὶ οὕτως· Εἶδός ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον. 22 Ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ ἀπόδοσις τοῦ εἰδικωτάτου ἂν εἴη, καὶ ὃ ἐστι μόνον εἶδος, [οὐκέτι δὲ καὶ γένος·] αἱ δ' ἄλ-

mus hominem ſpeciem animalis, cum animal genus ſit; album autem ſpeciem coloris; triangulum autem ſpeciem figurae. 20 Quod ſi vero & in generis definitione ſpeciei mentionem fecimus, dicentes illud (genus) eſſe, quod de multis ſpecie differentibus ratione eius, quid ſit, praedicetur, ſpeciem autem explicavimus per id, quod ſub definito genere ponitur; ſcire oportet, cum genus alicuius ſit genus, & ſpecies alicuius ſpecies, alterum alterius, neceſſarium eſſe, ut in utriuſque definitionibus utroque utamur. 21 Definiunt igitur ſpeciem & hoc modo: Species eſt, quod ſub genere ponitur, & de quo genus ratione eius, quid ſit, praedicatur. Praeterea vero etiam ſic: Species eſt, quod de pluribus & numero differentibus ratione eius, quid ſit, praedicatur. 22 Enimvero haec quidem definitio pertineret ad ſpecialiſſimum, quod non niſi ſpecies, neque etiam genus eſt; reliquae autem definitiones ad

λαι εἶεν ἂν καὶ τῶν μὴ εἰδικωτάτων. 23 Σαφὲς δ' ἂν εἴη τὸ λεγόμενον τοῦτον τὸν τρόπον· Καθ' ἑκάστην κατηγορίαν ἐστί τινα γενικώτατα, καὶ πάλιν ἄλλα εἰδικώτατα, καὶ μεταξὺ τῶν γενικωτάτων καὶ τῶν εἰδικωτάτων ἄλλα, ἃ καὶ γένη καὶ εἴδη λέγεται τὰ αὐτά. Ἔστι δὲ γενικώτατον μὲν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. εἰδικώτατον δὲ, μεθ' ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ὑποβεβηκὸς εἶδος. μεταξὺ δὲ τοῦ γενικωτάτου καὶ εἰδικωτάτου ἄλλα, ἃ καὶ γένη καὶ εἴδη ἐστὶ τὰ αὐτὰ, πρὸς ἄλλο μέντοι καὶ ἄλλο λαμβανόμενα. 24 Γενέσθω δὲ ἐπὶ μιᾶς κατηγορίας σαφὲς τὸ λεγόμενον. ἡ οὐσία ἐστὶ μὲν καὶ αὐτὴ γένος. ὑπὸ δὲ ταύτην ἐστὶ τὸ σῶμα. καὶ ὑπὸ τὸ σῶμα τὸ ἔμψυχον σῶμα· ὑφ' ὃ τὸ ζῶον. ὑπὸ δὲ τὸ ζῶον λογικὸν ζῶον· ὑφ' ὃ ὁ ἄνθρωπος. ὑπὸ δὲ τὸν ἄνθρωπον, Σωκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι. Ἀλλὰ

ſpecies non ſpecialiſſimas pertinerent. 23 Perſpicuum autem fuerit, quod dictum eſt, in hunc modum: in unaquaque categoria ſunt quaedam generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima, & inter generaliſſima & ſpecialiſſima alia intercedunt, quae eadem & genera & ſpecies dicuntur. Et quidem generaliſſimum eſt, quo nullum aliud eſt genus ſuperius. Specialiſſimum vero, quo nulla alia eſt ſpecies inferior. Inter generaliſſimum autem & ſpecialiſſimum alia intercedunt, quae eadem & genera & ſpecies ſunt, ad aliud nempe & aliud relata. 24 Perſpicuum autem ſiat, quod dictum eſt, in una categoria. Subſtantia eſt ipſa quidem genus. Sub hac vero eſt corpus. Sub corpore animatum corpus; ſub quo animal. Sub animale animal rationale; ſub quo homo. Sub homine vero Socrates, & Plato, ac ſinguli ſeorſim homines. Iam vero ex his ſubſtantia quidem eſt

τούτων ἡ μὲν οὐσία τὸ γενικώτατον, καὶ ὁ μόνον γένος. ὁ δὲ ἄνθρωπος τὸ εἰδικώτατον, καὶ ὁ μόνον εἶδος. τὸ δὲ σῶμα εἶδος μὲν τῆς οὐσίας, γένος δὲ τοῦ ἐμψύχου σώματος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἔμψυχον σῶμα εἶδος μὲν τοῦ σώματος, γένος δὲ τοῦ ζώου. πάλιν τὸ ζῶον εἶδος μὲν τοῦ ἐμψύχου σώματος, γένος δὲ τοῦ λογικοῦ ζώου. τὸ δὲ λογικὸν ζῶον εἶδος μὲν τοῦ ζώου, γένος δὲ τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἄνθρωπος εἶδος μὲν τοῦ λογικοῦ ζώου, οὐκέτι δὲ καὶ γένος τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων, ἀλλὰ μόνον εἶδος· καὶ πᾶν τὸ πρὸ τῶν ἀτόμων προσεχῶς κατηγορούμενον εἶδος ἂν εἴη μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ γένος. Ὥσπερ οὖν ἡ οὐσία, ἀνωτάτω οὖσα τῷ μηδὲν εἶναι πρὸ αὐτῆς γένος, ἦν τὸ γενικώτατον· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος εἶδος ὢν, μεθ' ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο εἶδος, οὐδέ τι τῶν τέμνεσθαι δυναμένων εἰς εἴδη, ἀλλὰ τῶν ἀτόμων,

generaliſſimum, & quod ſolum modo genus eſt. Homo eſt ſpecialiſſimum, & quod tantum ſpecies eſt. Corpus eſt ſpecies quidem ſubſtantiae, genus autem corporis animati. Sed & animatum corpus eſt ſpecies quidem corporis, genus autem animalis. Iterum animal eſt ſpecies corporis animati, genus autem animalis rationalis. Animal vero rationale eſt ſpecies animalis, genus autem hominis. Homo denique eſt ſpecies animalis rationalis, non vero etiam genus ſingulorum hominum, ſed tantum ſpecies; & quidquid ſuperius proxime de individuis praedicatur, id ſpecies tantum eſt, non autem etiam genus. Quemadmodum igitur ſubſtantia, cum ſuprema ſit, quod nullum ea eſt ſuperius genus, generaliſſimum eſt; ſic & homo, cum ſpecies ſit, infra quam nulla eſt alia ſpecies, nec quidquam, quod in ſpecies iterum dividi queat, ſed infra ipſam ſint individua,

(ἄτομον γὰρ λέγεται Σωκράτης, καὶ Πλάτων [καὶ τουτὶ τὸ λευκόν]· μόνον ἂν εἴη εἶδος, καὶ τὸ ἔσχατον εἶδος, καὶ (ὡς ἔφαμεν) τὸ εἰδικώτατον. τὰ δὲ μέσα τῶν μὲν πρὸ αὐτῶν εἴη ἂν εἴδη· τῶν δὲ μετ' αὐτὰ γένη. 25 Ὥστε ταῦτα μὲν ἔχει σχέσεις δύο, τήν τε πρὸς τὰ πρὸ αὐτῶν, καθ' ἣν εἴδη αὐτῶν εἶναι λέγεται· τήν τε πρὸς τὰ μετ' αὐτὰ, καθ' ἣν γένη αὐτῶν εἶναι λέγεται. 26 Τὰ δὲ ἄκρα μίαν ἔχει σχέσιν. τό, τε γὰρ γενικώτατον τὴν μὲν ὡς πρὸς τὰ ὑφ' αὐτὸ ἔχει σχέσιν, γένος ὂν πάντων τὸ ἀνώτατον· τὴν δὲ ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ οὐκέτι ἔχει, ἀνώτατον ὂν καὶ πρώτη ἀρχὴ, καὶ (ὡς ἔφαμεν) ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. 27 Τὸ δὲ εἰδικώτατον μίαν ἔχει καὶ αὐτὸ σχέσιν· τὴν μὲν ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὧν ἐστιν εἶδος· τὴν δὲ ὡς πρὸς τὰ μετ' αὐτὸ, οὐκ ἀλλοίαν ἔχει σχέσιν, ἀλ-

(individuum enim dicitur Socrates & Plato [& hocce album], *tantum ſpecies* eſt, & quidem ultima ſpecies, &, ut diximus, ſpecialiſſimum. Media ſuperiorum ſpecies ſunt, inferiorum vero genera. 25 Quare haec quidem (media) duplicem habent relationem, alteram ad ſuperiora, ſecundum quam ſpecies illorum eſſe dicuntur; alteram ad inferiora, ſecundum quam genera horum dicuntur. 26 Extrema vero unam relationem habent. Nam generaliſſimum relationem tantum habet ad inferiora, cum ſit genus omnium ſummum; relationem autem ad ſuperiora non amplius habet, ſummum cum ſit, & primum principium, &, ut diximus, quo nullum aliud eſt ſuperius genus. 27 Specialiſſimum & ipſum unam habet relationem, alteram ad ſuperiora, quorum ſpecies eſt; quod autem alteram ad inferiora attinet, non aliam habet, ſed etiam indi-

λὰ καὶ τῶν ἀτόμων εἶδος λέγεται. ἀλλ' εἶδος μὲν λέγεται τῶν ἀτόμων, ὡς περιέχον αὐτά· εἶδος δὲ πάλιν τῶν πρὸ αὐτοῦ, ὡς περιεχόμενον ὑπ' αὐτῶν. 28 Ἀφορίζονται τοίνυν τὸ μὲν γενικώτατον γένος, ὃ γένος ὂν οὐκ ἔστιν εἶδος· καὶ πάλιν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος. 29 Τὸ δὲ εἰδικώτατον εἶδος οὕτως, ὃ εἶδος ὂν οὐκ ἔστι γένος· καὶ, ὃ εἶδος ὂν οὐκ ἂν διελοίμεθα εἰς εἴδη. ἔτι δὲ καὶ, ὃ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. 30 Τὰ δὲ μέσα τῶν ἄκρων ὑπάλληλά τε καλοῦσιν εἴδη καὶ γένη· καὶ ἕκαστον αὐτῶν εἶδος εἶναι καὶ γένος τίθενται, πρὸς ἄλλο μέντοι καὶ ἄλλο λαμβανόμενον. τὰ γὰρ πρὸ τῶν εἰδικωτάτων ἄχρι τοῦ γενικωτάτου ἀνιόντα γένη τε λέγεται καὶ εἴδη ὑπάλληλα. 31 Ὡς ὁ Ἀγαμέμνων, Ἀτρείδης, καὶ Πελοπίδης, καὶ Ταντα λίδης, καὶ τὸ τελευταῖον Διός. 32 Ἀλλ'

viduorum ſpecies dicitur. Species vero individuorum dicitur, utpote continens illa, ſpecies rurſus ſuperiorum, tanquam a ſuperioribus comprehenſum. 28 Definiunt ergo genus quidem generaliſſimum id, quod, cum genus ſit, ſpecies non eſt; & iterum, quo nullum aliud genus ſuperius eſt. 29 Speciem autem ſpecialiſſimam id, quod, cum ſpecies ſit, genus non eſt, & quod, cum ſpecies ſit, in alias ſpecies non diviſerimus. Praeterea vero id, quod pluribus & numero differentibus ratione eius, quid eſt, attribuitur. 30 Media vero extremorum vocant ſubalterna genera & ſpecies, & unumquodque eorum ſpeciem eſſe & genus ponunt, ad aliud nempe & aliud relatum. Quae enim ſupra ſpecialiſſimum ad generaliſſimum aſcendunt, ſpecies & genera ſubalterna dicuntur. 31 Quemadmodum Agamemnon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & denique Io-

ἐπὶ μὲν τῶν γενεαλογιῶν εἰς ἕνα ἀνάγουσι (Φέρε εἰπεῖν τὸν Δία) τὴν ἀρχὴν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. ἐπὶ δὲ τῶν γενῶν τε καὶ εἰδῶν οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γάρ ἐστι κοινὸν γένος πάντων τὸ ὄν· οὐδὲ πάντα ὁμογενῆ καθ' ἓν τὸ ἀνωτάτω γένος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. ἀλλὰ κείσθω, ὥσπερ ἐν ταῖς Κατηγορίαις, τὰ πρῶτα δέκα γένη, οἷον ἀρχαὶ δέκα πρῶται· κἂν δή πάντα τις ὄντα καλῇ, ὁμωνύμως (φησὶ) καλέσει, ἀλλ' οὐ συνωνύμως. εἰ μὲν γὰρ ἓν κοινὸν ἦν γένος πάντων τὸ ὄν, συνωνύμως ἂν πάντα ὄντα ἐλέγετο· δέκα δὲ ὄντων τῶν πρώτων, ἡ κοινωνία κατὰ τοὔνομα μόνον, οὐ μὴν καὶ κατὰ τὸν λόγον τὸν κατὰ τοὔνομα. δέκα μὲν οὖν τὰ γενικώτατα. 33 Τὰ δὲ εἰδικώτατα ἐν ἀριθμῷ μέν τινί εἰσιν, οὐ μὴν ἀπείρῳ. 34 Τὰ δὲ ἄτομα, ἅπερ ἐστὶ μετὰ τὰ εἰδικώτατα, ἄπειρα. 35 Διὸ μέχρι τῶν εἰ-

vis dicitur (filius). 32 At enim in genealogiis ad unum (veluti ad Iovem) referunt principium utplurimum. In generibus autem & speciebus res ita se non habet; neque enim commune genus omnium est Ens, neque omnia sunt eiusdem generis respectu ad unum supremum genus habito, ut ait Aristoteles. Sed ponantur, velut in Categoriis, prima decem genera, tanquam prima decem principia; & si forte quis omnia Entia vocet, aequivoce (ait) ita appellaverit, non autem univoce. Nam si unum commune genus omnium esset Ens, univoce omnia dicerentur Entia: cum vero decem prima sint, communitas eorum est secundum nomen tantum, at non etiam secundum definitionem nominis. Decem igitur sunt generalissima. 33 Specialissima autem certo quidem numero sunt, nequaquam infinito. 34 Individua vero, quae sub specialissimis sunt, infinita sunt.

δικωτάτων ἀπὸ τῶν γενικωτάτων κατιόντας παρεκελεύετο ὁ Πλάτων παύεσθαι· κατιέναι δὲ διὰ τῶν διὰ μέσου διαιροῦντας ταῖς εἰδοποιοῖς διαφοραῖς. τὰ δὲ ἄπειρά φησι ἐᾶν· μηδὲ γὰρ ἂν γενέσθαι τούτων ἐπιστήμην. 36 Κατιόντας μὲν οὖν εἰς τὰ εἰδικώτατα, ἀνάγκη διαιροῦντας διὰ πλήθους ἰέναι· ἀνιόντας δὲ εἰς τὰ γενικώτατα, ἀνάγκη συναιρεῖν τὸ πλῆθος εἰς ἕν· συναγωγὸν γὰρ τῶν πολλῶν εἰς μίαν φύσιν τὸ εἶδος, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ γένος· τὰ δὲ κατὰ μέρος καὶ καθ' ἕκαστα τοὐναντίον εἰς πλῆθος ἀεὶ διαιρεῖ τὸ ἕν· τῇ μὲν γὰρ τοῦ εἴδους μετουσίᾳ οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι εἷς· τοῖς δὲ κατὰ μέρος καὶ καθ' ἕκαστα ὁ εἷς καὶ κοινὸς πλείους. διαιρετικὸν μὲν γὰρ ἀεὶ τὸ καθ' ἕκαστον· συλληπτικὸν δὲ καὶ ἑνοποιὸν τὸ κοινόν. 37 Ἀποδεδομένου δὲ τοῦ γένους καὶ τοῦ εἴδους, τί ἐστιν ἑκάτερον αὐτῶν·

35 Descendentes ergo usque ad specialissima inde a generalissimis Plato adhortabatur quiescere, transire autem per ea, quae in medio (inter extrema) sunt, dividentes secundum differentias specificas: infinita, inquit, mittenda esse, quippe quorum scientia comparari nequeat. 36 Igitur descendentes ad specialissima necesse est per multitudinem ire; ascendentes autem ad generalissima necesse est multitudinem colligere in unum: colligit enim multa in unam naturam species, & magis adhuc genus; rursus particularia & singularia in multa semper unum dividunt: communione enim speciei multi homines in unum abeunt; ratione autem singulorum separatim hominum unus ille & communis in multos abit. Natura enim haec est particularium, ut unum in multa dividant; commune vero multa in unum colligit. 37 Explicato autem genere & specie, quid sit utrumque

καὶ τοῦ μὲν γένους ἑνὸς ὄντος· τῶν δὲ εἰδῶν πλειόνων· (ἀεὶ γὰρ εἰς πλείω εἴδη ἡ τομὴ τοῦ γένους) τὸ μὲν γένος ἀεὶ τοῦ εἴδους κατηγορεῖται, καὶ πάντα τὰ ἐπάνω τῶν ὑποκάτω· τὸ δὲ εἶδος οὔτε τοῦ προσεχοῦς αὐτοῦ γένους, οὔτε τῶν ἐπάνω· οὐ γὰρ ἀντιστρέφει. δεῖ γὰρ ἢ τὰ ἴσα τῶν ἴσων κατηγορεῖσθαι, ὡς τὸ χρεμετιστικὸν τοῦ ἵππου· ἢ τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων, ὡς τὸ ζῶον τοῦ ἀνθρώπου· τὰ δὲ ἐλάττω τῶν μειζόνων οὐκέτι. οὐκέτι γὰρ τὸ ζῶον εἴποις ἂν εἶναι ἄνθρωπον, ὥσπερ τὸν ἄνθρωπον εἴποις ἂν εἶναι ζῶον. καθ' ὧν δ' ἂν τὸ εἶδος κατηγορεῖται, κατ' ἐκείνων καὶ τὸ τοῦ εἴδους γένος ἐξ ἀνάγκης κατηγορηθήσεται, καὶ τὸ τοῦ γένους γένος ἄχρι τοῦ γενικωτάτου. εἰ γὰρ ἀληθὲς τὸ τὸν Σωκράτην εἰπεῖν ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἄνθρωπον ζῶον, τὸ δὲ ζῶον οὐσίαν· ἀληθὲς καὶ τὸν Σωκράτην ζῶον εἰπεῖν καὶ οὐσίαν. ἀεὶ γοῦν τῶν ἐπάνω κατηγορουμένων τῶν ὑπο-

illorum, cumque genus ſit unum, ſpecies vero plures; (ſemper enim in plures ſpecies generis fit diviſio) genus quidem ſemper de ſpecie praedicatur, & omnia ſuperiora de inferioribus; ſpecies vero neque de proximo ſuo genere, neque de ſuperioribus; non enim reciprocatur. Nam oportet aut aequalia de aequalibus praedicari, ut hinniens de equo; aut maiora de minoribus, ut animal de homine; minora autem de maioribus non vice verſa. Nec enim animal dixeris eſſe hominem, quemadmodum hominem dixeris eſſe animal. De quibus autem ſpecies praedicatur, de iis etiam ſpeciei genus neceſſario praedicabitur, & generis genus ad generaliſſimum uſque. Si enim verum eſt Socratem dicere hominem, hominem autem animal, animal autem ſubſtantiam; verum etiam eſt Socratem dicere animal & ſubſtantiam. Semper igitur cum praedicentur ſupe-

κάτω, τὸ μὲν εἶδος κατὰ τοῦ ἀτόμου κατηγορηθήσεται· τὸ δὲ γένος καὶ κατὰ τοῦ εἴδους, καὶ κατὰ τοῦ ἀτόμου· τὸ δὲ γενικώτατον καὶ κατὰ τοῦ γένους, ἢ τῶν γενῶν, (εἰ πλείω εἴη τὰ μέσα καὶ ὑπάλληλα,) καὶ κατὰ τοῦ εἴδους, καὶ κατὰ τοῦ ἀτόμου. λέγεται γὰρ τὸ μὲν γενικώτατον κατὰ πάντων τῶν ὑφ' αὐτὸ γενῶν τε καὶ εἰδῶν καὶ ἀτόμων· τὸ δὲ γένος τὸ πρὸ τοῦ εἰδικωτάτου κατὰ πάντων τῶν εἰδικωτάτων, καὶ ἀτόμων· τὸ δὲ μόνον εἶδος κατὰ πάντων τῶν ἀτόμων· τὸ δὲ ἄτομον ἐφ' ἑνὸς μόνου τῶν κατὰ μέρος. 38 Ἄτομον δὲ λέγεται ὁ Σωκράτης, καὶ τουτὶ τὸ λευκὸν, καὶ οὑτοσὶ ὁ προσιὼν Σωφρονίσκου υἱός, εἰ μόνος αὐτῷ εἴη Σωκράτης υἱός. ἄτομα δὲ λέγεται τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἐξ ἰδιοτήτων συνέστηκεν ἕκαστον, ὧν τὸ ἄθροισμα οὐκ ἂν ἐπ' ἄλλου τινός ποτε τὸ αὐτὸ γένοιτο. αἱ γὰρ Σωκράτους ἰδιότητες οὐκ ἂν ἐπ' ἄλλου τινὸς τῶν κατὰ μέ-

riora de inferioribus, ſpecies quidem de individuo praedicabitur; genus autem & de ſpecie & de individuo; generaliſſimum autem & de genere aut de generibus, (ſi quidem plura fuerint media & ſubalterna,) & de ſpecie, & de individuo. Dicitur enim generaliſſimum de omnibus ſub ipſo generibus, ſpeciebus & individuis; genus autem ſpecialiſſimo proximum de omnibus ſpecialiſſimis & individuis; ſola autem ſpecies de omnibus individuis; individuum vero de uno ſolo particulari. 38 Individuum autem dicitur Socrates, & hocce album, & hicce accedens Sophroniſci filius, ſi ſolus ipſi ſit Socrates filius. Individua dicuntur talia, quod proprietatibus unumquodque conſtet, quae eaedem coniunctim in alio quovis non reperiantur. Nam Socratis proprietates non in alio quovis particularium fuerint

ρος γένοιντ' ἂν αἱ αὐταί. αἱ μέντοι τοῦ ἀνθρώπου (λέγω δὴ τοῦ κοινοῦ) ἰδιότητες γένοιντ' ἂν αἱ αὐταὶ ἐπὶ πλειόνων, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πάντων τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποι. 39 Περιέχεται οὖν τὸ μὲν ἄτομον ὑπὸ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ εἶδος ὑπὸ τοῦ γένους. ὅλον γάρ τι τὸ γένος· τὸ δὲ ἄτομον, μέρος· τὸ δὲ εἶδος καὶ ὅλον καὶ μέρος· ἀλλὰ μέρος μὲν ἄλλου, ὅλον δὲ οὐκ ἄλλου, ἀλλ' ἐν ἄλλοις· ἐν γὰρ τοῖς μέρεσι τὸ ὅλον. 40 Περὶ μὲν οὖν γένους καὶ εἴδους, καὶ τί τὸ γενικώτατον, καὶ τί τὸ εἰδικώτατον, καὶ τίνα γένη τὰ αὐτὰ καὶ εἴδη, τίνα τε ἄτομα, καὶ ποσαχῶς τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος, εἴρηται.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ.

Ἡ διαφορὰ δὲ κοινῶς τε καὶ ἰδίως, καὶ ἰδιαίτατα λεγέσθω. 2 Κοινῶς μὲν γὰρ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου

eaedem. Hominis vero (communis inquam) proprietates eaedem fuerint in pluribus, quin etiam in omnibus ac ſingulis hominibus, quatenus homines ſunt. 39 Continetur ergo individuum ſub ſpecie, ſpecies ſub genere. Nam totum quid genus eſt; individuum autem pars eſt; ſpecies vero & totum & pars, ſed pars quidem alius (*generis*), totum vero non alius, ſed in aliis: in partibus enim eſt totum. 40 De genere igitur & ſpecie, & quid ſit generaliſſimum, quid ſpecialiſſimum, & quaenam eadem & genera & ſpecies ſint, quae individua, & quot modis genus ac ſpecies ſumantur, dictum eſt.

CAP. III.

De differentia.

Differentia communiter & ſenſu ſtricto & ſtrictiſſimo dicatur. 2 Communiter quidem differre alterum ab al-

λέγεται τὸ ἑτερότητι διαλλάττον ὁπωσοῦν, ἢ πρὸς ἑαυτὸ, ἢ πρὸς ἄλλο. διαφέρει γὰρ Σωκράτης Πλάτωνος τῇ ἑτερότητι, καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ παιδός τε ὄντος, καὶ ἀνδρωθέντος, καὶ ἐνεργοῦντός τι, ἢ παυσαμένου· καὶ ἀεί γε ἐν ταῖς τοῦ πως ἔχειν ἑτερότησι θεωρεῖται. 3 Ἰδίως δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, ὅταν ἀχωρίστῳ συμβεβηκότι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρει. ἀχώριστον δὲ συμβεβηκὸς, οἷον γλαυκότης, ἢ γρυπότης, ἢ σὺλὴ ἐκ τραύματος ἐνσκιῤῥωθεῖσα. 4 Ἰδιαίτατα δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, ὅταν εἰδοποιῷ διαφορᾷ διαλλάττῃ, ὥσπερ ἄνθρωπος ἵππου εἰδοποιῷ διαφορᾷ διενήνοχε τῇ τοῦ λογικοῦ ποιότητι. 5 Καθόλου μὲν οὖν πᾶσα διαφορὰ προσγινομένη τινὶ ἑτεροῖον ποιεῖ· ἀλλ' αἱ μὲν κοινῶς τε καὶ ἰδίως ἀλλοῖον ποιοῦσιν· αἱ δὲ ἰδιαίτατα ἄλλο. 6 Αἱ μὲν οὖν ποιοῦσαι ἄλλο εἰδο-

tero dicitur, quod diversitate distat quomodocunque, respectu sive ad ipsum, sive ad aliud habito. Differt enim Socrates a Platone diversitate quapiam, & ipse a se ipso puero, & viro, & agente aliquid, aut quiescente, semperque diversis modis se habens cernitur. 3 Sensu stricto autem differre alterum ab altero dicitur, quando accidente inseparabili alterum ab altero differt. Accidens autem inseparabile est, ut caesius color, aut nasus aduncus, aut cicatrix e vulnere contracta. 4 Sensu strictissimo differre alterum ab altero dicitur, quando differentia speciem constituente distat, ut homo ab equo differentia distinctus est specifica qualitate rationalis. 5 Omnino quidem omnis differentia, quae alicui adest, *diversum* facit; at quae communiter & stricte discernunt, *alienum* faciunt; quae sensu strictissimo discernunt, *aliud*. 6 Quae faciunt *aliud*, spe-

ποιοὶ κέκληνται· αἱ δὲ ἀλλοῖον ἁπλῶς διαφοραί. τῷ γὰρ ζώῳ προσελθοῦσα ἡ τοῦ λογικοῦ διαφορὰ ἄλλο ἐποίησεν [καὶ εἶδος τοῦ ζώου ἐποίησεν]· ἡ δὲ τοῦ κινεῖσθαι ἀλλοῖον μόνον παρὰ τὸ ἠρεμοῦν ἐποίησεν· ὥστε ἡ μὲν ἄλλο, ἡ δὲ ἀλλοῖον μόνον ἐποίησε. 7 Κατὰ μὲν οὖν τὰς ἄλλο ποιούσας διαφορὰς αἵ τε διαιρέσεις γίνονται τῶν γενῶν εἰς τὰ εἴδη, οἵ τε ὅροι ἀποδίδονται ἐκ γένους ὄντες καὶ τῶν τοιούτων διαφορῶν· κατὰ δὲ τὰς μόνον ἀλλοῖον ποιούσας αἱ ἑτερότητες μόνον συνίστανται, καὶ αἱ τοῦ πῶς ἔχειν μεταβολαί. 8 Ἄνωθεν οὖν πάλιν ἀρχομένῳ ῥητέον, τῶν διαφορῶν τὰς μὲν χωριστὰς εἶναι, τὰς δὲ ἀχωρίστους. τὸ μὲν γὰρ κινεῖσθαι, καὶ τὸ ἠρεμεῖν, καὶ τὸ νοσεῖν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, χωριστά ἐστι· τὸ δὲ γρυπὸν εἶναι, ἢ σιμὸν, ἢ λογικὸν, ἢ ἄλογον, ἀχώριστα. 9 Τῶν δὲ ἀχωρίστων αἱ μὲν ὑπάρχουσι καθ' αὑτὰς·

cificae vocantur; quae *alienum*, ſimpliciter differentiae. Animali enim iuncta rationalis differentia *aliud* efficit, [& ſpeciem animalis efficit]; differentia autem motus *alienum* tantum a quieſcente efficit: quare illa quidem, *aliud*, haec vero, *alienum* tantum facit. 7 Secundum differentias quidem *aliud* facientes diviſiones generum fiunt in ſpecies, & definitiones conſtituuntur ex genere & talibus differentiis petitae. Secundum differentias autem *alienum* tantum facientes, diverſitates ſolum conſtituuntur, & rei habitus mutationes. 8 Rurſus ab initio rem repetendo dicendum eſt, differentiarum alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles. Nam & moveri, & quieſcere, & aegrotare, & valere, & quaecunque his ſimilia, ſeparabilia ſunt. Naſo autem eſſe adunco, & ſimum eſſe, aut rationalem, aut irrationalem, inſeparabilia ſunt. 9 Inſeparabilium vero aliae quidem per ſe

αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκός. τὸ μὲν γὰρ λογικὸν καθ' αὑτὸ ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ τὸ θνητὸν, καὶ τὸ ἐπιστήμης [εἶναι] δεκτικόν· τὸ δὲ γρυπὸν εἶναι, ἢ σιμὸν, κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ οὐ καθ' αὑτό. 10 Αἱ μὲν οὖν καθ' αὑτὸ προσοῦσαι ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, καὶ ποιοῦσιν ἄλλο· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς οὔτε ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, οὔτε ποιοῦσιν ἄλλο, ἀλλὰ ἀλλοῖον. 11 Καὶ αἱ μὲν καθ' αὑτὰς οὐκ ἐπιδέχονται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, κἂν ἀχώριστοι ὦσιν, ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν λαμβάνουσιν. οὔτε γὰρ τὸ γένος μᾶλλον καὶ ἧττον κατηγορεῖται, οὗ ἂν εἴη γένος, οὔτε αἱ τοῦ γένους διαφοραὶ, καθ' ἃς διαιρεῖται. αὗται μὲν γάρ εἰσιν αἱ τὸν ἑκάστου λόγον συμπληροῦσαι· τὸ δὲ εἶναι ἑκάστῳ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, οὔτε ἄνεσιν, οὔτε ἐπίτασιν ἐπιδεχόμενόν ἐστι. τὸ δὲ γρυπὸν ἢ σιμὸν εἶναι, ἢ κεχρῶσθαί πως,

sunt, aliae vero per accidens. Rationale enim per se ineſt homini, & mortale, & ſcientiae capax; at naſo eſſe adunco aut ſimum, per accidens, nec per ſe. 10 Quae quidem per ſe inſunt, in definitione ſubſtantiae aſſumuntur, & faciunt *aliud;* quae ſecundum accidens, nec in definitione ſubſtantiae adhibentur, nec faciunt *aliud*, ſed *alienum*. 11 Porro quae per ſe inſunt, non recipiunt plus & minus; quae per accidens, etiamſi inſeparabiles ſint, intentionem & remiſſionem admittunt. Neque enim genus magis aut minus praedicatur de eo, cuius fuerit genus, neque differentiae generis, ſecundum quas illud dividitur. Hae namque ſunt, quae uniuscuiuſque definitionem complent; eſſentia vero unicuique una & eadem eſt, neque intentionem, neque remiſſionem capit. Adunco autem naſo aut ſimum eſſe, aut quocunque colore tinctum eſſe, & intenditur & re-

καὶ ἐπιτείνεται καὶ ἀνίεται. 12 Τριῶν οὖν εἰδῶν τῆς διαφορᾶς θεωρουμένων, καὶ τῶν μὲν οὐσῶν χωριστῶν, τῶν δὲ ἀχωρίστων· καὶ πάλιν τῶν ἀχωρίστων τῶν μὲν οὐσῶν καθ' αὑτὰς, τῶν δὲ κατὰ συμβεβηκός· πάλιν τῶν καθ' αὑτὰς διαφορῶν αἱ μέν εἰσι, καθ' ἃς διαιροῦμεν τὰ γένη εἰς τὰ εἴδη· αἱ δὲ, καθ' ἃς τὰ διαιρεθέντα εἰδοποιεῖται. οἷον τῶν καθ' αὑτὰς διαφορῶν πασῶν τῶν τοιούτων τοῦ ζώου οὐσῶν, ἐμψύχου τε καὶ αἰσθητικοῦ, λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, θνητοῦ τε καὶ ἀθανάτου· ἡ μὲν τοῦ ἐμψύχου καὶ αἰσθητικοῦ διαφορὰ συστατικὴ ἐστι τῆς τοῦ ζώου οὐσίας. ἔστι γὰρ τὸ ζῶον οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική. ἡ δὲ τοῦ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου διαφορὰ καὶ ἡ τοῦ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου διαιρετικαί εἰσι τοῦ ζώου διαφοραί· δι' αὐτῶν γὰρ τὰ γένη εἰς τὰ εἴδη διαιροῦμεν. 13 Ἀλλ' αὗται αἱ διαιρετικαὶ διαφοραὶ τῶν γενῶν συμπληρωτικαὶ γίνονται καὶ συ-

mittitur. 12 Tres ergo cum ſint ſpecies differentiae conſideratae; & ex his aliae quidem ſint ſeparabiles, aliae inſeparabiles; & rurſus inſeparabilium cum aliae ſint per ſe, aliae ſecundum accidens: iterum differentiarum per ſe aliae ſunt, ſecundum quas genera in ſpecies dividimus, aliae autem, ſecundum quas ſpecierum ratio & natura declaratur. Sic cum omnes eiuſmodi differentiae per ſe ſint animalis, animatum & ſenſu praeditum, rationale & irrationale, mortale & immortale; differentia animati & ſenſu praediti animalis ſubſtantiam conſtituit: eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſu praedita. Differentia vero mortalis & immortalis, rationalis & irrationalis, differentiae ſunt, quae animal dividant: per has enim genera in ſpecies dividimus. 13 Sed ipſae hae differentiae, quae genera dividunt, con-

στατικαὶ τῶν εἰδῶν. τέμνεται γὰρ τὸ ζῶον τῇ τε τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου διαφορᾷ, καὶ πάλιν τῇ τε τοῦ θνητοῦ καὶ τοῦ ἀθανάτου διαφορᾷ. ἀλλ' αἱ μὲν τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ θνητοῦ διαφοραὶ συστατικαὶ γίνονται τοῦ ἀνθρώπου· αἱ δὲ τοῦ λογικοῦ καὶ ἀθανάτου, τοῦ θεοῦ· αἱ δὲ τοῦ θνητοῦ καὶ ἀλόγου τῶν ἀλόγων ζώων. οὕτω δὲ καὶ τῆς ἀνωτάτω οὐσίας διαιρετικῶν οὐσῶν, τῆς τε ἐμψύχου καὶ ἀψύχου διαφορᾶς, καὶ τῆς αἰσθητικῆς τε καὶ ἀναισθήτου· ἡ μὲν ἔμψυχος καὶ αἰσθητικὴ προσληφθεῖσαι τῇ οὐσίᾳ ἀπετέλεσαν τὸ ζῶον· ἡ δὲ ἔμψυχος καὶ ἀναίσθητος ἀπετέλεσαν τὸ φυτόν. 14 Ἐπεὶ οὖν αἱ αὐταὶ, πῶς μὲν ληφθεῖσαι, γίνονται συστατικαί· πῶς δὲ, διαιρετικαί· εἰδοποιοὶ πᾶσαι κέκληνται. 15 Καὶ τούτων γε μάλιστα χρεία εἴς τε τὰς διαιρέσεις τῶν γενῶν, καὶ εἰς τοὺς ὁρισμοὺς, ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀχωρίστων, οὐδ' ἔτι

stituunt & complent ſpecierum naturam. Nam dividitur animal ſecundum rationalis & irrationalis differentiam, & iterum ſecundum mortalis & immortalis differentiam. Verum differentiae rationalis & mortalis conſtituunt hominem; differentiae vero rationalis & immortalis Deum; differentiae denique mortalis & irrationalis bruta animantia. Sic etiam, cum ſupremam ſubſtantiam dividant differentiae animati & inanimati, ſenſu praediti & ſenſu carentis, animatum & ſenſu praeditum adiuncta ſubſtantiae perficiunt animal, animatum autem & ſenſu carens perficiunt plantam. 14 Quoniam igitur eaedem differentiae, hoc modo ſumtae, ſpeciem conſtituunt, alio autem ſumtae, ſpeciem dividunt, omnes dicuntur ſpecificae. 15 Et horum quidem maxime uſus eſt ad diviſiones generum & ad definitiones, nec tamen differentiarum per accidens inſeparabilium, nec magis ſe-

μᾶλλον τῶν χωριστῶν. 16 Ἃς δὴ καὶ ὁριζόμενοι φασί· Διαφορά ἐστιν, ᾗ περισσεύει τὸ εἶδος τοῦ γένους. ὁ γὰρ ἄνθρωπος πλέον ἔχει τοῦ ζώου τὸ λογικὸν καὶ τὸ θνητόν. τὸ γὰρ ζῶον οὔτε οὐδὲν τούτων ἐστίν· (ἐπεὶ πόθεν ἂν τὰ εἴδη σχοῖεν τὰς διαφοράς;) οὔτε δὲ πάσας τὰς ἀντικειμένας ἔχει· (ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ἅμα ἕξει τὰ ἀντικείμενα·) ἀλλ' (ὡς ἀξιοῦσι) δυνάμει μὲν πάσας ἔχει τὰς τῶν ὑφ' αὑτὸ διαφορὰς, ἐνεργείᾳ δὲ οὐδὲ μίαν. καὶ οὕτως οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων τι γίνεται, οὔτε τὰ ἀντικείμενα ἅμα περὶ τὸ αὐτὸ ἔσται. 17 Ὁρίζονται δὲ αὐτὴν καὶ οὕτως· Διαφορά ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορούμενον· τὸ γὰρ λογικὸν καὶ τὸ θνητὸν, τοῦ ἀνθρώπου κατηγορούμενον, ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος λέγεται, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ τί ἐστι. τί μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἐρωτωμένων ἡμῶν, οἰκεῖον εἰπεῖν, ζῶον. ὁποῖον δὲ ζῶον,

parabilium. 16 Quas quidem definientes etiam dicunt: Differentia eſt, qua ſpecies genus ſuperat. Homo enim animal eo ſuperat, quod habet τὸ rationale & mortale. Nam nec animal quidquam illorum eſt; (unde enim ſpecies haberent differentias?) nec omnes oppoſitas differentias habet; (unum enim & idem ſimul haberet ſpecies oppoſitas;) ſed (ut ponunt) facultate quidem omnes habet genus ſub ſe differentias, actu & re ipſa nullam. Et ſic nec ex iis, quae non ſunt, fit quidpiam, nec oppoſitae ſpecies ſimul circa idem erunt. 17 Definiunt vero eam & ſic: Differentia eſt, quod de pluribus & ſpecie differentibus ratione eius, quale quid eſt, praedicatur: nam rationale & mortale, cum de homine praedicetur, ratione eius dicitur, quale quid ſit homo, at non ratione eius, quid ſit. Quid enim ſit homo? interrogantibus nobis, aptum eſt dicere, animal.

πυνθανομένων· ὅτι λογικὸν καὶ θνητὸν, οἰκείως ἀποδώσομεν. τῶν γὰρ πραγμάτων ἐξ ὕλης καὶ εἴδους συνεστώτων; ἢ ἀνάλογόν γε ὕλῃ καὶ εἴδει τὴν σύστασιν ἐχόντων· ὥσπερ ὁ ἀνδριὰς ἐξ ὕλης μὲν, τοῦ χαλκοῦ, εἴδους δὲ, τοῦ σχήματος· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ κοινός τε καὶ εἰδικὸς ἐξ ὕλης μὲν ἀναλόγου συνέστηκε τοῦ γένους, ἐκ μορφῆς δὲ τῆς διαφορᾶς. τὸ δὲ ὅλον τοῦτο, ζῶον λογικὸν θνητὸν, ὁ ἄνθρωπος· ὡς ἐκεῖ ὁ ἀνδριάς. 18 Ὑπογράφουσι δὲ καὶ οὕτω· Διαφορά ἐστι τὸ χωρίζειν πεφυκὸς τὰ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος. τὸ λογικὸν γὰρ καὶ τὸ ἄλογον τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἵππον, ὄντα ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος, τὸ ζῶον, χωρίζει. 19 Ἀποδιδόασι δὲ καὶ οὕτω· Διαφορά ἐστιν, ὅτῳ διαφέρει ἕκαστον· ὁ γὰρ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἵππος κατὰ μὲν τὸ γένος οὐ διενήνοχε· ζῶα γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἵπποι· ἀλλὰ τὸ λογικὸν

Quale vero animal? ſciſcitantibus, quod rationale ſit & mortale, apte reſpondebimus. Res enim cum ex materia conſtent & forma, aut conſtitutionem ad ſimilitudinem materiae & formae habeant; quemadmodum ſtatua e materia conſtat, aere, forma autem, figura: ſic etiam homo communis & ſpecialis ex materia ad ſimilitudinem generis conſtat, ex forma vero ad ſimilitudinem differentiae. Totum autem hoc, animal rationale mortale, homo eſt; quemadmodum illic ſtatua. 18 Deſcribunt & ſic: Differentia eſt, quod comparatum eſt ad ea diſcernenda, quae ſub eodem genere ſunt. Rationale enim & irrationale hominem & equum, quae ſub eodem genere, animali, ſunt, diſcernunt. 19 Explicant vero etiam ſic: Differentia eſt, quo quidque differt; homo enim & equus ratione generis non diſtincta ſunt; animalia nam ſumus & nos & equi; at ra-

προστεθὲν διέστησεν ἡμᾶς ἀπ' ἐκείνων. καὶ λογικοί ἐσμεν καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ θεοί· ἀλλὰ τὸ θνητὸν προστεθὲν διέστησεν ἡμᾶς ἀπ' ἐκείνων. 20 Προσεπεξεργαζόμενοι δὲ τὰ περὶ τῆς διαφορᾶς, μὴ τὸ τυχόν φασι τῶν χωριζόντων τὰ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος εἶναι [τὴν] διαφοράν, ἀλλ' ὅπερ εἰς τὸ εἶναι συμβάλλεται, καὶ εἰς τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ὃ τοῦ πράγματός ἐστι μέρος. οὐ γὰρ τὸ πεφυκέναι πλεῖν διαφορά ἐστιν ἀνθρώπου, εἰ καὶ ἴδιον ἀνθρώπου. εἴποιμεν γὰρ ἂν τῶν ζώων τὰ μὲν πλεῖν πεφυκέναι, τὰ δὲ μή, χωρίζοντες τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῶν ἄλλων. ἀλλὰ τὸ πεφυκέναι πλεῖν οὐκ ἦν συμπληρωτικὸν τῆς οὐσίας, οὐδὲ μέρος αὐτῆς, ἀλλ' ἐπιτηδειότης μόνον αὐτῆς, διὰ τὸ μὴ εἶναι διαφορὰν, οἵαι αἱ εἰδοποιοὶ λεγόμεναι διαφοραί. εἶεν οὖν ἂν εἰδοποιοὶ διαφοραὶ, ὅσαι ἕτερον εἶδος ποιοῦσι, καὶ ὅσαι ἐν τῷ

tionale additum distinguit nos ab illis. Et rationales sumus & nos & Dii; verum mortale additum distinguit nos ab illis. 20 Qui autem diligentius adhuc de differentia agunt, non qualecunque dicunt discrimen rerum, quae sub eodem genere sunt, esse differentiam, sed tale, quod ad essentiam rei conducat, & ad essentiae definitionem, & quod rei pars sit. Nec enim posse navigare differentia est hominis, quamvis proprium hominis sit. Diceremus enim forte, animalium alia navigare posse, alia vero non, separato homine a ceteris animalibus. Sed posse navigare nec essentiam complet, nec est pars eius, sed tantum aptitudo quaedam eius, quoniam differentia haec non talis est, quales sunt differentiae specificae dictae. Fuerint ergo differentiae specificae, quotquot diversam speciem faciunt, & quot-

τί ἦν εἶναι παραλαμβάνονται. 21 Καὶ περὶ μὲν διαφορᾶς ἀρκεῖ τοσαῦτα.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΙΔΙΟΥ.

Τὸ δὲ ἴδιον διαιροῦσι τετραχῶς. 2 Καὶ γὰρ ὃ μόνῳ τινὶ εἴδει συμβέβηκεν, εἰ καὶ μὴ παντὶ, ὡς ἀνθρώπῳ τὸ ἰατρεύειν, ἢ τὸ γεωμετρεῖν. 3 Καὶ ὃ παντὶ συμβέβηκε τῷ εἴδει, εἰ καὶ μὴ μόνῳ, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ τὸ εἶναι δίποδι. 4 Καὶ ὃ μόνῳ καὶ παντὶ καὶ ποτὲ, ὡς ἀνθρώπῳ παντὶ τὸ ἐν γήρᾳ πολιοῦσθαι. 5 Τέταρτον δὲ, ἐφ' οὗ συνδεδράμηκε καὶ τὸ μόνῳ, καὶ παντὶ, καὶ ἀεὶ, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικόν. κἂν γὰρ μὴ γελᾷ ἀεὶ, ἀλλὰ γελαστικὸν λέγεται, οὐ τῷ γελᾶν ἀεὶ, ἀλλὰ τῷ γελᾶν πεφυκέναι· τοῦτο δὲ ἀεὶ αὐτῷ σύμφυτον

quot ad eſſentiae definitionem aſſumuntur. 21 Et de differentia quidem haec ſufficiunt.

CAP. IV.

De proprio.

Proprium vero dividunt quadrifariam. 2 Etenim (proprium dicitur), quod ſoli alicui ſpeciei accidit, etſi non omni, ut homini mederi, aut geometrice metiri; 3 Et quod omni accidit ſpeciei, etſi non ſoli, ut homini eſſe bipedem; 4 Et quod ſoli, & omni, & aliquando accidit, ut homini omni in ſenectute caneſcere; 5 Quartum vero, ad quod concurrunt, & omni, & ſoli, & ſemper, ut homini aptum eſſe ad ridendum. Etiamſi enim non rideat ſemper, attamen aptum ad ridendum dicitur, non quod ſemper rideat, ſed quod aptum ad ridendum natum ſit: nam hoc illi ſemper

ὑπάρχει, ὡς καὶ τῷ ἵππῳ τὸ χρεμετιστικόν. 6 Ταῦτα δὲ καὶ κυρίως ἴδιά φασιν, ὅτι ἀντιστρέφει. εἴ τι γὰρ ἵππος, χρεμετιστικόν· καὶ εἴ τι χρεμετιστικὸν, ἵππος.

ΚΕΦ. ε΄.

ΠΕΡΙ ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΤΟΣ.

Συμβεβηκὸς δέ ἐστιν, ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. 2 Διαιρεῖται δὲ εἰς δύο. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ χωριστόν ἐστι· τὸ δὲ ἀχώριστον. τὸ μὲν οὖν καθεύδειν χωριστόν ἐστι συμβεβηκός· τὸ δὲ μέλαν εἶναι ἀχωρίστως τῷ κόρακι καὶ τῷ Αἰθίοπι συμβέβηκε. δύναται δὲ ἐπινοηθῆναι καὶ κόραξ λευκὸς, καὶ Αἰθίοψ ἀποβαλὼν τὴν χροιὰν, χωρὶς φθορᾶς τοῦ ὑποκειμένου. 3 Ὁρίζονται δὲ καὶ οὕτω· Συμβεβηκός ἐστιν, ὃ ἐνδέχεται τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν, καὶ μὴ ὑπάρχειν· 4

natura inſitum eſt, ut etiam equo aptum eſſe ad hinniendum. 6 Haec vero etiam praecipue propria dicunt, quia reciprocantur: ſi quid enim equus eſt, & hinniens eſt; & ſi quid hinniens, equus.

CAP. V.

De accidente.

Accidens vero eſt, quod adeſt & abeſt ſine ſubiecti ipſius corruptione. 2 Duplex autem eſt, aliud ſeparabile, aliud inſeparabile. Dormire quidem, ſeparabile & accidens; nigrum autem eſſe, inſeparabiliter corvo & Aethiopi accidit. Poteſt tamen cogitari & corvus albus, & Aethiops abiecto colore, ſine corruptione ſubiecti. 3 Definiunt & ſic: Accidens eſt, quod contingit eidem

καὶ Ὃ οὔτε γένος ἐστὶν, οὔτε διαφορὰ, οὔτε εἶδος, οὔτε ἴδιον, ἀεὶ δέ ἐστιν ἐν ὑποκειμένῳ ὑφιστάμενον.

ΚΕΦ. στ'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΩΝ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΦΩΝΩΝ.

Ἀφορισθέντων δὲ πάντων τῶν προτεθέντων, λέγω δὴ γένους, εἴδους, διαφορᾶς, ἰδίου, συμβεβηκότος, ῥητέον, τίνα τε κοινὰ πρόσεστιν αὐτοῖς, καὶ τίνα ἴδια. 2 Κοινὸν μὲν οὖν ἁπάντων τὸ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖσθαι, ὡς εἴρηται. 3 Ἀλλὰ τὸ μὲν γένος τῶν ὑπ' αὐτὸ εἰδῶν, καὶ ἀτόμων· καὶ ἡ διαφορὰ ὡσαύτως· τὸ δὲ εἶδος τῶν ὑπ' αὐτὸ ἀτόμων· τὸ δὲ ἴδιον τοῦ τε εἴδους, οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων· τὸ

ineſſe, & non ineſſe; 4 Et: Quod neque genus eſt, neque differentia, nec ſpecies, nec proprium, ſemper autem in (*aliquo*) ſubiecto inhaeret.

CAP. VI.

De communitatibus & differentiis quinque vocum.

Definitis vero omnibus nobis propoſitis, dico autem genere, ſpecie, differentia, proprio & accidente, dicendum eſt, quaenam communia illis ſint, & quae propria. 2 Commune quidem omnibus, quod de pluribus praedicentur, ut dictum eſt. 3 Verum genus (*praedicatur*) de ſpeciebus & individuis ſub ipſo, & differentia ſimiliter; ſpecies vero de individuis ſub ipſa; proprium vero & de ſpecie, cuius eſt proprium, & de individuis

δὲ συμβεβηκὸς καὶ εἰδῶν καὶ ἀτόμων. τό τε γὰρ ζῶον ἵππου τε καὶ βοὸς κατηγορεῖται, εἰδῶν ὄντων· καὶ τοῦδε τοῦ ἵππου, καὶ τοῦδε τοῦ βοὸς, ἀτόμων ὄντων. τὸ δὲ ἄλογον ἵππου καὶ βοὸς κατηγορεῖται, καὶ τῶν κατὰ μέρος. τὸ μέντοι εἶδος, οἷον ὁ ἄνθρωπος, τῶν κατὰ μέρος μόνων κατηγορεῖται. τὸ δὲ ἴδιον τοῦτε εἴδους, οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων· οἷον τὸ γελαστικὸν καὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῶν κατὰ μέρος· τὸ δὲ μέλαν τοῦ τε εἴδους τῶν κοράκων, καὶ τῶν κατὰ μέρος, συμβεβηκὸς ὂν ἀχώριστον· καὶ τὸ κινεῖσθαι ἀνθρώπου τε καὶ ἵππου, χωριστὸν ὂν συμβεβηκός. ἀλλὰ προηγουμένως μὲν τῶν ἀτόμων· κατὰ δεύτερον δὲ λόγον καὶ τῶν περιεχόντων τὰ ἄτομα.

ſub illa ſpecie; accidens vero & de ſpeciebus & de individuis. Animal enim de equo & bove praedicatur, ut de ſpeciebus, & de *hoc* equo & de *hoc* bove, tanquam individuis. Irrationale porro de equo & bove praedicatur & de ſingulis. Species autem, ut homo, de individuis tantum praedicatur. Proprium vero & de ſpecie, cuius eſt proprium, & de individuis ſub illa ſpecie; velut aptum ad ridendum & de homine & de ſingulis hominibus; nigrum vero & de ſpecie corvorum, & de ſingulis corvis, cum ſit accidens inſeparabile; & moveri de homine & equo, ut accidens ſeparabile. Verum praecipue (*praedicatur proprium*) de individuis; ſecundaria autem ratione & de iis, ſub quibus individua comprehenduntur.

ΚΕΦ. ζ'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ.

Κοινὸν δὲ γένους καὶ διαφορᾶς τὸ περιεκτικὸν τῶν εἰδῶν. περιέχει γὰρ καὶ ἡ διαφορὰ εἴδη, εἰ καὶ μὴ πάντα, ὅσα τὰ γένη. τὸ γὰρ λογικὸν, εἰ καὶ μὴ περιέχει τὰ ἄλογα, ὥσπερ τὸ ζῷον, ἀλλὰ περιέχει ἄνθρωπον καὶ θεόν, ἅπερ ἐστὶν εἴδη. 2 Ὅσα τε κατηγορεῖται τοῦ γένους, ὡς γένους, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸ εἰδῶν κατηγορεῖται· ὅσα τε τῆς διαφορᾶς, ὡς διαφορᾶς, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς εἴδους κατηγορηθήσεται. γένους τε γὰρ ὄντος τοῦ ζώου, ὡς γένους κατηγορεῖται ἡ οὐσία, καὶ τὸ ἔμψυχον, καὶ τὸ αἰσθητικόν· ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τὸ ζῷον εἰδῶν πάντων κατηγορεῖται ταῦτα,

CAP. VII.

De convenientia & discrimine generis & differentiae.

Commune vero est generi & differentiae, quod utraque species sub se continent. Nam & differentia continet species, quamvis non omnes, quot quidem genera continent. Rationale enim, etiamsi non comprehendit irrationalia, quemadmodum animal, tamen comprehendit hominem & Deum, quae species sunt. 2 Quaecunque etiam praedicantur de genere, ut genere, ea & de speciebus sub ipso praedicantur; & quaecunque de differentia, ut differentia, praedicantur, ea etiam de specie praedicabuntur, quae a differentia oritur. Nam cum genus sit animal, ut de genere praedicatur substantia, & animatum, & sensibile; sed & de speciebus sub animale omnibus praedicantur haec, usque ad individua.

ἄχρι καὶ τῶν ἀτόμων. διαφορᾶς τε οὔσης τοῦ λογικοῦ, κατηγορεῖται, ὡς διαφορᾶς, τὸ λόγῳ χρῆσθαι· οὐ μόνον δὲ τοῦ λογικοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τὸ λογικὸν εἰδῶν κατηγορηθήσεται τὸ λόγῳ χρῆσθαι. 3 Κοινὸν δὲ καὶ τὸ, ἀναιρεθέντος τοῦ γένους, ἢ τῆς διαφορᾶς, συναναιρεῖσθαι καὶ τὰ ὑπ' αὐτά. ὡς γὰρ, μὴ ὄντος ζώου, οὐκ ἔστιν ἵππος, οὐδὲ ἄνθρωπος· οὕτω, μὴ ὄντος λογικοῦ, οὐδὲν ἔσται ζῶον τὸ λόγῳ χρώμενον. 4 Ἴδιον δὲ τοῦ γένους τὸ ἐπὶ πλειόνων κατηγορεῖσθαι, ἥπερ ἡ διαφορὰ, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τὸ συμβεβηκός. τὸ μὲν γὰρ ζῶον ἐπ' ἀνθρώπου, καὶ ἵππου, καὶ ὀρνέου, καὶ ὄφεως· τὸ δὲ τετράπουν ἐπὶ μόνων τῶν τέτταρας πόδας ἐχόντων· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπὶ μόνων τῶν ἀτόμων· καὶ τὸ χρεμετιστικὸν ἐπὶ τοῦ ἵππου μόνου, καὶ τῶν κατὰ μέρος. καὶ τὸ συμβεβηκὸς ὁμοίως ἐπ' ἐλαττόνων. δεῖ δὲ διαφορὰς λαμβάνειν, αἷς

Et cum differentia ſit, Rationale, praedicatur de eo, ut differentia, uti ratione; non ſolum vero de Rationali, ſed & de ſpeciebus ſub Rationali praedicabitur, uti ratione. 3 Commune vero & hoc, quod ſublato genere aut differentia, ſimul tolluntur & ea, quae ſub ipſis ſunt. Quemadmodum enim, ſi animal non ſit, non eſt equus nec homo; ita ſi non ſit rationale, nullum erit animal ratione utens. 4 Proprium vero generis eſt, quod illud de pluribus praedicetur, quam differentia, aut ſpecies, aut proprium, aut accidens. Animal enim de homine, & equo, & ave, & ſerpente (*dicitur*); quadrupes vero de ſolis quatuor pedes habentibus; homo vero de ſolis individuis; & hinniens de equo tantum & de ſingulis equis. Et accidens ſimiliter de paucioribus praedicatur. Oportet autem differentias ſu-

τέμνεται τὸ γένος, οὐ τὰς συμπληρωτικὰς τῆς οὐσίας τοῦ γένους, ἀλλὰ τὰς διαιρετικάς. 5 Ἔτι τὸ γένος περιέχει τὴν διαφορὰν δυνάμει· τοῦ γὰρ ζώου τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον. αἱ δὲ διαφοραὶ οὐ περιέχουσι τὰ γένη. 6 Ἔτι τὰ μὲν γένη πρότερα τῶν ὑπ' αὐτὰ διαφορῶν. 7 Διὸ συναναιρεῖ μὲν αὐτὰς, οὐ συναναιρεῖται δὲ ὑπ' αὐτῶν. ἀναιρεθέντος γὰρ τοῦ ζώου, συναναιρεῖται τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον. αἱ δὲ διαφοραὶ οὐκέτι συναναιροῦσι τὸ γένος· κἂν γὰρ πᾶσαι ἀναιρεθῶσιν, οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ ἐπινοεῖται, ἥτις ἦν τὸ ζῶον. 8 Ἔτι τὸ μὲν γένος ἐν τῷ τί ἐστιν, ἡ δὲ διαφορὰ ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστι, ὡς εἴρηται, κατηγορεῖται. 9 Ἔτι γένος μὲν ἓν καθ' ἕκαστον εἶδος· οἷον ἀνθρώπου [γένος] τὸ ζῶον· διαφοραὶ δὲ πλείους· οἷον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, αἷς τῶν ἄλλων ζώων διαφέ-

mere eas, quibus genus *dividitur*, non illas, quae eſſentiam generis complent, ſed diviſorias. 5 Praeterea genus continet differentiam *potentiâ;* animal enim aliud rationale, aliud irrationale. Differentiae autem non continent genera. 6 Porro genera priora ſunt differentiis ſub ipſis comprehenſis. 7 Quare ſimul tollunt differentias, non autem ſimul tolluntur cum ipſis. Sublato enim animali, tollitur ſimul rationale & irrationale. Differentiae vero non iterum ſimul tollunt genus: nam ſublatis vel omnibus, ſubſtantia animata ſenſibilis mente cogitatur, qualis erat animal. 8 Praeterea genus ratione eius, quid eſt; differentia, ratione eius, quale quid eſt, praedicatur, ut diximus. 9 Inſuper genus quidem unum uniuſcuiuſque ſpeciei, ut hominis, animal; differentiae vero plures, velut rationale, mortale, intellectus & ſcientiae capax, quibus (*differentiis*) ab aliis

ρει. 10 Καὶ τὸ μὲν γένος ἔοικεν ὕλῃ, μορφῇ δὲ ἡ διαφορά. 11 Προσόντων δὲ καὶ ἄλλων κοινῶν τε καὶ ἰδίων τῷ γένει καὶ τῇ διαφορᾷ, ἀρκεῖ τοσαῦτα.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΕΙΔΟΥΣ.

Γένος δὲ καὶ εἶδος κοινὸν μὲν ἔχουσι τὸ κατὰ πλειόνων [ὡς εἴρηται] κατηγορεῖσθαι. εἰλήφθω δὲ τὸ εἶδος, ὡς εἶδος μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὡς γένος, ἅνπερ ᾖ τὸ αὐτὸ καὶ εἶδος καὶ γένος. 2 Κοινὸν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ πρότερα εἶναι, ὧν κατηγορεῖται, καὶ τὸ ὅλον τι εἶναι ἑκάτερον. 3 Διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ μὲν γένος περιέχει τὰ εἴδη, τὰ δὲ εἴδη περιέχεται, καὶ οὐ περιέχει τα γένη. 4 Ἐπὶ πλειόνων γὰρ τὸ γένος τοῦ εἴδους κατηγορεῖται. 5 Ἔτι τὰ γένη προϋποκεῖσθαι δεῖ, καὶ διαμορφω-

animalibus discernitur. 10 Et genus quidem materiae respondet, formae autem differentia. 11 Cum vero & alia sint generi ac differentiae communia, & seorsim utrique propria, haec sufficiunt.

CAP. VIII.

De convenientia & discrimine generis & speciei.

Genus autem & species commune quidem habent, quod de pluribus [ut dictum est] praedicentur. Accipiatur vero species, ut species tantum, at non etiam ut genus, si forte idem sit & species & genus. 2 Commune porro etiam illis, quod priora sunt his, de quibus praedicantur, & quod utrumque totum quid est. 3 Differunt autem, quod genus continet species, species vero continentur, nec continent genera. 4 Nam de pluribus genus praedicatur, quam species. 5 Praeterea genera de-

θέντα ταῖς εἰδοποιοῖς διαφοραῖς ἀποτελεῖν τὰ εἴδη· ὅθεν καὶ πρότερα τῇ φύσει τὰ γένη· 6 Καὶ συναναιροῦντα, ἀλλ' οὐ συναναιρούμενα. εἴδους μὲν γὰρ ὄντος, πάντως ἐστὶ καὶ γένος· γένους δὲ ὄντος, οὐ πάντως ἐστὶν εἶδος. 7 Καὶ τὰ μὲν γένη συνωνύμως κατηγορεῖται τῶν ὑφ' αὑτὰ εἰδῶν· τὰ δὲ εἴδη τῶν γενῶν οὐκέτι. 8 Ἔτι τὰ μὲν γένη πλεονάζει τῇ τῶν ὑπ' αὐτὰ εἰδῶν περιοχῇ· τὰ δὲ εἴδη τῶν γενῶν πλεονάζει ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς. 9 Ἔτι οὔτε τὸ εἶδος γένοιτ' ἂν γενικώτατον· οὔτε τὸ γένος εἰδικώτατον.

ΚΕΦ. Θ'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΙΔΙΟΥ.

Γένους δὲ καὶ ἰδίου κοινὸν μὲν τὸ ἕπεσθαι τοῖς εἴδεσιν. εἴ [τι] γὰρ ἄνθρωπος, ζῶον, καὶ εἴ [τι] ἄνθρω-

bent prius ſupponi, & efformata differentiis ſpecificis perficere ſpecies, unde etiam genera natura priora ſunt; 6 Et ſimul tollunt, non autem ſimul tolluntur. Nam ſi ſpecies eſt, omnino & genus eſt; genus autem ſi eſt, non omnino ſpecies eſt. 7 Et genera quidem univoce praedicantur de ſpeciebus ſub ipſis; ſpecies vero de generibus non item. 8 Porro genera abundant ſpeciebus, quas ſub ſe continent; ſpecies vero ſupra genera abundant differentiis propriis. 9 Denique nec ſpecies unquam fuerit generaliſſima, nec genus ſpecialiſſimum.

CAP. IX.

De convenientia & diſcrimine generis & proprii.

Generi & Proprio commune quidem eſt, quod ſpecies ſequantur. Si [quid] enim homo (*eſt*), (*etiam*) animal (*eſt*), & ſi [quid] homo (*eſt*), (*etiam*) aptum

πος, γελαστικόν. 2 Καὶ τὸ ἐπίσης κατηγορεῖσθαι τὸ γένος τῶν εἰδῶν, καὶ τὸ ἴδιον τῶν αὐτοῦ μετεχόντων ἀτόμων. ἐπίσης γὰρ [καὶ] ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς, ζῶον· καὶ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος, γελαστικόν. 3 Κοινὸν δὲ καὶ τὸ συνωνύμως κατηγορεῖσθαι τὸ γένος τῶν οἰκείων εἰδῶν, καὶ τὸ ἴδιον, ὧν ἂν εἴη ἴδιον. 4 Διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ μὲν γένος πρότερον, ὕστερον δὲ τὸ ἴδιον. δεῖ γὰρ εἶναι ζῶον, εἶτα διαιρεῖσθαι διαφοραῖς καὶ ἰδίοις. 5 Καὶ τὸ μὲν γένος κατὰ πλειόνων εἰδῶν κατηγορεῖται· τὸ δὲ ἴδιον ἑνὸς εἴδους τινὸς, οὗ ἐστιν ἴδιον. 6 Ἔτι τὸ μὲν ἴδιον ἀντικατηγορεῖται, οὗ ἐστιν ἴδιον· τὸ δὲ γένος οὐδενὸς ἀντικατηγορεῖται. οὔτε γὰρ, εἴ τι ζῶον, ἄνθρωπος· οὔτε, εἴ τι ζῶον, γελαστικόν· εἴ τι δὲ ἄνθρωπος, γελαστικόν· καὶ ἔμπαλιν. 7 Ἔτι τὸ μὲν ἴδιον παντὶ τῷ εἴδει ὑπάρχει,

ad ridendum (*eſt*). 2 Et quod aequaliter genus praedicatur de ſpeciebus, & proprium de individuis illud participantibus. Aeque enim homo & bos, animal; & Anytus ac Melitus, aptum ad ridendum. 3 Commune porro, quod univoce praedicantur, genus de propriis ſpeciebus, & proprium de illis, quorum fuerit proprium. 4 Differunt autem, quod genus quidem prius, poſterius autem proprium eſt. Oportet enim eſſe animal, priuſquam diſcernatur differentiis & propriis. 5 Et genus de pluribus ſpeciebus praedicatur; proprium vero de una aliqua ſpecie, cuius eſt proprium. 6 Praeterea proprium reciprocatur cum eo, cuius eſt proprium; genus autem cum nullo reciprocatur. Neque enim, ſi animal, etiam homo eſt; neque, ſi animal, etiam aptum ad ridendum. Si vero homo, eſt etiam aptum ad ridendum, & vice verſa. 7 Inſuper proprium

οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ μόνῳ, καὶ ἀεί· τὸ δὲ γένος παντὶ μὲν τῷ εἴδει, οὗ ἂν ᾖ γένος, καὶ ἀεὶ, οὐ μέντοι καὶ μόνῳ. 8 Ἔτι τὰ μὲν ἴδια ἀναιρούμενα οὐ συναναιρεῖ τὰ γένη· τὰ δὲ γένη ἀναιρούμενα συναναιρεῖ τὰ εἴδη, ὧν ἐστιν ἴδια· ὥστε καὶ, ὧν ἐστιν ἴδια, ἀναιρουμένων, καὶ αὐτὰ συναναιρεῖται.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΤΟΣ.

Vid. cap. II, par. 9, & cap. VI, par. 2 & 3.

Γένους δὲ καὶ συμβεβηκότος κοινὸν τὸ κατὰ πλειόνων (ὡς εἴρηται) κατηγορεῖσθαι, ἄν τε τῶν χωριστῶν ᾖ, ἄν τε τῶν ἀχωρίστων. καὶ γὰρ καὶ τὸ κινεῖσθαι κατὰ πλειόνων· καὶ τὸ μέλαν κατὰ κοράκων, καὶ Αἰθιόπων, καί τινων ἀψύχων. 2 Διαφέρει δὲ τὸ

omni ſpeciei ineſt, cuius eſt proprium, & ſoli, & ſemper; genus vero omni quidem ſpeciei, cuius ſit genus, & ſemper, at non etiam ſoli. 8 Denique propria ſublata non ſimul tollunt genera, genera autem ſublata una tollunt ſpecies, quibus propria ſunt; adeo ut, ſublatis illis, quibus propria ſunt, & ipſa tollantur.

CAP. X.

De convenientia & diſcrimine generis & accidentis.

Generi vero & accidenti commune eſt, quod de pluribus (ut diximus) praedicantur, ſive (*accidentia*) ſeparabilia ſint, ſive inſeparabilia. Nam & moveri de pluribus (*praedicatur*); & nigrum de corvis, de Aethiopibus, & nonnullis inanimatis. 2 Differt autem genus

γένος τοῦ συμβεβηκότος, ὅτι τὸ μὲν γένος πρὸ τῶν εἰδῶν· τὰ δὲ συμβεβηκότα τῶν εἰδῶν ὕστερα· κἂν γὰρ ἀχώριστον λαμβάνηται συμβεβηκὸς, ἀλλ' οὖν πρότερόν ἐστι τὸ, ᾧ συμβέβηκε, τοῦ συμβεβηκότος. 3 Καὶ τοῦ μὲν γένους ἐπίσης τὰ μετέχοντα μετέχει· τοῦ δὲ συμβεβηκότος οὐκ ἐπίσης. ἐπίτασιν γὰρ καὶ ἄνεσιν ἐπιδέχεται ἡ τῶν συμβεβηκότων μέθεξις· ἡ δὲ τῶν γενῶν οὐκέτι. 4 Καὶ τὰ μὲν συμβεβηκότα ἐπὶ τῶν ἀτόμων προηγουμένως ὑφίσταται· τὰ δὲ γένη καὶ τὰ εἴδη φύσει πρότερα τῶν ἀτόμων οὐσιῶν. 5 Καὶ τὰ μὲν γένη ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται τῶν ὑπ' αὐτά· τὰ δὲ συμβεβηκότα ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν, ἢ πῶς ἔχον ἕκαστον. ὁποῖος γὰρ Αἰθίοψ, ἐρωτηθεὶς, ἐρεῖς, ὅτι μέλας· ἢ πῶς ἔχει Σωκράτης, ἐρεῖς, ὅτι νοσεῖ, ἢ ὑγιαίνει.

ab accidente, quod genus prius eſt ſpeciebus; accidentia vero ſpeciebus poſteriora; etiamſi enim inſeparabile ſumatur accidens, tamen id, cui accidit, prius eſt accidente. 3 Et genus quidem quae participant, ea aequaliter participant, accidens autem non aequaliter. Intenſionem & remiſſionem recipit accidentium ſuſceptio, generum vero non item. 4 Et accidentia circa individua praecipue ſubſiſtunt; genera vero & ſpecies *naturâ* ſunt priora individuis ſubſtantiis. 5 Et genera ratione eius, quid eſt, praedicantur de iis, quae ſub ipſis ſunt; accidentia vero ratione eius, quale quid eſt, aut *quomodo* ſe res quaeque habeat. Qualis enim Aethiops, interrogatus, dices, quod niger eſt; aut quomodo ſe habeat Socrates, dices, quod aegrotat aut valet.

ΚΕΦ. ια'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΕΙΔΟΥΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ.

Τὸ μὲν οὖν γένος ᾗ τῶν ἄλλων τεττάρων διαφέρει, εἴρηται. συμβέβηκε δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον διαφέρειν τῶν τεττάρων· ὥστε πέντε μὲν ὄντων, ἑνὸς δὲ ἑκάστου τῶν τεττάρων διαφέροντος, τετράκις τὰ πέντε, εἴκοσι γίνεσθαι διαφορὰς τὰς πάσας. 2 Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. ἀλλ' ἀεὶ τῶν ἐφεξῆς καταριθμουμένων, καὶ τῶν μὲν δύο μιᾷ λειπομένων διαφορᾷ, διὰ τὸ ἤδη εἰλῆφθαι, τῶν δὲ τριῶν δυσὶ, τῶν δὲ τεττάρων τρισὶ, τῶν δὲ πέντε τέτρασι, δέκα αἱ πᾶσαι γίνονται διαφοραὶ, τέτταρες, τρεῖς, δύο, μία. τὸ μὲν γὰρ γένος ᾗ διαφέρει τῆς διαφορᾶς, καὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ ἰδίου, καὶ τοῦ συμβεβηκότος, εἴρηται· τέσσαρες οὖν αἱ διαφοραί. ἡ διαφορὰ

CAP. XI.

De convenientia & discrimine speciei & differentiae.

Genus igitur quomodo a reliquis quatuor differat, dictum est. Accidit autem, ut & reliquorum unumquodque differat a reliquis quatuor: quare cum quinque sint (*praedicabilia*), unumquodque autem a reliquis differat, illa quinque quater sumta, viginti omnino efficerent differentias. 2 At ita se res non habet. Verum semper deinceps numerata (*praedicabilia*), cum duo quidem una deficiant distinctione, quod illa iam sumta fuerint, tria vero duplici, quatuor autem tribus, quinque autem quatuor (*distinctionibus deficiant*), decem omnino exsistunt distinctiones, quatuor, tres, duae, una. Genus enim quomodo differat a differentia, specie, proprio & accidente, dictum est: quatuor igitur differentiae hae

δὲ πῇ μὲν διενήνοχε τοῦ γένους, εἴρηται, ὅτε, πῇ διαφέρει τὸ γένος αὐτῆς, ἐρρέθη. λοιπὸν δὲ, πῇ διαφέρει τοῦ εἴδους καὶ τοῦ ἰδίου καὶ τοῦ συμβεβηκότος, ῥηθήσεται· καὶ γίνονται τρεῖς. πάλιν τὸ εἶδος πῇ μὲν διαφέρει τῆς διαφορᾶς, ἐρρέθη, ὅτε, πῇ διαφέρει ἡ διαφορὰ τοῦ εἴδους, ἐλέγετο. πῇ δὲ διαφέρει τὸ εἶδος τοῦ γένους, ἐρρέθη, ὅτε, πῇ διαφέρει τὸ γένος τοῦ εἴδους, ἐλέγετο. λοιπὸν οὖν, πῇ διαφέρει τὸ εἶδος τοῦ ἰδίου, καὶ τοῦ συμβεβηκότος, ῥηθήσεται. δύο οὖν καὶ αὗται αἱ διαφοραί. τὸ δὲ ἴδιον πῇ διαφέρει τοῦ συμβεβηκότος, καταληφθήσεται. πῇ γὰρ τοῦ εἴδους καὶ τῆς διαφορᾶς καὶ τοῦ γένους διαφέρει, προειρημένον ἐστὶν ἐν τῇ ἐκείνων πρὸς αὐτὰ διαφορᾷ. τεσσάρων οὖν λαμβανομένων τοῦ γένους πρὸς τὰ ἄλλα διαφορῶν, τριῶν δὲ τῆς διαφορᾶς, δύο δὲ τοῦ εἴδους, μιᾶς δὲ τοῦ ἰδίου πρὸς τὸ συμβεβηκὸς, δέκα ἔσονται

sunt. Differentia autem quomodo a genere differat, dictum est, quando, quomodo genus ab ea discerneretur, indicatum fuit. Reliquum ergo, quomodo differat a specie, proprio & accidente, dicetur; & fiunt distinctiones tres. Rursus quomodo differat species a differentia, dictum est, quando, quomodo differret differentia a specie, indicabatur. Quomodo autem a genere differret species, tum dictum, cum, a specie quomodo genus differret, explicaretur. Restat igitur, ut quomodo species a proprio & accidente distet, dicatur. Duae itaque hae sunt differentiae. Proprium vero quomodo differat ab accidente, declarabitur. Nam quomodo a specie & differentia & genere differat, ante dictum est, ubi illa inter se discerneremus. Quatuor ergo cum notata sint generis ad reliqua discrimina, tria vero differentiae, duo autem speciei, una autem pro-

[αἱ πᾶσαι], ὧν τὰς τέσσαρας, αἳ ἦσαν τοῦ γένους πρὸς τὰ ἄλλα, Φθάσαντες ἀπέδειξαμεν.

Cap. XII ed. Casaub.

3 Κοινὸν τοίνυν τῆς διαφορᾶς καὶ τοῦ εἴδους τὸ ἐπίσης μετέχεσθαι· ἀνθρώπου τε γὰρ ἐπίσης μετέχουσιν οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι, καὶ τῆς τοῦ λογικοῦ διαφορᾶς. 4 Κοινὸν δὲ καὶ τὸ ἀεὶ παρεῖναι τοῖς μετέχουσιν· ἀεὶ γὰρ Σωκράτης λογικός· καὶ ἀεὶ [Σωκράτης] ἄνθρωπος. 5 Ἴδιον δὲ διαφορᾶς μὲν τὸ ἐν τῷ ἀποίόν τί ἐστι κατηγορεῖσθαι· εἴδους δὲ τὸ ἐν τῷ τί ἐστι. κἂν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὡς ποιόν τι λαμβάνηται, οὐχ ἁπλῶς ἂν εἴη ποιὸν, ἀλλὰ καθὸ τῷ γένει προσελθοῦσαι αἱ διαφοραὶ ὑπέστησαν αὐτόν. 6 Ἔτι ἡ μὲν διαφορὰ ἐπὶ πλειόνων πολλακις εἰδῶν θεωρεῖται, ὡς τὸ τετράπουν ἐπὶ πλείστων ζώων διαφερόντων τῷ εἴδει· τὸ δὲ εἶδος ἐπὶ μόνων τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων ἐστίν. 7 Ἔτι ἡ μὲν διαφορὰ

prii ad accidens, decem erunt [omnino], e quibus quatuor, quae erant generis ad reliqua, iam ante demonstravimus.

3 Commune igitur differentiae & speciei, quod aequaliter (*quae sub ipsis sunt*) eorum participant: hominis enim aequaliter participant singuli homines, & differentiae ex Rationali. 4 Commune porro, quod semper adsunt participantibus; semper enim Socrates rationalis est; & semper [Socrates] homo. 5 Proprium autem differentiae est, quod ea ratione, quale quid est, praedicatur; speciei autem, quod ratione quid est. Nam etiamsi homo ut quale quid sumatur, tamen non fuerit simpliciter quale, sed quatenus generi accedentes differentiae eum constituunt. 6 Porro differentia in pluribus saepe speciebus conspicitur, ut quadrupes in plurimis animalibus specie differentibus; species vero in iis tantum individuis, quae sub specie sunt. 7 Insuper

προτέρα τοῦ κατ' αὐτὴν εἴδους. συναναιρεῖ γὰρ τὸ λογικὸν ἀναιρεθὲν τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀναιρεθεὶς οὐκ ἀνῄρηκε τὸ λογικὸν, ὄντος τοῦ θεοῦ. 8 Ἔτι διαφορὰ μὲν συντίθεται μετ' ἄλλης διαφορᾶς. (τὸ λογικὸν γὰρ καὶ θνητὸν συνετέθη εἰς ὑπόστασιν τοῦ ἀνθρώπου·) εἶδος δὲ μετὰ εἴδους οὐ συντίθεται, ὥστε ἀπογεννῆσαι ἄλλο τι εἶδος. τὶς μὲν γὰρ ἵππος τινὶ ὄνῳ σύνεισιν εἰς ἡμιόνου γέννησιν· ἵππος δὲ ἁπλῶς ὄνῳ συντεθεὶς, οὐκ ἂν ἀποτελέσειεν ἡμίονον.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΙΔΙΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ.

Διαφορὰ δὲ καὶ ἴδιον κοινὸν μὲν ἔχουσι τὸ ἐπίσης μετέχεσθαι ὑπὸ τῶν μετεχόντων. ἐπίσης γὰρ τὰ λογικὰ, λογικά· καὶ τὰ γελαστικὰ, γελαστικά. 2 Καὶ Cap. XIII ed. Caſaub.

differentia prior eſt ſpecie ſua. Rationale enim ſublatum una tollit hominem; homo autem ſublatus non tollit rationale, cum adhuc ſit Deus. 8 Praeterea differentia coniungitur cum alia differentia; (rationale & mortale enim iungebantur ad conſtitutionem hominis;) ſpecies vero cum ſpecie non coniungitur, ut aliam ſpeciem producat. Nam quidam equus cuidam aſino iungitur ad generationem muli; equus autem ſimpliciter aſino iunctus, non effecerit mulum.

CAP. XII.

De convenientia & diſcrimine proprii & differentiae.

Differentia & proprium commune habent, quod illa, quibus inſunt, aequaliter eorum participant. Quae enim rationalia ſunt, aequaliter rationalia ſunt, & quae apta ad ridendum, aequaliter apta ad ridendum

τὸ ἀεὶ καὶ παντὶ παρεῖναι κοινὸν ἀμφοῖν. κἂν γὰρ κολοβωθῇ ὁ δίπους, ἀλλὰ πρὸς τὸ πεφυκέναι τὸ ἀεὶ λέγεται· ἐπεὶ καὶ τὸ γελαστικὸν τῷ πεφυκέναι ἔχει τὸ ἀεὶ, ἀλλ' οὐχὶ τῷ γελᾶν ἀεί. 3 Ἴδιον δὲ διαφορᾶς, ὅτι αὕτη μὲν ἐπὶ πλειόνων εἰδῶν λέγεται πολλάκις, οἷον τὸ λογικὸν ἐπὶ θεοῦ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου· τὸ δὲ ἴδιον ἐφ' ἑνὸς εἴδους, οὗ ἐστιν ἴδιον. 4 Καὶ ἡ μὲν διαφορὰ ἕπεται ἐκείνοις, ὧν ἂν εἴη διαφορὰ, οὐ μὴν δὲ καὶ ἀντιστρέφει· τὰ δὲ ἴδια ἀντικατηγορεῖται, ὧν ἦν ἴδια, διὰ τὸ ἀντιστρέφειν.

ΚΕΦ. ιγ'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ.

Cap. XIV ed. Caſaub.

Διαφορᾷ δὲ καὶ συμβεβηκότι κοινὸν μὲν τὸ ἐπὶ

ſunt. 2 Commune etiam utriſque, quod omni ac ſemper adſunt. Nam etiamſi bipes mutiletur, tamen quod natura ſit (*bipes*), ſemper (*bipes*) dicitur; cum etiam aptum ad ridendum dicitur, quod natura hoc ſemper habet, non quod ſemper rideat. 3 Proprium vero eſt differentiae, quod ipſa quidem de pluribus ſpeciebus ſaepe dicitur, ut rationale de Deo & de homine; proprium vero de una ſpecie, cuius eſt proprium. 4 Et differentia conſequitur ea, quorum eſt differentia, nec tamen etiam reciprocatur; propria vero converſim praedicantur de iis, quorum erant propria, quia reciprocantur.

CAP. XIII.

De convenientia & diſcrimine accidentis & differentiae.

Differentiae & accidenti commune eſt, quod (*utra-*

πλειόνων λέγεσθαι. 2 Κοινὸν δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀχώριστα συμβεβηκότα τὸ ἀεὶ καὶ παντὶ προσεῖναι. τό τε γὰρ δίπουν ἀεὶ πρόσεστι τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ πᾶσι κόραξι τὸ μέλασιν εἶναι ὁμοίως. 3 Διαφέρει δὲ, ὅτι ἡ μὲν διαφορὰ περιέχει τὰ εἴδη, οὐ περιέχεται δέ· περιέχει γὰρ τὸ λογικὸν, τὸν θεὸν καὶ τὸν ἄνθρωπον· τὰ δὲ συμβεβηκότα τρόπον μέν τινα περιέχει, τῷ ἐν πλείοσιν εἶναι· τρόπον δέ τινα περιέχεται, τῷ μὴ ἑνὸς συμβεβηκότος εἶναι δεκτικὰ τὰ ὑποκείμενα, ἀλλὰ πλειόνων. 4 Καὶ ἡ μὲν διαφορὰ ἀνεπίτατός τε καὶ ἀνάνετος· τὰ δὲ συμβεβηκότα τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδέχονται. 5 Καὶ ἀμιγεῖς μὲν αἱ ἐναντίαι διαφοραὶ, μιγείη δ' ἄν ποτε τὰ ἐναντία συμβεβηκότα. 6 Τοσαῦται μὲν αἱ κοινότητες καὶ ἰδιότητες τῆς διαφορᾶς, καὶ τῶν ἄλλων.

que) de pluribus dicuntur. 2 Commune & hoc (*differentiae*) cum accidentibus inſeparabilibus, quod (*utraque*) ſemper & omni adſint. Nam bipes ſemper adeſt homini, & omnibus corvis nigrum eſſe ſimiliter. 3 Differunt autem, quod differentia continet ſpecies, nec continetur; continet quippe rationale, Deum & hominem; verum accidentia quodammodo continent, quod in pluribus ſunt, quodammodo autem continentur, quod non unum tantum accidens recipere poſſint ſubiecta, ſed plura. 4 Et differentia intenſionis ac remiſſionis expers eſt; accidentia vero magis & minus recipiunt. 5 Et differentiae contrariae miſceri nequeunt; accidentia vero contraria aliquando inter ſe commiſceri poſſunt. 6 Tot ſunt convenientiae & proprietates differentiae ac reliquorum.

ΚΕΦ. ιδ'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΕΙΔΟΥΣ ΚΑΙ ΙΔΙΟΥ.

Cap. XV ed. Caſaub.

Τὸ δὲ εἶδος πῇ μὲν διαφέρει γένους καὶ διαφορᾶς, εἴρηται, ἐν ᾧ ἐλέγομεν, πῇ τὸ γένος διαφέρει τῶν ἄλλων, καὶ πῇ ἡ διαφορὰ διαφέρει τῶν ἄλλων· [λοιπὸν, πῇ διαφέρει τοῦ ἰδίου καὶ τοῦ συμβεβηκότος, ῥηθήσεται.] 2 Εἴδους δὲ καὶ ἰδίου κοινὸν μὲν τὸ ἀλλήλων ἀντικατηγορεῖσθαι. εἴ τι γὰρ ἄνθρωπος, γελαστικόν· καὶ εἴ τι γελαστικὸν, ἄνθρωπος. τὸ δὲ γελαστικὸν ὅτι κατὰ τὸ πεφυκέναι γελᾶν λεπτέον, πολλάκις εἴρηται. 3 Κοινὸν δὲ καὶ τὸ ἐπίσης εἶναι. ἐπίσης τε γὰρ πάρεστι τὰ εἴδη τοῖς μετέχουσι· καὶ τὰ ἴδια, ὧν ἐστιν ἴδια. 4

CAP. XIV.

De convenientia & differentia ſpeciei & proprii.

Species vero quomodo differat a genere & differentia, dictum eſt, cum oſtenderemus, quomodo genus ab aliis diſcernatur, & quomodo differat differentia a reliquis; [reſtat, ut, qua ratione differat ſpecies a proprio & accidente, dicatur.] 2 Speciei & proprio commune quidem eſt, quod mutuo converſim praedicantur. Si quid enim homo eſt, aptum eſt ad ridendum, & ſi quid eſt aptum ad ridendum, homo eſt. Aptum vero ad ridendum de facultate ridendi naturali intelligendum eſſe, ſaepe dictum eſt. 3 Commune porro, quod aequaliter adſunt. Aequaliter enim adſunt ſpecies illis, quae eas participant, & propria illis, quo-

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Διαφέρει δὲ τὸ εἶδος τοῦ ἰδίου, ὅτι τὸ μὲν εἶδος δύναται καὶ ἄλλων γένος εἶναι· τὸ δὲ ἴδιον ἄλλων εἶναι ἴδιον, ἀδύνατον. 5 Καὶ τὸ μὲν εἶδος προϋφέστηκε τοῦ ἰδίου· τὸ δὲ ἴδιον ἐπιγίνεται τῷ εἴδει· δεῖ γὰρ ἄνθρωπον εἶναι, ἵνα γελαστικὸν ᾖ. 6 Ἔτι τὸ μὲν εἶδος ἀεὶ ἐνεργείᾳ πάρεστι τῷ ὑποκειμένῳ· τὸ δὲ ἴδιον ποτὲ καὶ δυνάμει· ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἀεὶ ἐνεργείᾳ ὁ Σωκράτης ἐστὶ, γελᾷ δὲ οὐκ ἀεὶ, καίπερ ἀεὶ πεφυκὼς εἶναι γελαστικός. 7 Ἔτι ὧν οἱ ὅροι διάφοροι, καὶ αὐτὰ διάφορά ἐστιν· ἔστι δὲ εἴδους μὲν, τὸ ὑπὸ τὸ γένος εἶναι, καὶ τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον εἶναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἰδίου δὲ, τὸ μόνῳ καὶ παντὶ καὶ ἀεὶ προσεῖναι.

rum propria ſunt. 4. Differt autem ſpecies a proprio; quod ſpecies quidem poteſt aliorum genus eſſe; at proprium aliorum proprium eſſe nequit. 5 Et ſpecies prius ſubſiſtit, quam proprium; proprium vero adnaſcitur ſpeciei; oportet enim prius hominem eſſe, ut ſit aptum ad ridendum. 6 Praeterea ſpecies ſemper actu adeſt ſubiecto; proprium vero aliquando etiam facultate; nam Socrates actu ſemper homo eſt, at non ridet ſemper, quamquam ſemper ad ridendum aptus natus ſit. 7 Denique quorum definitiones diverſae ſunt, & ipſa ſunt diverſa; eſt autem ſpeciei quidem (*definitio*), quod ea ſub genere ſit, & quod de pluribus numero differentibus ratione eius, quid eſt, praedicetur, & quaecunque talia; proprii vero (*definitio eſt*), quod omni & ſoli & ſemper illud adſit.

ΚΕΦ. ιε'.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΕΙΔΟΥΣ ΚΑΙ ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΤΟΣ.

Cap. XVI ed. Caſaub.

Εἴδους δὲ καὶ συμβεβηκότος κοινὸν μὲν τὸ ἐπὶ πλειόνων κατηγορεῖσθαι. σπάνιοι δὲ αἱ ἄλλαι κοινότητες, διὰ τὸ πλεῖστον ἀλλήλων διεστάναι τό τε συμβεβηκὸς, καὶ τὸ, ᾧ συμβέβηκεν. 2 Ἴδια δὲ ἑκατέρου, τοῦ μὲν εἴδους, τὸ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖσθαι, ὧν ἐστιν εἶδος· τοῦ δὲ συμβεβηκότος, τὸ ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν, ἢ πῶς ἔχον. 3 Καὶ τὸ ἑκάστην οὐσίαν, ἑνὸς μὲν εἴδους μετέχειν, συμβεβηκότων δὲ πλειόνων, τῶν τε χωριστῶν, καὶ τῶν ἀχωρίστων. 4 Καὶ τὰ μὲν εἴδη προεπινοεῖται τῶν συμβεβηκότων, κἂν ἀχώριστα ᾖ· (δεῖ γὰρ εἶναι τὸ ὑποκείμενον, ἵνα ἐκείνῳ τὶ συμβῇ·) τὰ δὲ συμ-

CAP. XV.

De convenientia & differentia ſpeciei & accidentis.

Speciei & accidentis commune eſt, quod de pluribus praedicantur. Rarae vero aliae convenientiae, quod plurimum diſtant a ſe invicem & ipſum accidens, & id, cui accidit. 2 Propria autem utriuſque, ſpeciei quidem, quod ea ratione eius, quid eſt, praedicatur de iis, quorum ſpecies eſt; accidentis vero, quod illud ratione eius, quale quid eſt, aut quomodo quid ſe habeat, (*praedicatur de iis, quibus accidit.*) 3 Et quod ſubſtantia unaquaeque unius tantum ſpeciei particeps ſit, accidentium vero plurium, tum ſeparabilium, tum inſeparabilium. 4 Et ſpecies quidem prius intelliguntur, quam accidentia; (oportet enim eſſe ſubiectum, ut aliquid illi accidat;) accidentia vero naturâ poſterius adnaſcun-

βεβηκότα ὑστερογενῆ εἶναι πέφυκε, καὶ ἐπουσιώδη τὴν φύσιν ἔχει. 5 Καὶ τοῦ μὲν εἴδους ἡ μετοχὴ ἐπίσης· τοῦ δὲ συμβεβηκότος, κἂν ἀχώριστον ᾖ, οὐκ ἐπίσης. καὶ γὰρ Αἰθίοψ Αἰθίοπος ἔχοι ἂν τὴν χροίαν ἢ ἀνειμένην ἢ ἐπιτεταμένην κατὰ μελανίαν.

ΚΕΦ. ιστ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΙΔΙΟΥ ΚΑΙ ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΤΟΣ.

Λειπέται δὲ περὶ ἰδίου καὶ συμβεβηκότος εἰπεῖν· πῇ γὰρ τὸ ἴδιον τοῦ τε εἴδους, καὶ τῆς διαφορᾶς, καὶ τοῦ γένους διενήνοχεν, εἴρηται. 2 Κοινὸν δὴ τῷ ἰδίῳ καὶ τῷ ἀχωρίστῳ συμβεβηκότι τὸ ἄνευ αὐτῶν μὴ ὑποστῆναι ἐκεῖνα, ἐφ' ὧν θεωρεῖται· ὡς γὰρ ἄνευ τοῦ γελαστικοῦ οὐχ ὑφίσταται ἄνθρωπος, οὕτως οὐδὲ ἄνευ τοῦ μέλανος ὑποσταίη ἂν Αἰθίοψ. 3 Καὶ ὥσπερ καὶ παντὶ Cap. XVII. ed. Casaub.

tur, habentque naturam ſubſtantiae inhaerentem. 5 Et ſpeciem participant (*ſubiecta*) aequaliter; accidens autem (*ſubiecta participant*), etiamſi illud inſeparabile ſit, non aequaliter. Nam (*unus*) Aethiops magis quam (*alter*) Aethiops forte habuerit ſecundum nigredinem colorem intenſum aut remiſſum.

CAP. XVI.

De convenientia & differentia proprii & accidentis.

Reſtat autem, ut de proprio & accidente dicamus; quomodo enim proprium a ſpecie, & differentia, & genere diſcernatur, dictum eſt. 2 Commune vero proprio & inſeparabili accidenti, quod ſine his illa non ſubſiſtunt, in quibus haec conſpiciuntur: nam quemadmodum non ſubſiſtit homo, niſi ſit aptum ad ridendum, ſic nec ſine nigredine ſubſiſteret Aethiops. 3 Et

καὶ ἀεὶ πάρεστι τὸ ἴδιον, οὕτω καὶ τὸ ἀχώριστον συμβεβηκός. 4 Διενήνοχε δὲ, ὅτι τὸ μὲν ἴδιον ἑνὶ μόνῳ πάρεστιν εἴδει, ὡς τὸ γελαστικὸν ἀνθρώπῳ· τὸ δὲ ἀχώριστον συμβεβηκὸς, οἷον τὸ μέλαν, οὐκ Αἰθίοπι μόνον, ἀλλὰ καὶ κόρακι πρόσεστι, καὶ ἄνθρακι, καὶ ἐβένῳ, καὶ ἄλλοις τισίν. 5 Ἔτι τὸ μὲν ἴδιον ἀντικατηγορεῖται, οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ ἔστιν ἐπίσης· τὸ δὲ ἀχώριστον συμβεβηκὸς οὐκ ἀντικατηγορεῖται. 6 Καὶ τῶν μὲν ἰδίων ἐπίσης ἡ μετοχή· τῶν δὲ συμβεβηκότων ἡ μὲν μᾶλλον, ἡ δὲ ἧττον. 7 Εἰσὶ μὲν οὖν καὶ ἄλλαι κοινότητές τε καὶ ἰδιότητες τῶν εἰρημένων· ἀλλ' ἐξαρκοῦσιν αὗται εἰς διάκρισίν τε αὐτῶν, καὶ τῆς κοινωνίας παράστασιν.

ΤΕΛΟΣ ΤΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ.

quemadmodum & omni & ſemper adeſt proprium, ita quoque inſeparabile accidens. 4 Diſtincta autem ſunt, quod proprium uni ſoli adeſt ſpeciei, velut aptum ad ridendum homini; inſeparabile accidens autem, velut nigrum, non Aethiopi ſolum, ſed etiam corvo adeſt, & carboni, & ebeno, & aliis quibuſdam. 5 Praeterea proprium converſim praedicatur de eo, cuius eſt proprium, & (*illi*) *ad*eſt aequaliter; inſeparabile accidens autem non converſim praedicatur. 6 Et propria aequaliter participant (*ipſae ſpecies*); accidentia vero (*ſubiecta participant*) alia magis, alia minus. 7 Sunt quidem & aliae convenientiae & proprietates dictorum (*praedicabilium*), verum illae ſufficiunt ad haec diſcernenda eorumque convenientias conſtituendas.

ANIMADVERSIONES CRITICAE AD PORPHYRII ISAGOGEN.

CAP. I.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ) Aliam inscriptionem e Codd. Palat. annotavit Pacius: Πορφυρίου Φοίνικος εἰσαγωγὴ, μαθητοῦ Πλωτίνου τοῦ Λυκοπολίτου, quam tamen a librariis profectam esse, nec a Porphyrio ipso, nemo non videt. Occurrit etiam saepissime in Codd. Graecis manu exaratis & alibi inscriptio: Πορφυρίου εἰσαγωγὴ περὶ τῶν πέντε φωνῶν, quae ipsum Porphyrium auctorem habet. Vid. Ammon. Comment. pag. 18.

§. 1. Σύντομόν σοι π. π.) Male haec ab antecedentibus, quibuscum arcte cohaerent, vulgo divelluntur.

§. 2. Σώματά ἐστιν) Codd. Palatin. σώματά εἰσι. Minus bene.

§. 3. Λογικώτερον) Sunt, qui vertant *probabilius*. Male. Rectius vertit Pacius: *magis ad logicen accommodate*, i. e. ut nos dedimus, *respectu potissimum logices habito*, non ipsius generis & speciei *naturae*, quatenus ea sive in ipsis *rebus*, ad quas genus & species spectant, sive in *notionibus*, quas generis & speciei animus informatas habet, quaerenda est.

CAP. II.

§. 3. Ὕλλον) Edd. Ald. Camot. Basil. Pac. uno λ habent Ὕλον. Restituit Sylburgius Ὕλλον, uti nomen alias semper apud veteres legitur.

§. 4. Οἱ ἀπὸ γένους καταγόμενοι Ἡρακλέους) In hac lectione omnes edd. Graecae consentiunt. Codd. Pacii: οἱ ἐκ γένους· alii: οἱ τὸ γένος κατάγοντες Ἡρακλέους, vel potius ἀφ' Ἡρακλέους. Vetus interpres in ed. Latina Venet. 1481 prorsus alia in Codice suo legit, vertit enim: *Romani nam sunt, qui ex genere descendunt Romuli.* Totus fortasse locus ab Ἡρακλεῖδαι usque ad ἀγχιστεῖς per interpolationem in textum migravit, quare eum uncinis inclusi.

Ἀπὸ Κέκροπος) Casaub. in marg. ἀπὸ τοῦ Κέκροπος.

§. 5. Καὶ τὸ πλῆθος) Deest καὶ in Codd. Palat. teste Pacio, sicut etiam ex sequentibus τοῦ ante Ἡρακλέους. Pro Ἡρακλέους & Ἡρακλειδῶν vetus interpres supra laudatus legit Ῥωμύλου & Ῥωμαίων.

§. 8. Petita est definitio *generis*, logice accepti, ex Aristot. Topic. I, 5, 6. Addit hoc loco Aristoteles: *Ratione eius, quid est*, ea dicuntur attribui, quae apte respondentur, cum rogatur, *quid sit* res proposita, ut ad interrogationem, *quid sit* homo, apte respondetur, esse eum *animal*. Conf. Metaphys. IV, 28. Cic. Topic. cap. 7, Vol. I, pag. 347 ed. Bip.

§. 9. Τὸ καθέζεσθαι) Codd. quidam pro καθέζεσθαι habent ἵστασθαι. In alio est τὸ καθέζεσθαι, τὸ ἑστάναι, teste Pacio.

§. 12. Ἀνθρώπου μόνου) Codd. Pac. ἀνθρώπου μόνον. Minus apte.

Διαφερόντων τῷ εἴδει) Uncinis inclusit Sylburgius & plane omisit Hildenius verba τῷ εἴδει, & utique salvo sensu abesse possunt. Locus tum ita intelligendus erit: *genus non uni tantum speciei attribuitur, sed pluribus iisque differentibus.* Etiamsi tamen verba retineas, quae ceteroquin omnes edd. reliquae agnoscunt, sensus non alius exit: *genus non uni tantum speciei attribuitur, sed pluribus iisque specie differentibus*, i. e. pluribus diversis speciebus.

§. 13. Κατηγορεῖται) Vulgo κατηγορεῖται numero singulari. Male. Respicit vox enim ad διαφοραὶ καὶ τὰ συμβεβηκότα, & antecedit iam κατηγοροῦνται numero plurali.

Ἐρωτησάντων γὰρ ἡμῶν) Ita Codd. Pac. Vetus quoque interpres, *interrogantibus nobis*, & infra cap. III, § 17, ἐρωτωμένων ἡμῶν. Vulgo ἐρωτησάντων τινῶν, quod a communi loquendi usu abhorret.

Τὰ συμβεβηκότα) Codd. τὰ κοινῶς συμβεβηκότα, ut paulo ante. Pro ἀποκρινόμεθα ed. Ald. habet ἀποκρινούμεθα.

Κατηγορεῖται) Alii Codd. φαμὲν κατηγορεῖσθαι. Male.

Ἔστι δὲ) Ita Codd. Pac. Vulgo, ἦν δέ. Minus bene. Vetus interpres: eſt *autem hominis genus animal.*

§. 14. Τῶν ἀτόμων) Videntur mihi haec verba e gloſſa in textum irrepſiſſe; non enim quadrant ad antecedentia καθ' ἑνὸς μόνου, & ſenſum ipſum turbant. Cf. infra § 24.

§. 15. Τὸ δὲ διαφερόντων τῷ εἴδει) Supplendum: τὸ δὲ κατὰ διαφερόντων τῷ εἴδει λέγεσθαι τὸ γένος.

§. 16. Ἕκαστον ὧν κατηγορεῖται) Uncinis circumdedi haec. Vetus interpres ea in Codice ſuo non legit, & Hildenius quoque e textu exſulare iuſſit.

§. 17. Ἡ τοῦ γένους) Deeſt ἡ apud Hildenium.

§. 18. Verſus hic citatus Euripidi tribuitur apud Athen. XIII, 7. Stob. ecl. eth. Tit. LXV. Vide Euripidis fragm. XX. Cf. Mureti Var. Lect. III, 2. Pro πρῶτον in Codd. quibuſdam Pacius invenit Πριάμου, quam lectionem vetus quoque interpres agnoſcit, & pro ἄξιον apud Stobaeum legitur ἀξίους.

§. 19. Τὸ δὲ τρίγωνον) Codd. Pac. καὶ τὸ τρίγωνον.

§. 20. Χρῆσθαι) Sic Codd. Vulgo κεχρῆσθαι. Minus apte. Vetus interpres: *neceſſe eſſe* utriſque uti.

§. 22. Οὐκέτι δὲ καὶ γένος) Incluſa haec, teſte Pacio, MSS. non habent, & ſane abeſſe poſſunt ſalvo ſenſu.

§. 23. Ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος) Ed. Sylb. ἄλλο [τι], ſed vide § 26.

Γενικωτάτου καὶ εἰδικωτάτου) Codd. quidam Pac. pluraliter τῶν γενικωτάτων καὶ τῶν εἰδικωτάτων.

§. 24. Σωκράτης καὶ Πλάτων [καὶ τουτὶ τὸ λευκὸν] Ita habent ed. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Hilden. Sylburg. In edd. Pac. Caſaub. Duvall. legitur Σωκράτης καὶ Πλάτων καὶ Ἀλκιβιάδης καὶ τ. τ. λ. Neſcio, an Pacius verba καὶ Ἀλκιβιάδης Codicis cuiuſdam auctoritate receperit; nihil enim ab eo annotatum inveni. Equidem lectionem priorum Paciana editionum ſecutus ſum, a quibus haec verba gloſſam utique redolentia abſunt. Vetus interpres verba quoque καὶ τουτὶ τὸ λευκὸν in Codice ſuo non legit, vertit enim: *Individuum autem eſt Socrates & Plato*, omiſſis ceteris; quare & haec uncinis incluſi. Fortaſſe tota παρένθεσις e margine in textum migravit. Cf. infra § 38.

§. 26. Ἀνώτατον ὂν καὶ πρώτη ἀρχὴ) Sic Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pac. Hild. Sylb. In Codd. quibuſdam legi ἀνωτάτω ὂν καὶ ὡς πρώτη ἀρχὴ, monent Sylburgius & Caſaub.

§. 27. Τὸ δὲ εἰδικώτατον μίαν ἔχει καὶ αὐτὸ σχέσιν) Codd. alii: καὶ τὸ εἰδικώτατον δὲ μίαν ἔχει σχέσιν. Sylburgius & Casaubon.

Ἀλλὰ καὶ τῶν ἀτόμων) Post ἀλλὰ in ed. Sylb. leguntur verba inclusa τὴν αὐτὴν, quae ut sensum turbantia recte e textu eiecit Casaubonus.

§. 30. Ἄχρι τοῦ γενικωτάτου) Codd. alii pluraliter: ἄχρι τῶν γενικωτάτων. Sylb. Casaub.

§. 32. Οὐ μὴν) Codd. Pac. οὐκέτι μήν.

§. 33. Οὐ μὴν ἀπείρῳ) Codd. Pac. οὐ μὴν δὲ ἀπείρῳ ἡμῖν.

§. 34. Ἄπερ ἐστὶ) Ita omnes edd. Casauboniana priores. Casaub. e Codd. Pac. recepit ἅπερ ἦν. Minus bene.

§. 35. Μέχρι) Codd. q. Pac. ἄχρι. Locus Platonis hic laudatus occurrit in Philebo, T. IV Opp. p. 219 ed. Bip. Τὴν δὲ τοῦ ἀπείρου ἰδέαν πρὸς τὸ πλῆθος μὴ προσφέρειν, πρὶν ἂν τις τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ πάντα κατίδῃ, τὸν μεταξὺ τοῦ ἀπείρου τε καὶ τοῦ ἑνός· τότε δ' ἤδη τὸ ἓν ἕκαστον τῶν πάντων εἰς τὸ ἄπειρον μεθέντα χαίρειν ἐᾶν.

Κατιέναι δὲ διὰ τῶν διὰ μέσου διαιροῦντας) Supplendum ita: κατιέναι δὲ διὰ τῶν (ὄντων) διὰ μέσου διαιροῦντας (αὐτὰ τὰ διὰ μέσου) *Transeundum est per ea, quae in medio sunt inter extrema* (*summum genus & infimam speciem*).

§. 36. Κατιόντας) Codd. q. Pac. κατιόντων. Pro ἀνιόντας versu sequenti Codd. iidem legunt ἀνιόντων.

Καθ' ἕκαστα) Codd. q. Pac. singulariter καθ' ἕκαστον.

§. 37. Ἀεὶ γὰρ εἰς πλείω εἶδη ἡ τομὴ τοῦ γένους) Codd. q. ἀεὶ γοῦν εἰς πλείω εἶδη κατηγορεῖται ἡ τομὴ τοῦ γένους. Male. Omnino haec verba parentheseos suspicionem glossae incurrunt.

Προσεχοῦς) Sic melius Codd. Pac. Vulgo προσεχῶς.

Οὐ γὰρ) Ita Codd. q. Pac. Vulgo οὐδὲ γάρ.

Ἀεὶ γοῦν) Sic Codd. Pac. Vulgo ἀεὶ γάρ.

Κατὰ πάντων τῶν ἀτόμων) Post haec verba ed. Sylb. inserta habet οἷον ἄνθρωπος, quae tamen reliquae editiones non agnoscunt. Exemplum huc afferendum erat individui, *homo* autem est species, quo ipso librarii stupor se prodit.

§. 38. Ἄτομον δὲ λέγεται) Codd. Pac. ἄτομα. Melius, nam sequuntur plura individuorum exempla.

§. 40. Γένη τὰ αὐτὰ) Sic iam dedit Casaubonus ex emendatione Pacii. Vulgo γένη τὰ τοιαῦτα.

CAP. III.

§. 4. Λογικοῦ) Codd. q. Paciani habent λόγου. Minus bene. Cf. ſtatim § 6.

§. 6. Καὶ εἶδος τοῦ ζώου ἐποίησε) Suſpecta haec ſunt. Uncinis incluſit ea Sylburgius, & plane omiſit Hildenius nec non vetus interpres.

§. 7. Τοῦ πῶς ἔχειν) Ita Codd. Pac. Vulgo τοῦ πῶς ἔχοντος. Male.

§. 8. Χωριστά ἐστι) Sic Codd. Pac. Vulgo εἰσι.

§. 9. Εἶναι δεκτικὸν) Abeſt εἶναι a MSS. Pacii.

§. 12. Διαιροῦμεν) Codd. q. Pac. habent διαιρούμεθα.

§. 13. Διαιρετικῶν οὐσῶν) Codd. q. Pac. numero ſingulari διαιρετικῆς οὔσης. Minus bene. Non enim iungenda haec ſunt cum antecedenti οὐσίας, ſed cum ſequentibus. Vetus interpres: *Sic etiam ſupremae ſubſtantiae, cum* diviſivae ſint *differentiae animati & inanimati.*

Προσληφθεῖσαι) Codd. Pac. συλληφθεῖσαι.

§. 16. Σχοῖεν) Ed. Camot. & Hilden. σχοίη.

Ἀντικειμένας ἔχει) Poſt ἔχει Sylburgius habet ἐνεργείᾳ, quod, cum a ceteris edd. abſit, Caſaubonus recte expunxit, ſicut etiam in verſu ſequenti pro lectione Sylburgiana πάντα τὰ ἀντικείμενα εἴδη idem priorum editionum lectionem τὰ ἀντικείμενα retinuit, omiſſis πάντα & εἴδη.

Τῶν ὑφ' αὑτὸ διαφορὰς) Codd. quidam Pac. ὑφ' ἑαυτὸ διαφορὰς τὸ γένος. Alii, ὑφ' αὑτὸ γένος διαφοράς. Sed nihil eſt mutandum, nam αὑτὸ ſpectat ad ζῶον, quod antecedit.

Ἀντικείμενα ἅμα) Sic praeclare emendavit Pacius. Vulgo ἀντικείμενα εἴδη.

§. 17. Ἐρωτωμένων) Codd. q. Pac. ἐπερωτωμένων, compoſite.

Πυνθάνομένων) Ab aliis addi ἡμῶν, in margine notavit Caſaubonus.

§. 18. Ὑπογράφουσι δὲ καὶ οὕτω) Alii: ὑπογράφουσι δὲ τὰς τοιαύτας διαφορὰς καὶ οὕτω, notante Caſaubono. Lectio e gloſſa profecta.

§. 19. Ἕκαστον) Alii pluraliter ἕκαστα. Caſaub.

Ζῶα γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἵπποι) Sic ed. Ald. Camot. Baſil. Pac. Caſaub. Aliter legunt Codd. q. Paciani: ὄντα γὰρ

ζῶα, καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ ἄλογα. Vetus quoque interpres: *ſumus nam animalia & nos & irrationalia.* Hildenius habet: θηητὰ γὰρ ζῶα καὶ ἡμεῖς καὶ ἵπποι. Retinui tamen vulgatam lectionem, quam etiam antecedentia requirere videntur.

Καὶ οἱ θεοὶ) Vulgo καὶ οἱ ἄγγελοι, ex Chriſtiani hominis emendatione, ut bene Caſaubonus iudicavit. Porphyrium θεοὶ ſcripſiſſe, teſtes graviſſimi ſunt interpretes Ammonius Hermeae & Boëthius in commentariis. V. ad h. l. Vetus interpres Latinus: *rationales enim ſumus & nos* & Dii. Recepit lectionem in textum iam Hildenius.

§. 20. [Τὴν] διαφορὰν) Articulus τὴν abeſt a MSS. Pacianis.

Μὴ εἶναι διαφορὰν, οἷαι αἱ εἰδοποιοὶ λεγόμεναι διαφοραὶ) Codd. q. Pac. μὴ εἶναι οἷαι αἱ ἰδίως λεγόμεναι διαφοραὶ εἰδοποιοί.

CAP. IV.

§. 5. Συνδεδράμηκε) Alii, teſte Pacio, σηνέδραμε. Melius utique: nolui tamen lectionem vulgatam mutare, cum mihi probabile ſit, Porphyrium ipſum συνδεδράμηκε ſcripſiſſe, nam vix aſſequi poſſum, quomodo fieri potuerit, ut forma ſolemnior συνέδραμε in minus uſitatam συνδεδράμηκε abiret.

Ἀλλὰ τῷ γελᾶν πεφυκέναι) Ita legendum eſt ſecundum veterem interpretem Latinum, qui haec habet: *ſed quod aptus natus ſit ad ridendum.* Senſus hanc lectionem neceſſario requirit: homo vocatur riſibilis, non quod *ſemper rideat*, ſed quod *natura* ad ridendum *omnino aptus ſit.* Edd. Ald. Camot. Baſil. Iunt. Sylb. Hilden. legunt: ἀλλὰ τῷ ἀεὶ (ſc. γελᾶν) πεφυκέναι. Male: nam primum credi nequit, Porphyrium abſurdum illud contendiſſe, hominem natura ad *ſemper ridendum* aptum eſſe; deinde abeſt ἀεὶ a MSS. Pacii, quare Caſaubonus etiam hanc vocem omiſit; qua tamen omiſſa ſenſus non alius efficitur, quia tum πεφυκέναι referendum eſt ad antecedentia γελᾶν ἀεί. Igitur equidem lectionem in textum recepi, quam vetus interpres expreſſit, τῷ γελᾶν πεφυκέναι, omiſſa voce ἀεὶ, & inſerta alia γελᾶν, quae propter antecedentia facile excidere potuit. Cf. infra cap. XII, § 2.

§. 6. Ὅτι ἀντιστρέφει) Sic recte MSS. Pac. Vulgo ὅτι καὶ ἀντιστρέφει.

CAP. V.

§. 2. Δύναται δὲ) Ita legunt Ald. Camot. Iunt. Basil. & ed. Pac. Sylburgius habet δύναται γάρ. Minus bene, & recte Casaubonus iam δύναται δὲ reposuit. Ceterum Hildenius verba inde a δύναται ad ὑποκειμένου plane omisit.

§. 3. Ὁρίζονται δὲ καὶ οὕτω) Camot. ὁρ. δὲ αὐτὸ κ. οὕτ.

Καὶ μὴ ὑπάρχειν) Hilden. ἢ μὴ ὑπάρχειν. Minus bene.

§. 4. Hanc Accidentis definitionem ut imperfectam Aristoteles in Topicis I, 4, 8, reprehendit, tum quod ea per negationem sit constituta, tum quod ad eam intelligendam necesse sit prius cognoscere, quid sit genus, proprium &c. Negationi addita affirmatio, ἀεὶ δέ ἐστιν ἐν ὑποκειμένῳ ὑφιστάμενον, non ita accipienda est, quasi *semper* in *hoc* subiecto sit accidens, sed, quod semper in *aliquo* sive hoc sive illo subiecto accidens insit, cum *accidentis esse*, ut Scholastici loquuntur, *nihil aliud sit, nisi inesse.*

CAP. VI.

§. 3. Ζῶον ἵππου τε καὶ βοὸς) Codd. Pac. pluraliter: ἵππων τε καὶ βοῶν, & sic etiam eadem verba pluraliter habent versu statim subsequenti. Vetus interpres: *Animal de* equis, hominibus & bobus & canibus *praedicatur, quia species sunt, & de hoc equo, & de hoc bove*, & de hoc homine, *quia sunt individua.* Legit igitur in Codice suo, quae nunc desiderantur.

Οἷον ὁ ἄνθρωπος) Ed. Sylb. οἷον ὁ [καθόλου] ἄνθρωπος. Vocem καθόλου, quae ab omnibus reliquis editionibus abest, recte eiecit e textu Casaubonus.

Τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων) Codd. Pac. τῶν ὑπ' αὐτὸ ἀτόμων.

CAP. VII.

§. 1. Ἄνθρωπον καὶ θεὸν) Sic Codd. quidam Pac. Vetus interpres: *tamen continet hominem & Deum.* Edd. Graecae ad unam omnes habent: ἄγγελον καὶ ἄνθρωπον, lectionem utique e glossa Christiani hominis profectam. Quam in textum recepimus, eam tuentur quoque Ammonius & Boëthius ad h. l. Cf. not. ad cap. III, § 19.

§. 2. Ὅσα τε κατηγορεῖται) Sic edd. Ald. Camot. Paris.

Basil. Pac. Hilden. Sylburg. Casaub. Ed. Iunt. dictionem encliticam τε omisit. Casaubon. in margine: ὅσα γάρ.

Τοῦ γένους ὡς γένους) Codd. q. γένους οὐσιωδῶς. Minus bene.

Εἰδῶν κατηγορεῖται) Sic edd. Graecae omnes praeter Sylburgianam, quae habet εἰδῶν [συνωνύμως] κατηγορεῖται. Verum vocem συνωνύμως iam Casaubonus e textu iterum exsulare iussit.

Καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς εἴδους) Codd. q. Pac. καὶ τῶν ὑπ' αὐτὴν εἰδῶν. Vetus quoque interpres Latinus: *& de iis, quae sub ipsa sunt, speciebus praedicantur.* Lectio fortasse melior vulgata, quam tamen corrigere non ausus sum, cum omnes edd. Gr. in ea consentiant.

Καὶ τὸ αἰσθητικὸν) Non expressit haec vetus interpres Lat.

Εἰδῶν πάντων) Ex emendatione Iulii Pacii, quem Casaubonus iam secutus est. Vetus interpr. *speciebus omnibus.* Edd. Ald. Camot. Iunt. Paris. Basil. Sylb. εἰδῶν ὄντων.

§. 9. Ἔτι γένος) Hilden. ἔτι τὸ γένος.

Ἀνθρώπου [γένος] Uncinis vocem γένος circumdedi, exemplo Sylburgii; abest enim illa a MSS. Pacii, & sensum turbat.

§. 11. Διαφορᾷ, ἀρκεῖ τοσαῦτα) Post διαφορᾷ, ut Casaubonus in margine annotavit, alii addunt: καὶ ὑπ' αὐτὴν εἰδῶν, quae quidem glossam redolent. Saltem legendum esset εἴδεσι. Pro ἀρκεῖ τοσαῦτα Codd. q. Pac. habent ἀρκείτω ταῦτα. Melius.

CAP. VIII.

§. 1. [Ὡς εἴρηται] Absunt a MSS. Pacii.

§. 3. Τὸ μὲν γένος) Codd. q. Pac. pluraliter τὰ μὲν γένη.

Περιέχει τὰ γενη) Codd. q. Pac. addunt: ἔτι τὰ γένη συναναιρεῖ μέν, οὐ συναναιρεῖται δὲ, & videntur utique haec excidisse, si sequentia spectes: ἐπὶ πλειόνων γὰρ τὸ γενος τοῦ εἴδους κατηγορεῖται. Nolui tamen ea in textum recipere, cum omnes edd. Gr. & ipse vetus interpres Latinus vulgatam lectionem sequantur, omissis his. Cf. etiam § 6.

§ 4 Ἐπὶ πλειόνων) Sic Codd. q. Pac. Vetus interp. *de pluribus.* Vulgo ἐπὶ πλεῖον. Male.

§. 6. Εἴδους μὲν γὰρ ὄντος) Codd. q. Pac. καὶ εἴδους μ. ὄ.

§. 7. Τὰ — εἰδῶν) Codd. q. Pac. paulo aliter: τὰ μὲν γένη τῶν εἰδῶν συνωνύμως κατηγορούνται. Ita etiam legisse vi-

detur vetus interpres Latinus: *& genera quidem de ſpeciebus univoce praedicantur.*

CAP. IX.

§. 1. Εἴ τι) Abeſt τι a MSS. Pacii, ut & paulo poſt.

§. 2. Καὶ τὸ ἐπίσης) Ante καὶ ed. Sylb. habet [κοινὸν δὲ], quae Caſaubonus iure omiſit.

ἐπίσης γὰρ [καὶ]) Abundat τὸ καὶ, quare illud, praeeunte Sylburgio, uncinis circumdedi.

Καὶ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος) Vetus interpres Latinus: *& Cato & Cicero.*

§. 4. Διαφέρει δὲ, ὅτι) Poſt δὲ ed. Sylb. inſerta habet τὸ γένος τοῦ ἰδίου.

§. 5. Κατὰ πλειόνων εἰδῶν κατηγορεῖται· τὸ δὲ ἴδιον ἑνὸς εἴδους τινὸς, οὗ) Codd. q. Pac. κ. π. κατηγορεῖται εἰδῶν· τὸ δὲ ἴδιον μόνου εἴδους. Retinui tamen vulgatam lectionem, quam omnes edd. Graecae & vetus quoque Latinus interpres ſequuntur.

§. 6. Καὶ ἔμπαλιν) In ed. Caſaubon. his additur: εἰ γελαστικὸν, ἄνθρωπος. Utique haec e gloſſa librarii in textum immigrarunt; nam deſunt in edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Hilden. nec vetus interpres Latinus ea expreſſit. Occurrunt primum, uncinis tamen incluſa, in ed. Sylburgii, qui forte, vocem ἔμπαλιν explicandi cauſa, ea ipſe adiecit. Ut gloſſam igitur, qua facile careas, ea e textu expungenda eſſe cenſui.

§. 8. Καὶ αὐτὰ συναναιρεῖται) Poſt αὐτὰ ap. Sylb. inſerta leguntur [τὰ ἴδια].

CAP. X.

§. 1. Τῶν ἀχωρίστων) Sylburgius addit: [τὸ συμβεβηκός].

§. 2. Πρότερόν ἐστι τὸ) Idem poſt ἐστι interpolat: [τῇ φύσει.]

CAP. XI.

§. 1. Ἢ) Codd. q. Pac. τὶ, ſicut iidem infra pro eodem ᾗ habent πῇ.

§. 2. Τέσσαρες οὖν αἱ διαφοραὶ) Ed. Sylb. addit [πᾶσαι].

Καταληφθήσεται) Sic dedi, ſecutus cum Hildenio prae-

claram Pacii emendationem vulgatae lectionis, καταλειφθήσεται. Non enim praetermisit Porphyrius differentiam proprii & accidentis, sed egit de ea capite ultimo. Ceterum tam frequentia sunt exempla, quibus ῃ permutatum esse cum εἰ a librariis constat, ut iis adducendis facile supersedeam.

[Αἱ πᾶσαι] Inclusi haec, cum absint a MSS. teste Pacio, nec vetus Latinus interpres ea expresserit.

§. 6. Τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀτόμων) Codd. q. Pac. τῶν ὑπ' αὐτὸ ἀτόμων.

§. 7. Συναναιρεῖ — Θεοῦ) Verba haec in Codd. quibusdam ita leguntur: συναναιρεῖ γὰρ καὶ οὐ συναναιρεῖται. συναναιρεῖται γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἀναιρεθέντος τοῦ λογικοῦ· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀναιρεθεὶς οὐ συναναιρεῖ τὸ λογικόν. Quam tamen lectionem cum veteres, uti iam Casaubonus annotavit, non agnoscant, vulgatam, ab interprete Latino quoque expressam, retinere malui. Pro ἀγγέλου reposui θεοῦ. Vetus interpres: *cum sit Deus.* Vide not. ad §. 19 cap. III.

§. 8. Ἄλλο τι εἶδος) Abest τι a MSS. Pacii.

CAP. XII.

§. 2. Καὶ παντὶ παρεῖναι) Post παντὶ ed. Sylb. inserit τῷ εἴδει.

Πεφυκέναι τὸ ἀεὶ) Eadem addit [ἔχειν]. Codd. q. τὸ ἀεὶ ἔχει. Iidem versu sequenti legunt τὸ ἀεὶ γελᾷν κἂν μὴ ἀεὶ γελᾷ.

§. 3. Ἐπὶ θεοῦ) Vulgo ἀγγέλου. Codd. q. Pac. ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀγγέλου καὶ ἀνθρώπου.

§. 4. Οὐ μὴν δὲ) Abest δὲ a MSS. Pacii.

CAP. XIII.

§. 1. Διαφορᾷ δὲ καὶ συμβεβηκότι κοινὸν μὲν) Codd. q. διαφορὰ δὲ καὶ συμβεβηκὸς κοινὸν μὲν ἔχουσι. Sed vulgatam lectionem tuentur edd. Graecae omnes & interpres quoque Latinus.

§. 2. Κοινὸν δὲ) Abest δὲ a MSS. Pac.

Τό τε γὰρ) Hildenius τὸ γὰρ, omisso τε.

Ἀνθρώπῳ· καὶ πᾶσι κόραξι τὸ) Edd. Ald. Camot. Iunt. Pariſ. κόραξι καὶ τό· verum abundat καὶ, quare iam Pacius illud e textu eiecit. Caſaubonus in margine annotavit, legi in Codd. nonnullis: πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ κόραξι.

§. 3. Διαφέρει) Codd. q. διαφέρουσι, pluraliter.

Τὸν θεὸν) Vulgo ἄγγελον. Male. Codd. q. teſte Pacio, poſt vulgatum ἄγγελον addunt: ἅπερ εἴδη ἐστί.

CAP. XIV.

§. 1. Verba inde a καὶ πῇ uſque ad ῥηθήσεται deſunt in Codd. MSS. antiquioribus, ut in margine editionis Iſingrin. notatum eſt. Incluſit ea uncinis Sylburgius. Enimvero verba καὶ πῇ ἡ διαφορὰ διαφέρει τῶν ἄλλων Latine reddidit vetus interpres, cetera ipſe quoque non legiſſe videtur in Codice ſuo; igitur equidem illa verba uncinis liberavi.

§. 2. Εἴ τι γὰρ ἄνθρωπος — καὶ εἴ τι γελαστικὸν) Omittitur τι in Codd. quibuſdam utrobique.

§. 3. Ἐπίσης εἶναι) Legendum eſſe puto παρεῖναι.

§. 5. Ἵνα γελαστικὸν ᾖ) Ita omnes edd. Graecae. Vetus interpres: *ut riſibile ſit.* Codd. q. minus apte: εἶτα γελαστικόν.

§. 6. Καίπερ ἀεὶ πεφυκὼς εἶναι γελαστικὸς) Sic legunt edd. Ald. Camot. Iunt. & quidem recte. Edd. Morel. Baſil. & Sylburg. habent πεφυκὼς εἶναι γελαστικόν. Edd. Pac. Hilden. Caſaub. πεφυκὸς εἶναι γελαστικόν. Verum ὁ Σωκράτης, ad quem haec verba referenda ſunt, utique genus maſculinum requirit. Reſtitui itaque priſtinam lectionem. Vetus interpres: *quamvis natura ſemper ſit riſibilis.*

§. 7. Καὶ αὐτὰ) Codd. q. τὰ αὐτά.

Διάφορά ἐστιν) Abeſt ἔστι ab ed. Hildenii.

Κατηγορούμενον εἶναι) Codd. q. κατηγορεῖσθαι.

CAP. XV.

§. 1. Εἴδους δὲ) Abeſt δὲ in ed. Hilden.

§. 2. Ὁποῖόν τί ἐστιν, ἢ πῶς ἔχον) Sic lectionem conſtituit Iulius Pacius, quem omnes editores recentiores ſecuti ſunt. Vetus interpres Latinus eandem expreſſit: *acci-*

dentis vero in eo, quod quale quiddam, vel quomodo se habens: Edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. ἢ πῶς ἔχον ἐστί. Codd. q. teste Pacio: ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορεῖσθαι, ἢ πῶς ἔχον ἕκαστον· quae lectio haud dubie e glossa profecta est.

CAP. XVI.

§. 5. Ἔτι) Codd. q. habent διό.

§. 7. Ἐξαρκοῦσιν αὗται) In edd. Casauboniana antiquioribus legitur καὶ αὗται· sed abest καὶ a MSS. Pacii, & sensum turbat.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ARGUMENTUM
CATEGORIARUM
S. PRAEDICAMENTORUM.

VIDETUR Aristoteles libros logicos, quos nunc habemus, eo consilio scripsisse, ut *scientiae integrae* rationem & locum illi obtinerent, ad explorandam totius cognitionis humanae veritatem & certitudinem, quatenus ea ab ipsa mentis natura eiusque legibus & limitibus pendet; quapropter etiam haud vituperandum est *Organi* s. *Instrumenti* nomen, quo & vetustiores interpretes Graeci & recentiores eos omnes complexi sunt, licet Stagirita ipse neque isto nomine usus sit, neque omnino generali appellatione eos unquam citaverit. Certe probabile est, libros Organo vulgo accenseri solitos, [1] ut Categorias, librum de Interpretatione, Analytica priora & posteriora, Topica & Elenchos sophisticos, singulare & absolutum quoddam opus componere; nam eorum argumentum, & regularum series, quae se ordine excipiunt, & universum logices ambitum utique emetiuntur, etiamsi hoc non probarent, initio Elenchorum sophisticorum [2] artis logicae conspectum ita dat philosophus, ut simul libros laudet, in quibus singula explicuerit, ad alios tamen, praeter Organi nostri libros, plane non respiciat. Non igitur existimandum est, libros commemoratos immerito Organi, ut perfecti operis, nomine insigniri, utpote quibus

1 Referenda esse ad Organon nonnulli voluerunt *Rhetorica* quoque & *Poëtica*; quae quidem opinio per se non habet, quod magnopere reprehendas, nulla tamen aut Aristotelis aut Graeci cuiusdam interpretis auctoritate nititur. Vid. Hilden. Comment. in Organ. Vol. I, p. 103.

2 Elench. Sophist. c. II.

artis logicae, qualem quantam Aristoteles docuit, non nisi pars contineatur, deperditis quippe multis logici argumenti libris, a Diogene Laërtio, Anonymo Vitae Aristotelis auctore, aliisque enumeratis.

Cur vero *liber Categoriarum* s. *de praedicamentis* Organi primus sit, ex ipso eius fine declarato statim elucescet. *Logicam* omnino Aristoteles definit *artem ratiocinandi*, s. *syllogismos conficiendi, ut discernatur verum a falso*. Topic. I, 14. Analyt. post. I, 10. Non semper eodem, quo logicam, sensu, accipit artem *dialecticam*: nonnunquam enim sub hac *artem disserendi* tantum intelligit, logicae non nisi *partem*, Topicis comprehensam. Analyt. poster. I, 22. Auscultatt. phys. III, 7. Idcirco etiam interpretes Graeci, ne nomina confunderent, *logicam*, totam ratiocinandi artem, a *dialectica*, eius parte, sollicite distinxerunt. Quoniam autem logica de syllogismo agit, explicari ea necesse est primo *partes syllogismi per se consideratas*, deinde *syllogismum ipsum*, tam in universum, quam speciatim. Partes syllogismi per se consideratae sunt *vocabula*, aut singula, aut inter se connexa. Vocabula *notiones* sive animi conceptus significant. Notiones duplicis generis sunt: nam spectant vel ad *res ipsas* ut illae *sunt*, v. c. hominem, arborem, plantam, & eo respectu vocantur *primae notiones*; vel ad *res* ut illae *intelliguntur*, v. c. notiones generis, speciei, attributi, subiecti, & hoc respectu vocantur *secundae notiones*, quae tamen primis illis nituntur, nec sine illis animo concipi possunt. Iam vero logica non tam circa primas rerum notiones, quam circa secundas versatur, i. e. non tam occupatur rebus, quatenus *sunt* in rerum natura, sed quatenus illis aliquid animo conceptum attribuitur; etenim logici non interest scire, utrum homo, arbor, planta *sit*, sed an horum unum ad genus aliquod, aut ad aliquam speciem referri, sive an dici possit subiectum vel attributum, sive quomodo e pluribus secundis notionibus coniunctis nascantur propositio, definitio, syllogismus. Quamobrem, cum de elementis logicis, i. e. de partibus syllogismi per se consideratis dicendum sit, ante omnia tradi oportet, quatenus vocabula *omnino* significent *notiones primas*, quibus quidem notiones secundae superstructae sunt. Vocabula ad primas notiones certa quadam ratione omnino applicanda

dicuntur *Categoriae* ſ. Praedicamenta; veluti vocabula *Subſtantia* & *Qualitas* praedicamenta ſunt, quorum alterum ſignificat rem, quatenus illa *eſt per ſe*, non per accidens, adeoque unicuique rei attribui poteſt, alterum rem, *qualis* illa eſt, adeoque in omnes res cadit, quoniam omnibus qualitas convenit. Differunt categoriae ſ. praedicamenta a categorematibus ſ. praedicabilibus, quae Porphyrius in Introductione ad Chryſaorium perſecutus eſt, ita, ut *illa* complectantur *plura*, ex quibus, quaſi ex partibus, conſtant, *haec* vero *unum* tantum indicent. Categoria ſubſtantiae, ut Totum aliquod conſiderata, complectitur rerum genera, ſpecies, & individua; etenim individua primae ſubſtantiae, ſpecies & genera rerum ſecundae ſubſtantiae vocantur; categorema vero aut genus, aut ſpeciem, aut individuum, aut proprium, aut accidens exprimit; ergo ſemper Unum quiddam, neque plura. Praeterea, ubi de categoriis loquimur, primas ſemper notiones, res, ut illae res ſunt, deſignantes; intuemur, nam *ſubſtantia*, *quantum*, *quale*, in rem quamcunque, ut rem, cadunt; ubi vero de categorematibus ſermo eſt, ſpectamus ſemper ad ſecundas notiones, velut generis, ſpeciei, proprii, accidentis & cet. Categoriae igitur ſi vocabula ſunt, quae omnino rerum notiones primas quaſcunque attinent, ſi porro notiones rerum ſecundae ſine primis illis animo concipi nequeunt, patet, doctrinam de illis toti Logicae Ariſtotelicae fundamento inſervire, hancque ab illa exordium ſumere. Explicationem autem partium ſyllogiſmi, quatenus illae ſunt primae notiones, univerſae Logicae ſubſtratam, excipit deinde explicatio partium ſyllogiſmi, quatenus illae ſunt ſecundae notiones; & haec quidem in *libro de Interpretatione* ab Ariſtotele propoſita eſt. Tum demum deſcribitur ſyllogiſmus ipſe; in genere in *Analyticis*, in ſpecie in libris Organi ſequentibus, ut ſyllogiſmus dialecticus in *Topicis*, & ſophiſticus ſeu captioſus in *Sophiſticis elenchis*.

Fuere ex recentioribus Criticis [1], qui librum Categoriarum, qualem nunc legimus, Ariſtoteli abiudicantes, aut totum ſuppoſititium & a Pythagorico quodam philoſopho contextum eſſe dicerent, aut non ipſum Ari-

1 Fr. Patric. diſcuſſ. Peripat. Tom. I, lib. III, pag. 20. Conf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II, pag. 109.

ſtotelis librum nos habere opinarentur, ſed paraphraſin eius olim exſtantem Andronici Rhodii; quare incumbere mihi videtur, ut, argumentum libri priuſquam latius declarem, illum Ariſtoteli vindicare annitar. Quae mihi innotuere rationes, ad eius ſinceritatem impugnandam prolatae, non ita comparatae ſunt, ut propter eas in ſententiam, qua ſpurium eſſe contenderunt, ire me oportere ratum habeam. Nam quae Ammonius Hermeae tradidit, attributos eſſe Ariſtoteli Stagiritae aliorum Ariſtotelum libros; fuiſſe etiam in antiquitate plures *Categoriarum* nomine inſcriptos atque pro Ariſtotelicis venditatos; ſcripſiſſe porro, praeceptorem imitandi cauſa, Ariſtotelis diſcipulos quoque Categorias, libros de Interpretatione, & Analytica, quae ſcripta ut cum Ariſtotelicis confunderentur, facile utique fieri potuiſſe 1; poſitum denique eſſe Ptolemaeo Philadelpho ab hominibus lucri avidis allatis libris Ariſtotelicis, hoc nomen falſo in fronte gerentibus, reperta narrari in bibliotheca Alexandrina 2, & in aliis, Categoriarum volumina duo, quorum illud, quod ad nos pervenit, pro germano habitum ſit 3; ex iis omnibus ad libri ſinceritatem labefactandam peti parum aut nihil poteſt. Categorias a Theophraſto compoſitas non confuſas eſſe cum Ariſtotelicis iam hoc docet, quod Alexander Aphrodiſienſis illas in manibus adhuc habuit, & ut Theophraſti librum diſerte lauda-

1 Ammon. ad Ariſtot. Categ. fol. 3, a. τρεῖς γὰρ ἀφορμαὶ γεγόνασι τοῦ νοθεύεσθαι τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους· μία μέν, ἡ ὁμωνυμία, γεγόνασι γὰρ καὶ ἕτεροι Ἀριστοτέλεις, ὧν τὰ συγγράμματα διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τινὲς ἀνόμασαν Ἀριστοτέλους· δευτέρα δέ, ἡ τῶν συγγραμμάτων ὁμωνυμία· οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ κ. τ. λ. Cf. id. ad Porphyr. Iſag. fol. 10, b.

2 Ammonii locum huc ſpectantem enotatum vide in Heynii Opuſc. Acad. Vol. I, p. 129 not. Alio loco fol. 4, b. ad Categor. Ammonius perhibet, non in bibliotheca ſola Alexandrina, ſed etiam in aliis, duo Categoriarum volumina inveniri. Conf. Io. Philopon. ad Analytic. pr. fol. 2, a.

3 Alterum forte illud Categoriarum volumen fuit, cuius ex Adraſti libro περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων, deſcriptionem dedit Simplicius ad Categ. fol. 4, b. lin. 4 a fine. Ferri tradit ibi praeter noſtrum Categoriarum librum & alium ut Ariſtotelicum, cuius dictionem pariter ac noſtri brevem eſſe ait & conciſam, ſectiones parum diverſas, verſuum numerum eundem, & principium: Τῶν ὄντων τὸ μὲν ἐστί ---.

vit. [1] Eudemus & Phanias vero scripserunt alios quoque libros, qui, eodem licet nomine inscripti, quo Aristotelici, cum his tamen non confusi sunt: cur ergo de eorum Categoriis tale quid statuamus, certioribus alioquin argumentis deficientibus? Alterum, quod libro obiiciunt, fuisse duo Categoriarum exemplaria diversa in bibliotheca Alexandrina, adeoque omnem nostri libri fidem a scrioris cuiusdam qualicunque iudicio pendere, saltem, uter illorum duorum vere Aristotelis fuerit, incertos nos fluctuare, non magis valet. Primum enim ipse Ammonius adiicit, habitum esse nostrum pro germano, & quia tam dictio quam sententiae in eo sint Aristotelis ingenio & elocutioni congruae, & quia in aliis πραγματείαις rerum in eo tractatarum saepe meminerit philosophus. Deinde Categoriae Aristotelis, quas nos dicimus, non solum in lucem protractae sunt ex bibliotheca Alexandrina, sed accepit eas quoque ex bibliotheca Sullana per Tyrannionem Andronicus, qui, si dubiae fidei fuissent, sane omnium primus dubitare de earum sinceritate debuisset, a quo tamen tam longe abfuit, ut potius ipse eas commentario explanaverit, cuius fragmenta ab Ammonio, Simplicio & Philopono in suis commentariis servata sunt. Unde etiam in oculos incurrit, falsam esse virorum doctorum opinionem, qui Categorias nostras non ipsum Aristotelis librum, sed Andronici paraphrasin libri iam olim deperditi esse crediderunt: nam interpretes modo laudati, ipso Andronici commentario usi, eum a nostro Categoriarum libro satis distinxerunt. Patricii denique argumentum adversus libri sinceritatem adductum, quod in ceteris Aristotelis scriptis, inprimis in Metaphysicis [2], singula quidem praedicamenta memorata occurrant, nullibi autem Categoriarum *liber* ab ipso philosopho laudatus sit, omnium leviſſimum est; id quod sibi unusquisque persuadebit, apud animum reputans, continere Categorias prima disciplinae Aristotelicae elementa, & omni iure ab auditoribus, in quorum usum Metaphysica scripta sint, exspectare potuisse Aristotelem, ut, si quando categorias innueret, isti scirent, quid illae significarent, adeoque eum facile supersedisse ci-

1 Ad Aristot. Topic. p. 83.

2 Loca ex Metaphysicis laudata vide apud Patric. discuss. Perip. T. I, lib. IV, p. 40.

tatione libelli, ubi earum vim copiosius declaraverat: quae eadem causa fuit, cur philosophus, cum in Topicis serie rerum eo delatus categorias breviter perstringeret [1], ad singularem libellum, quo eas iam antea complexus esset, non provocaret; ut igitur ex silentio Aristotelis hactenus adversus libri sinceritatem colligi nihil possit. Maiorem aliquantum probabilitatem in se habet Andronici Rhodii aliorumque opinio [2], partem Categoriarum posteriorem inde a cap. VIII, in vulgatis editionibus nomine *hypotheoriae* insignitam, (prior pars vocatur *protheoria*,) alienam a libri consilio & a seriori quodam adsutam esse; quandoquidem ipsae decem categoriae priori iam parte absolutae sunt, & reperiuntur quoque in posteriori nonnulla, quae cum definitionibus alibi datis minus conveniunt. 3 Sed fac esse postpraedicamenta spuria, non idem tamen de ipsis Categoriis statuendum est.

Vindicato Aristoteli libro, quale genus, sive exotericum, sive acroamaticum agnoscat ille, breviter quoque monere liceat. Et quidem libri inscriptio cum apud antiquos iam interpretes varia feratur, (teste enim Simplicio 4 Adrastus Aphrodisiensis ei inscripsit, *πρὸ τῶν Τοπικῶν*, quasi illum introductionem in Topica esse putaverit; alii eum insigniverunt, *περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος*· alii, *περὶ τῶν δέκα γενῶν*· alii, *κατηγορίαι δέκα*· alii simpliciter, *κατηγορίαι*, quorum partibus, improbata maxime Adrasti inscriptione, se addicit ipse interpres) unice iudicium redire necesse erit ad libri indolem & res tractandi modum in eo observatum, quo inprimis differre libros acroamaticos ab exotericis supra monstrare conatus sum. Quem accuratius si expendas, non solum ingenii Aristotelici subtilitatem dictionisque brevitatem facile animadvertes, sed etiam mox tibi apparebit, in eo rerum ipsarum naturam indagare & expli-

1 Aristot. Topic. I, 7.

2 Simplic. ad Aristot. Categ. fol. 95, b. Z. *Ἀλλὰ πρῶτον ζητητέον, τί δή ποτε ἐπὶ τῷ τέλει τῶν κατηγοριῶν ταῦτα προσκειται. τινὲς μὲν γὰρ, ὧν καὶ Ἀνδρόνικός ἐστι, παρὰ τὴν πρόθεσιν τοῦ βιβλίου προσκεῖσθαι φασὶν ὑπό τινος ταῦτα κ. τ. λ.* ubi desudat interpres in ista opinione refutanda.

3 Cf. v. c. cap. XI de motus speciebus cum iis, quae Aristoteles ausc. phys. lib. V disputavit.

4 Simplic. ad Categor. fol. 4, a, Γ.

care Aristotelem, nec categoriarum nomina tantum definire, & exemplis undecunque desumtis leviter illustrare, verum causas quoque non negligere, cur praedicamenta talia, nec alia sint. Igitur methodum theologicam sive demonstrativam, quae peculiarem librorum acroamaticorum proprietatem efficit, ad doctrinam categoriarum philosophus adhibuit; unde sequitur, librum de Categoriis in *acroamaticorum* numerum referendum esse.

Iam ad argumentum libri de Categoriis diligentius enucleandum accedamus. Viam primo sibi muniit philosophus datis definitionibus terminorum nonnullorum, quorum usus ipsi erat necessarius; tum enumeravit & in universum declaravit categorias, easque deinceps singulas persecutus est, videlicet Substantiam, Quantitatem, Relationem, Qualitatem, & sex reliquas; denique attulit ad categorias magis illustrandas pertinentia, nam eo tendunt, quae sub finem de Oppositis, Contrariis, de Priori & Posteriori, de modis Verbi simul, de Motu, & de modis Habendi dicta sunt. Numerus *decem* categoriarum ex divisione *entis* ab Aristotele facta derivandus est. 1) Ens aut est *primum*, aut *a primo ortum*. 2) Quod *primum* est, aut *per se est*, aut *per accidens*. Ad ens per se spectat categoria *substantiae* (I). 3) Ens per accidens aut a *materia* substantiae oritur, & dividi potest; hinc exsistit categoria *quantitatis* (II); aut a *forma* substantiae, & dividi non potest; hinc exsistit categoria *qualitatis* (III); aut a relatione substantiae ad aliud, unde gignitur categoria *relationis* (IV). 4) Quod *a primo ortum* est, oritur aut a substantia cum quantitate, aut a substantia cum qualitate, aut a substantia cum relatione coniuncta. 5) Quantitatis duae species sunt, *locus* & *tempus*. Quatenus substantia cum quantitate est *in loco*, exsistit categoria *Ubi* (V); quatenus autem est *in tempore*, categoria *Quando* (VI). 6) Ex substantia cum qualitate enascuntur categoriae *Agere* (VII) & *Pati* (VIII), nam per qualitatem substantia agit & patitur. 7) Ex substantia denique cum relatione partium corporis inter se enascitur categoria *situs* (IX), & cum relatione ad externum quid categoria *Habere* (X). In numero quidem categoriarum non semper sibi constat Aristoteles. Eundem numerum reperimus in Topic. I, 9; verum in Anal. poster. I, 22, & in Metaphys. IV, 7,

omittuntur duae, nempe Habere & Situm esse, nec non in Ausc. phys. V, 1, etiam categoria Quando ab emendatioribus exemplaribus abest. Enimvero assenserim equidem Iulio Pacio (Comment. Anal. in Organ. pag. 22), ex mente Aristotelis non nisi *quatuor* rerum categorias esse affirmanti; nam ens aut est per se (substantia), aut per accidens; accidens vel est absolutum vel relatum; sin absolutum, aut a substantiae materia ortum ducit, & dividi potest (quantitas), aut a forma, nec dividi potest (qualitas); sin relatum, exsistit categoria ad aliquid, ad quam reliquae sex facile referuntur. *Ubi* significat rationem rei locatae ad locum, *Quando* rei ad tempus, *Situm esse* relationem partium corporis ad se invicem, *Agere, Pati* & *Habere* relationem agentis, patientis, & habentis, ad aliquid externum. Quatuor igitur Categoriae sunt praecipuae; nam ad quartam reliquae sex reducuntur, & quoniam hae quasi partes quartae sunt, idcirco earum nonnullae interdum ab Aristotele praetermissae sunt. Omnino autem veneror iudicium, quod in universum de philosophi Stagiritae tentamine inveniendi & definiendi categorias, iisque Logicen superstruendi, tulit *Kant*, Vir meritorum in philosophiam laude & fama inter nos florentissimus, in libro inscripto: *Kritik der reinen Vernunft* pag. 81. Ceterum quo commodius a lectoribus percipiantur Aristotelis de categoriis placita, idem facere liceat, quod in argumento Isagoges Porphyrianae fecimus, ut singulas regulas, a philosopho propositas, in tabulae speciem proferamus.

Regulae.

Aequivocorum solum *nomen* commune est, *ratio* & *definitio* diversa.

Univocorum & *nomen* & *definitio* communis est.

Denominativa, ab aliquo solo casu differentia, secundum nomen illius appellationem habent.

Substantiae universales in subiecto non sunt, de subiecto dicuntur.

Accidentia particularia in subiecto sunt, de nullo subiecto dicuntur.

Accidentia universalia & in subiecto sunt, & de subiecto dicuntur.

Subſtantiae ſingulares nec in ſubiecto ſunt, nec de ſubiecto dicuntur.

Quando alterum de altero ut de ſubiecto dicitur, quidquid de praedicato illius ſubiecti dicitur, id omne etiam de ſubiecto dicetur.

Eorum, quae ſubalterna genera non ſunt, cum diverſa ſint genera, diverſae ſunt ſecundum ſpecies differentiae.

Quorum tamen alterum ſub altero genus ponitur, horum nihil impedit, quo minus eaedem ſint differentiae.

Superiora de inferioribus generibus praedicantur.

Categoriae ſecundum nullam complexionem dicuntur.

Categoriae per ſe nihil affirmant aut negant; ſi vero inter ſe coniungantur, affirmatio inde aut negatio oritur.

Nullum eorum, quae ſecundum nullam complexionem dicuntur, verum aut falſum eſt.

De categoria Subſtantiae.

Prima ſubſtantia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto dicitur.

Primae ſubſtantiae in ſecundis tanquam in ſpeciebus aut generibus inſunt.

Eorum, quae de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt & nomen & definitionem de ſubiecto praedicari.

Eorum, quae in ſubiecto ſunt, in plurimis neque nomen, neque definitio de ſubiecto praedicatur.

Species magis eſt ſubſtantia, quam genus.

Primae ſubſtantiae omnibus ſubiiciuntur, & omnia de his praedicantur.

Specierum, quae genera non ſunt, nulla magis ſubſtantia eſt, quam altera.

Nulla ſubſtantia eſt in ſubiecto.

Eorum, quae in ſubiecto ſunt, nomen praedicari de ſubiecto nihil impedit, at definitio praedicari non poteſt.

Secundae ſubſtantiae & nomine & definitione de ſubiecto praedicantur.

Differentia non eſt in ſubiecto.

Partes ſubſtantiarum ſubſtantiae ſunt.

Differentiae & ſecundae ſubſtantiae praedicantur univoce.

Omnis ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare.

Subſtantiis nihil eſt contrarium.

Subſtantia non recipit magis aut minus.

Subſtantia cum unum quid & idem numero ſit, contraria recipit.

Quia res eſt aut non eſt, propterea oratio vera aut falſa eſt.

De categoria Quantitatis.

In continuis Quantis partium terminus communis eſt, quo partes connectuntur.

In diſcretis Quantis terminus nullus eſt communis, quo partes connectuntur.

Lineae, ſuperficiei, corporis, partes permanentes ſunt.

Numeri, temporis, orationis, partes permanentes non ſunt.

Hae Quantitates proprie dictae quantitates, reliquae per accidens.

Quanto nihil eſt contrarium.

Unum & idem accidit magnum & parvum eſſe.

Quanto ſi quid contrarium, loco quid contrarium dicetur.

Contraria definiunt, quae in eodem genere plurimum diſtant.

Quantum non recipit magis aut minus.

Quanta vel aequalia vel inaequalia dicuntur.

De categoria Relationis.

Relata dicuntur, quae, quidquid ſunt, aliorum dicuntur.

Poſitiones ad categoriam relationis pertinent.

In relatis contrarietas ineſt, quae tamen non omnibus competit.
Relata recipere magis & minus videntur.
Omnium relatorum reciproce alterum de altero praedicatur.
In converſione relatorum aliquando non fit eodem caſu converſio.
Ut relativi correlativum habeatur, aliquando nomen fingendum eſt; nomen autem tum a fundamento, tum a relativo fingendum eſt.
Ut relativa convertantur, proprium correlativum inveſtigandum eſt.
Relativa ſimul ſunt natura; in relatis tamen imperfectis hoc verum non eſt.
Subiecto ſcibili ſublato, non eſt ſcientia.
Animali aut homine ſublato, non eſt ſcientia.
Nec ſubſtantia prima ipſa tota, nec pars ſubſtantiae, relata dicitur.
De ſubſtantiis etiam ſecundis idem valet.
Relata ſunt, quae, quod ſunt, aliorum ſunt.
Relatis *eſſe* hoc eſt, ut ad aliud quodammodo affecta ſint.
Si quis unum definite ſciverit relativum, & alterum ſciet.

De categoria Qualitatis.

Qualitas dicitur, ſecundum quam quales dicimur.
Habitus & *diſpoſitio* differunt diuturnitate temporis.
Ubi habitus, ibi diſpoſitio, non vice verſa.
Alterum genus qualitatis eſt ſecundum potentiam naturalem & impotentiam.
Tertiae ſpeciei patibiles qualitates dicuntur, quod in ſenſu paſſionis cauſae ſint.
Quaecunque ab affectibus non facile mobilibus oriuntur, qualitates patibiles dicuntur.
Quaecunque a facile diſſolvendis oriuntur, πάθη & paſſiones vocantur.
Secundum animam quoque patibiles qualitates & paſſiones dicuntur.
Quicunque vel a prima nativitate oriuntur, vel con-

tra naturam fiunt, motus, ſi mutari nequeant, patibiles qualitates dicuntur.
Quartae ſpeciei qualitates ſunt figura & forma, ut rectitudo & obliquitas.
Denſum, tenue, aſperum, glabrum, non tam qualitates ſunt, quam διάθεσις & relata.
Qualia dicuntur, quae a qualitatibus denominantur, aut quocunque modo aliter.
In quibuſdam, qualitati quia nomen poſitum non eſt, ideo non dicuntur qualia denominate.
In nonnullis ut qualitas nomen habeat, tamen inde non denominatur aliquid.
Contrarietas ineſt qualitatibus, quod tamen non omnibus accidit.
Qualitates recipiunt magis & minus.
Denominata a qualitatibus ſine controverſia recipiunt magis & minus, de qualitatibus aliquando dubium eſt.
Figurae non recipiunt magis & minus.
Similitudo & diſſimilitudo qualitatibus convenit.

De reliquis ſex categoriis.

Agere & pati contrarietatem recipiunt.
Agere & pati recipiunt magis & minus.
Situm eſſe denominative a poſitione dicitur.

De Oppoſitis.

Quatuor modis unum alteri opponi dicitur.
Quae ut relata opponuntur, ipſa, quidquid ſunt, oppoſitorum eſſe dicuntur, aut quocunque modo aliter ad ipſa.
Contrarie oppoſita, quidquid ſunt, non dicuntur aliorum eſſe.
Immediata contraria ſunt, quorum alterum ſubiecto ineſſe neceſſe eſt.
Mediata, quorum non eſt neceſſe alterum adeſſe.
In mediatis contrariis quibuſdam nomina mediis poſita ſunt, in quibuſdam non ſunt.
Quibus poſitum nomen non eſt, haec negatione utriuſque termini efferuntur.
Habitus & privatio circa unum dicuntur.

Privari tum dicitur, cum & *in quo* natum eſt habere, & *quo tempore* natum eſt habere, non habet.
Privatio & habitus, privatum eſſe & habere, non eſt idem.
Negatum aut affirmatum eſſe, & negatio ac affirmatio, non eſt idem.
Privativa non dicuntur, quidquid ſunt, aliorum eſſe.
Privativa non dicuntur converſim.
Quibus naturaliter etiam unum mediatorum contrariorum ineſt, alterum ineſſe nequit.
Non eſt neceſſe, ut privatio & habitus ſemper adſint.
Privatio & habitus utrumque tum, cum nondum aptum eſt ſubiectum, abeſſe poteſt.
Nec privatio, nec habitus, definite certo ſubiecto adſunt.
E contrario uno in aliud mutatio fieri poteſt (quod tamen de mediatis tantum intelligendum eſt).
E bono in malum, e malo in bonum, ob conſortia ſeu bona ſeu mala, fit mutatio.
Ab habitu in privationem fit mutatio.
Sola oppoſitio affirmationis & negationis verum & falſum diſcernit.
Omnino in iis, quae ſecundum nullam dicuntur complexionem, nec verum eſt nec falſum.
In contrariis ſi ſubiectum ſit, non eſt neceſſe utrumque verum eſſe.
In contrariis ſi res non ſit, utrumque falſum erit.
In privatione & habitu ſimiliter.
Bono malum contrarium eſt ex neceſſitate, malo autem tum malum tum bonum contrarium.
Inter contraria uno poſito non eſt neceſſe alterum poni.
Contraria circa idem aut genere, aut ſubiecto oriuntur.
Neceſſe eſt omnia aut in uno genere, aut in diverſis eſſe, aut ipſa genera eſſe.
Bonum, malum, non ſunt *in genere*, ſed *aliorum genera* ſunt.

De Priori.

Prius quatuor modis dicitur.
Prius tempore dicitur, ſecundum quod ſenior quis aut vetuſtius quid dicitur,

Secundo modo prius dicitur, quod positum non ponit.
Tertio modo prius dicitur secundum ordinem scientiarum & orationum.
Quarto modo prius est, quod melius & dignius est.
Praeterea prius dicitur, quod cum ad aliud sequatur, idque iterum inferat, illius, ad quod sequebatur, quocunque modo causa est.

De modis verbi Simul.

Simul dicitur simpliciter quidem, cuius generatio eodem tempore fit.
Naturâ Simul dicuntur, quaecunque posita Simul ponunt, ablata Simul auferunt.
Et Simul naturâ dicuntur tum differentiae, tum species unius generis.

De Motu.

Motus species sex sunt: generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, motus localis.
Cum reliquae species diversae sint, alteratio maxime dubium movet.
Et sine reliquis motibus aliquid alterari potest, & reliquis speciebus motus moveri, non tamen alterari.
Motui quies contraria est.

De modis Habendi.

Habere octo, forte & pluribus, modis dicitur.
Modus, quo vir uxorem habet, omnium habendi modorum alieniſſimus est.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ

ΚΕΦ. α'.

ΠΕΡΙ ΟΜΩΝΥΜΩΝ, ΣΥΝΩΝΥΜΩΝ, ΠΑΡΩΝΥΜΩΝ.

Ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινόν· ὁ δὲ [κατὰ τοὔνομα] λόγος [τῆς οὐσίας] ἕτερος· οἷον ζῷον, ὅ, τε ἄνθρωπος καὶ τὸ γεγραμμένον. τούτων γὰρ ὄνομα μόνον κοινόν· ὁ δὲ [κατὰ τοὔνομα] λόγος [τῆς οὐσίας] ἕτερος· ἐὰν γὰρ ἀποδιδῷ τις, τί ἐστιν ἑκατέρῳ αὐτῶν τὸ ζῴῳ εἶναι, ἴδιον ἑκατέρου λόγον ἀποδώσει. 2 Συνώνυμα δὲ λέγεται, ὧν τό, τε ὄνομα κοι-

ARISTOTELIS CATEGORIAE
s. LIBER DE PRAEDICAMENTIS.

CAP. I.

De homonymis, synonymis & paronymis.

Homonyma (*aequivoca*) dicuntur, quorum nomen ſolum commune eſt, at [ſecundum illud nomen] definitio [ſubſtantiae] diverſa, v. c. animal, tum hominem (*ſignificare poteſt*), tum pictum (*animal*). Horum enim nomen ſolum commune eſt, at [ſecundum illud nomen] definitio [ſubſtantiae] diverſa: nam ſi quis explicet, quid ſit utrique illorum, cuius ratione animal ſit, propriam utriuſque definitionem afferet. 2 Synonyma (*univoca*) autem dicuntur, quorum & commu-

νὸν, καὶ ὁ [κατὰ τοὔνομα] λόγος [τῆς οὐσίας] ὁ αὐτός· οἷον ζῷον, ὅ, τε ἄνθρωπος, καὶ ὁ βοῦς. τούτων γὰρ ἑκάτερον κοινῷ ὀνόματι προσαγορεύεται ζῷον· καὶ ὁ λόγος δὲ [τῆς οὐσίας] ὁ αὐτός· ἐὰν γὰρ ἀποδιδῷ τις τὸν ἑκατέρου λόγον, τί ἐστιν ἑκατέρῳ αὐτῶν τὸ ζῴῳ εἶναι, τὸν αὐτὸν ἀποδώσει λόγον. 3 Παρώνυμα δὲ λέγεται, ὅσα ἀπό τινος διαφέροντα τῇ πτώσει τὴν [κατὰ τοὔνομα] προσηγορίαν ἔχει· οἷον ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικὸς, καὶ ἀπὸ τῆς ἀνδρείας ὁ ἀνδρεῖος.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ.

Τῶν λεγομένων τὰ μὲν κατὰ συμπλοκὴν λέγεται· τὰ δὲ ἄνευ συμπλοκῆς. τὰ μὲν οὖν κατὰ συμπλοκήν· οἷον ἄνθρωπος τρέχει, ἄνθρωπος νικᾷ· τὰ δὲ ἄνευ συμπλοκῆς· οἷον ἄνθρωπος, βοῦς, τρέχει, νικᾷ.

ne nomen eſt, & [ſecundum illud nomen] definitio [ſubſtantiae] eadem, v. c. animal, & hominem & bovem (*ſignificare poteſt*). Horum enim quodque communi nomine animal dicitur, & definitio [ſubſtantiae] eſt eadem: nam ſi quis explicet, quid utrique horum ſit, cuius ratione animal ſit, eandem reddet definitionem. 3 PARONYMA (*denominativa*) vero dicuntur, quaecunque differentia caſu ab aliquo [ſecundum nomen] appellationem habent, ut a Grammatica Grammaticus & a fortitudine fortis.

CAP. II.

De iis, quae dicuntur.

Eorum, quae dicuntur, alia per coniunctionem dicuntur, alia ſine coniunctione. Per coniunctionem, v. c. homo currit, homo vincit; ſine coniunctione autem, v.

2 Τῶν ὄντων τὰ μὲν καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ οὐδενί ἐστιν· οἷον ὁ ἄνθρωπος καθ' ὑποκειμένου μὲν λέγεται τοῦ τινος ἀνθρώπου, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ οὐδενί ἐστι. Τὰ δὲ ἐν ὑποκειμένῳ μέν ἐστι, καθ' ὑποκειμένου δὲ οὐδενὸς λέγεται· (ἐν ὑποκειμένῳ δὲ λέγω, ὃ ἔν τινι μὴ ὡς μέρος ὑπάρχον, ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν·) οἷον ἡ τὶς γραμματικὴ ἐν ὑποκειμένῳ μέν ἐστι τῇ ψυχῇ, καθ' ὑποκειμένου δὲ οὐδενὸς λέγεται· καὶ τουτὶ τὸ λευκὸν ἐν ὑποκειμένῳ μέν ἐστι τῷ σώματι, (ἅπαν γὰρ χρῶμα ἐν σώματι,) καθ' ὑποκειμένου δὲ οὐδενὸς λέγεται. Τὰ δὲ καθ' ὑποκειμένου τε λέγεται, καὶ ἐν ὑποκειμένῳ ἐστίν· οἷον ἡ ἐπιστήμη ἐν ὑποκειμένῳ μέν ἐστι τῇ ψυχῇ, καθ' ὑποκειμένου δὲ λέγεται τῆς γραμματικῆς. Τὰ δὲ οὔτε ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶν, οὔτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται· οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ τὶς ἵππος· οὐδὲν γὰρ τῶν τοιούτων οὔτε ἐν ὑποκειμένῳ

c. homo, bos, currit, vincit. 2 Eorum, quae ſunt, alia de ſubiecto aliquo dicuntur, in ſubiecto vero nullo ſunt; v. c. homo de ſubiecto dicitur de quodam homine, in ſubiecto autem nullo eſt. Alia vero in ſubiecto quidem ſunt, at de ſubiecto nullo dicuntur; (in ſubiecto autem eſſe dico, quod in alio non ut pars illius exſiſtens, nunquam tamen eſſe poteſt ſeparatum ab illo, in quo eſt;) ut quaedam Grammatica in ſubiecto eſt in anima, at de ſubiecto nullo dicitur; & hoc album in ſubiecto quidem eſt in corpore, (omnis enim color in corpore eſt) at de nullo ſubiecto dicitur. Alia de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt, ut ſcientia in ſubiecto eſt in anima, & de ſubiecto dicitur de Grammatica. Alia denique nec in ſubiecto ſunt, nec de ſubiecto dicuntur, ut hic ille homo, hic ille equus: nullum enim il-

ἐστὶν, οὔτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται. Ἁπλῶς δὲ τὰ ἄτομα καὶ ἓν ἀριθμῷ κατ' οὐδενὸς μὲν ὑποκειμένου λέγεται, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ ἔνια οὐδὲν κωλύει εἶναι. ἡ γάρ τις γραμματικὴ τῶν ἐν ὑποκειμένῳ μέν ἐστι, καθ' ὑποκειμένου δὲ οὐδενὸς λέγεται.

Cap. III ed. Casaub.

3 Ὅταν ἕτερον καθ' ἑτέρου κατηγορῆται, ὡς καθ' ὑποκειμένου· ὅσα κατὰ τοῦ κατηγορουμένου λέγεται, τοσαῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου ῥηθήσεται· οἷον ὁ ἄνθρωπος κατὰ τοῦ τινος ἀνθρώπου κατηγορεῖται· τὸ δὲ ζῷον κατὰ τοῦ ἀνθρώπου· οὐκοῦν καὶ κατά τινος ἀνθρώπου τὸ ζῷον κατηγορηθήσεται· ὁ γάρ τις ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπός ἐστι καὶ ζῷον. 4 Τῶν ἑτέρων γενῶν καὶ μὴ ὑπάλληλα τεταγμένων ἕτεραι τῷ εἴδει καὶ αἱ διαφοραί· οἷον ζῴου καὶ ἐπιστήμης. ζῴου μὲν γὰρ διαφοραὶ, τό, τε πεζὸν, καὶ τὸ δίπουν, καὶ τὸ πτηνὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον· ἐπιστήμης δὲ οὐδεμία τούτων.

lorum aut in ſubiecto eſt, aut de ſubiecto quopiam dicitur. Omnino autem individua & quidquid unum numero eſt, de ſubiecto quidem nullo dicuntur, in ſubiecto tamen eſſe quaedam nihil impedit. Haec enim Grammatica eſt quidem ex illorum genere, quae in ſubiecto ſunt, at de ſubiecto nullo dicitur.

3 Quando unum de altero praedicatur, tanquam de ſubiecto; quaecunque de illo praedicato dicuntur, illa etiam de ſubiecto dicentur; velut homo de hoc homine praedicatur, animal autem de homine; ergo & de hoc homine animal praedicabitur; hic enim homo & homo eſt & animal. 4 Generum diverſorum & quorum unum non ſub altero poſitum eſt, diverſae etiam ſunt ſecundum ſpeciem differentiae; ut animalis & ſcientiae. Animalis enim differentiae, pedeſtre, & bipes, & volatile, & aquatile ſunt; ſcientiae vero nulla harum

οὐ γὰρ διαφέρει ἐπιστήμη ἐπιστήμης τῷ δίπουν εἶναι. 5 Τῶν δέ γε ὑπάλληλα γενῶν οὐδὲν κωλύει τὰς αὐτὰς διαφορὰς εἶναι· τὰ γὰρ ἐπάνω τῶν ὑπ' αὐτὰ γενῶν κατηγορεῖται· ὥστε ὅσαι τοῦ κατηγορουμένου διαφοραί εἰσι, τοσαῦται καὶ τοῦ ὑποκειμένου ἔσονται.

6 Τῶν κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων ἕκαστον ἤτοι οὐσίαν σημαίνει, ἢ ποσὸν, ἢ ποιὸν, ἢ πρός τι, ἢ πού, ἢ ποτὲ, ἢ κεῖσθαι, ἢ ἔχειν, ἢ ποιεῖν, ἢ πάσχειν. 7 Ἔστι δὲ οὐσία μὲν, (ὡς τύπῳ εἰπεῖν,) οἷον ἄνθρωπος, ἵππος. ποσὸν δὲ, οἷον δίπηχυ, τρίπηχυ. ποιὸν δὲ, οἷον λευκὸν, γραμματικόν. πρός τι δὲ, οἷον διπλάσιον, ἥμισυ, μεῖζον. πού δὲ, οἷον ἐν ἀγορᾷ, ἐν Λυκείῳ. ποτὲ δὲ, οἷον χθὲς, πέρυσι. κεῖσθαι δὲ, οἷον ἀνάκειται, κάθηται. ἔχειν δὲ, οἷον ὑποδέδεσθαι, ὡπλίσθαι. ποιεῖν δὲ, οἷον τέμνειν, καίειν. πάσχειν

Cap. IV ed. Casaub.

(*differentia est*). Neque enim differt scientia a scientia, quod (*una alterave*) bipes sit. 5 Eorum vero generum, quorum unum sub altero ponitur, nihil impedit easdem esse differentias. Superiora enim de generibus, quae sub illis sunt, praedicantur: igitur quotquot sunt praedicati differentiae, tot etiam subiecti erunt.

6 Eorum, quae sine ulla coniunctione dicuntur, unumquodque aut substantiam significat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid (*relatum*), aut ubi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati. 7 Est autem substantia, ut universe dicamus, velut homo, equus. Quantum, ut bicubitum, tricubitum. Quale, ut album, grammaticum. Ad aliquid (*relatum*), ut duplum, dimidium, maius. Ubi, ut in foro, in Lyceo. Quando, ut heri, pridie. Situm esse, ut reclinatum est, sedet. Habere, ut calceis indutum esse, armari. Age-

δε, οἷον τέμνεσθαι, καίεσθαι. 8 Ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ, ἐν οὐδεμιᾷ καταφάσει λέγεται ἢ ἀποφάσει· τῇ δὲ πρὸς ἄλληλα τούτων συμπλοκῇ κατάφασις ἢ ἀπόφασις γίνεται. ἅπασα γὰρ κατάφασις ἢ ἀπόφασις δοκεῖ ἤτοι ἀληθὴς ἢ ψευδὴς εἶναι· τῶν δὲ κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων οὐδὲν οὔτε ἀληθὲς, οὔτε ψευδές ἐστιν· οἷον ἄνθρωπος, λευκὸν, τρέχει, νικᾷ.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ.

Cap. V ed. Casaub.

Οὐσία δέ ἐστιν ἡ κυριώτατά τε καὶ πρώτως καὶ μάλιστα λεγομένη, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν· οἷον ὅ τις ἄνθρωπος, καὶ ὅ τις ἵππος. 2 Δεύτεραι δὲ οὐσίαι λέγονται, ἐν οἷς εἴδεσιν αἱ πρώτως οὐσίαι λεγόμεναι

re, ut secare, urere. Pati, ut secari, uri. 8 Unumquodque eorum, quae enumerata sunt, ipsum per se nec affirmat quidpiam nec negat, at eorum inter se coniunctione affirmatio constituitur aut negatio. Omnis enim affirmatio aut negatio videtur aut vera aut falsa esse; quae tamen sine ulla coniunctione dicuntur, eorum nullum verum aut falsum est, ut homo, album, currit, vincit.

CAP. III.

De substantia.

Substantia propriissime & primo & maxime sic dicta est, quae neque de subiecto quopiam dicitur, nec in subiecto quopiam est; ut quidam homo, & quidam equus. 2 Secundariae autem substantiae dicuntur, in quibus speciebus primo dictae substantiae insunt; hae

ὑπάρχουσι· ταῦτά τε, καὶ τὰ τῶν εἰδῶν τούτων γένη· οἷον ὅ τις ἄνθρωπος ἐν εἴδει μὲν ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ· γένος δὲ τοῦ εἴδους ἐστὶ τὸ ζῶον· δεύτεραι οὖν αὗται λέγονται οὐσίαι, οἷον ὅ, τε ἄνθρωπος, καὶ τὸ ζῶον. 3 Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τῶν καθ' ὑποκειμένου λεγομένων ἀναγκαῖον καὶ τοὔνομα καὶ τὸν λόγον κατηγορεῖσθαι τοῦ ὑποκειμένου· οἷον ὁ ἄνθρωπος καθ' ὑποκειμένου μὲν λέγεται τοῦ τινος ἀνθρώπου· καὶ κατηγορεῖταί γε καὶ τοὔνομα· τὸν γὰρ ἄνθρωπον κατὰ τοῦ τινος ἀνθρώπου κατηγορήσεις· καὶ ὁ λόγος δὲ ὁ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τοῦ τινος ἀνθρώπου κατηγορηθήσεται· ὁ γάρ τις ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπός ἐστι καὶ ζῶον. ὥστε καὶ τοὔνομα καὶ ὁ λόγος κατὰ τοῦ ὑποκειμένου κατηγορηθήσεται. 4 Τῶν δὲ ἐν ὑποκειμένῳ ὄντων, ἐπὶ μὲν τῶν πλείστων, οὔτε τοὔνομα, οὔτε ὁ λόγος κατηγορεῖται τοῦ ὑποκειμένου· ἐπ' ἐνίων καὶ τοὔνομα μὲν οὐδὲν κωλύει κατηγορεῖσθαί ποτε τοῦ

quidem & harum ſpecierum genera; velut quidam homo in ſpecie eſt homine; genus vero ſpeciei eſt animal; ſecundariae igitur hae dicuntur ſubſtantiae, velut homo & animal. 3 Manifeſtum autem ex dictis eſt, quod eorum, quae de ſubiecto dicuntur, (*praedicatorum*,) neceſſe eſt & nomen & definitionem praedicari de ſubiecto; velut homo de ſubiecto dicitur quodam homine; & praedicatur (*de eo*) tum nomen; hominem enim de quodam homine praedicabis; tum definitio hominis de quodam homine praedicabitur; quidam enim homo & homo eſt & animal. Quare & nomen & definitio (*praedicati*) de ſubiecto praedicabitur. 4 Eorum vero quae in ſubiecto ſunt, in plurimis, neque nomen neque definitio praedicatur de ſubiecto; in nonnullis nomen quidem nihil impedit, quo minus illud praedicetur aliquan-

ὑποκειμένου· τὸν δὲ λόγον, ἀδύνατον. οἷον τὸ λευκὸν, ἐν ὑποκειμένῳ ὂν τῷ σώματι, κατηγορεῖται τοῦ ὑποκειμένου· λευκὸν γὰρ τὸ σῶμα λέγεται· ὁ δὲ λόγος ὁ τοῦ λευκοῦ οὐδέποτε κατὰ τοῦ σώματος κατηγορηθήσεται. 5 Τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἤτοι καθ' ὑποκειμένων λέγεται τῶν πρώτων οὐσιῶν, ἢ ἐν ὑποκειμέναις αὐταῖς ἐστι· Φανερὸν δὲ τοῦτο ἐκ τῶν καθέκαστα προχειριζομένων· οἷον τὸ ζῶον κατὰ τοῦ ἀνθρώπου κατηγορεῖται· οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦ τινος ἀνθρώπου κατηγορηθήσεται· εἰ γὰρ κατὰ μηδενὸς τῶν τινῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ κατὰ τοῦ ἀνθρώπου ὅλως· πάλιν τὸ χρῶμα ἐν σώματι· οὐκοῦν καὶ ἔν τινι σώματι· εἰ γὰρ μὴ ἔν τινι τῶν καθέκαστα, οὐδὲ ἐν σώματι ὅλως. ὥστε τὰ ἄλλα πάντα ἤτοι καθ' ὑποκειμένων τῶν πρώτων οὐσιῶν λέγεται, ἢ ἐν ὑποκειμέναις αὐταῖς ἐστι. μὴ οὐσῶν οὖν τῶν πρώτων οὐσιῶν, ἀδύνατον, τῶν ἄλλων τι εἶ-

do de ſubiecto; definitionem autem (*de ſubiecto praedicari*) impoſſibile eſt. Velut album in ſubiecto cum ſit corpore, praedicatur de ſubiecto; album enim corpus dicitur; at definitio albi nunquam de corpore praedicabitur. 5 Reliqua vero omnia aut de ſubiectis primis ſubſtantiis dicuntur, aut in illis ipſis ſubiectis ſunt: patet autem hoc ex ſingulis propoſitis; velut animal de homine praedicatur; ergo & de quodam homine praedicabitur; ſi enim de nullo ſingulorum hominum, neque de homine omnino (*praedicaretur*); rurſus color in corpore; ergo & in quodam corpore; nam ſi in nullo particulari corpore, nec in corpore omnino (*eſſet*). Quare reliqua omnia aut de ſubiectis primis ſubſtantiis dicuntur, aut in illis ipſis ſubiectis ſunt. Niſi ergo primae ſubſtantiae ſint, aliorum quidpiam eſſe impoſſi-

ναι. 6 Τῶν δὲ δευτέρων οὐσιῶν μᾶλλον οὐσία τὸ εἶδος τοῦ γένους ἐστίν· ἔγγιον γὰρ τῆς πρώτης οὐσίας ἐστίν. ἐὰν γὰρ ἀποδιδῷ τις τὴν πρώτην οὐσίαν, τί ἐστι, γνωριμώτερον ἂν καὶ οἰκειότερον ἀποδώσει τὸ εἶδος, ἢ τὸ γένος ἀποδιδούς· οἷον τόν τινα ἄνθρωπον ἀποδιδοὺς, γνωριμώτερον ἂν ἀποδοίη, ἄνθρωπον ἀποδιδοὺς, ἢ ζῶον· τὸ μὲν γὰρ ἴδιον μᾶλλον τοῦ τινος ἀνθρώπου, τὸ δὲ κοινότερον· καὶ τό τι δένδρον ἀποδιδοὺς, γνωριμώτερον ἀποδώσει, δένδρον ἀποδιδοὺς, ἢ φυτόν. 7 Ἔτι αἱ πρῶται οὐσίαι, διὰ τὸ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὑποκεῖσθαι, καὶ πάντα τὰ ἄλλα κατὰ τούτων κατηγορεῖσθαι, ἢ ἐν ταύταις εἶναι, διὰ τοῦτο μάλιστα οὐσίαι πρῶται λέγονται. ὡς δέ γε αἱ πρῶται οὐσίαι πρὸς τὰ ἄλλα [πάντα] ἔχουσιν, οὕτω καὶ τὸ εἶδος πρὸς τὸ γένος ἔχει· ὑπόκειται γὰρ τὸ εἶδος τῷ γένει· τὰ μὲν γὰρ

bile eſt. 6 E ſecundariis autem ſubſtantiis magis ſubſtantia eſt ſpecies, quam genus; propior enim primae ſubſtantiae eſt. Si quis enim explicet primam ſubſtantiam, quid ſit (*ea*), notius & magis proprie reſpondebit, ſi per ſpeciem, quam ſi per genus (*eam*) explicet; veluti quendam hominem explicans, evidentius explicaverit, ſi hominem dicat, quam ſi animal; illud enim magis proprium eſt cuiuſdam hominis, hoc vero communius; & quandam arborem explicans, evidentius explicaverit, ſi arborem dicat, quam ſi plantam. 7 Porro primae ſubſtantiae, quia aliis omnibus ſubiiciuntur, & alia omnia de illis praedicantur, aut in ipſis ſunt, propterea maxime ſubſtantiae primae dicuntur. Quemadmodum autem primae ſubſtantiae ad alia [omnia] ſe habent, ita quoque ſpecies ad genus ſe habet; nam ſpecies generi ſubiicitur; genera enim de ſpe-

γένη κατὰ τῶν εἰδῶν κατηγορεῖται· τὰ δὲ εἴδη κατὰ τῶν γενῶν οὐκ ἀντιστρέφει· ὥστε καὶ ἐκ τούτων τὸ εἶδος τοῦ γένους μᾶλλον οὐσία. 8 Αὐτῶν δὲ τῶν εἰδῶν, ὅσα μή ἐστι γένη, οὐδὲν μᾶλλον ἕτερον ἑτέρου οὐσία ἐστίν· οὐδὲν γὰρ οἰκειότερον ἀποδώσει κατὰ τοῦ τινος ἀνθρώπου τὸν ἄνθρωπον ἀποδιδοὺς, ἢ κατὰ τοῦ τινος ἵππου τὸν ἵππον. 9 Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων οὐσιῶν οὐδὲν μᾶλλον ἕτερον ἑτέρου οὐσία ἐστίν· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ὁ τὶς ἄνθρωπος οὐσία ἐστὶν, ἢ ὁ τὶς βοῦς. 10 Εἰκότως οὖν μετὰ τὰς πρώτας οὐσίας μόνα τῶν ἄλλων τὰ εἴδη καὶ τὰ γένη δευτέραι οὐσίαι λέγονται· μόνα γὰρ δηλοῖ τὴν πρώτην οὐσίαν τῶν κατηγορουμένων. τὸν γάρ τινα ἄνθρωπον ἐὰν ἀποδιδῷ τις, τί ἐστι, τὸ μὲν εἶδος ἢ τὸ γένος ἀποδιδοὺς, οἰκείως ἀποδώσει· [καὶ γνωριμώτερον ποιήσει ἄνθρωπον ἢ ζῶον

ciebus praedicantur; ſpecies autem non viciſſim de generibus; quare & ex his rationibus magis ſubſtantia eſt ſpecies, quam genus. 8 Ipſarum vero ſpecierum, quotquot non genera ſunt, nulla magis ſubſtantia eſt, quam altera; nihil enim convenientius explicabit de quodam homine hominem (*eum eſſe*) dicens, quam de quodam equo equum. 9 Sic quoque in primis ſubſtantiis nulla (*earum*) magis eſt ſubſtantia, quam altera; neque enim quidam homo magis ſubſtantia eſt, quam quidam bos. 10 Convenienter ergo poſt primas ſubſtantias ſola inter reliqua ſpecies & genera ſecundariae ſubſtantiae dicuntur; ſola enim declarant primam ſubſtantiam eorum, quae praedicantur (i. e. *praedicatorum*), Nam quendam hominem ſi quis dixerit, quid ſit (*ille*), explicando per ſpeciem aut per genus, proprie explicabit; [& notius faciet, ſi per hominem, quam ſi per

ἀποδιδούς·] τῶν δὲ ἄλλων [πάντων] ὅ, τι ἂν ἀποδιδῷ τις, ἀλλοτρίως ἔσται ἀποδεδωκώς· οἷον λευκὸν, ἢ τρέχει, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων ἀποδιδούς· ὥστε εἰκότως ταῦτα μόνα τῶν ἄλλων [δευτεραι] οὐσίαι λέγονται. 11 Ἔτι αἱ πρῶται οὐσίαι διὰ τὸ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὑποκεῖσθαι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τούτων κατηγορεῖσθαι, ἢ ἐν αὐταῖς εἶναι, κυριώτατα οὐσίαι λέγονται. ὡς δέ γε αἱ πρῶται οὐσίαι πρὸς τὰ ἄλλα πάντα ἔχουσιν, οὕτω καὶ τὰ εἴδη καὶ τὰ γένη τῶν πρώτων οὐσιῶν πρὸς τὰ λοιπὰ πάντα ἔχει· κατὰ τούτων γὰρ πάντα τὰ λοιπὰ κατηγορεῖται. τὸν γάρ τινα ἄνθρωπον ἐρεῖς γραμματικόν· οὐκοῦν καὶ ἄνθρωπον καὶ ζῶον γραμματικὸν ἐρεῖς. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 12 Κοινὸν δὲ κατὰ πάσης οὐσίας τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι. ἡ μὲν γὰρ πρώτη οὐσία οὔτε ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶν, οὔτε καθ' ὑπο-

animal explicaverit;] aliorum autem [omnium] quodcunque aliquis dixerit, non accommodate ille dixerit; velut album, aut currit, aut aliud quodcunque talium dicens; quare convenienter haec ſola inter reliqua [ſecundariae] ſubſtantiae dicuntur. 11 Porro primae ſubſtantiae, quia aliis omnibus ſubiiciuntur, & alia omnia de illis praedicantur, aut in ipſis ſunt, propriiſſime ſubſtantiae dicuntur. Quemadmodum autem primae ſubſtantiae ad alia omnia ſe habent, ita quoque ſpecies & genera primarum ſubſtantiarum ad reliqua omnia ſe habent; de his enim omnia reliqua praedicantur. Nam quendam hominem dixeris Grammaticum; ergo etiam hominem & animal Grammaticum dixeris. Eodem modo quoque in aliis. 12 Commune vero omni ſubſtantiae eſt, non in ſubiecto eſſe. Nam prima ſubſtantia neque in ſubiecto

κειμένου τινὸς λέγεται. τῶν δὲ δευτέρων οὐσιῶν φανερὸν μὲν καὶ οὕτως, ὅτι οὐδεμία ἐστὶν ἐν ὑποκειμένῳ· ὁ γὰρ ἄνθρωπος καθ' ὑποκειμένου μὲν τοῦ τινος ἀνθρώπου λέγεται, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἐν τῷ τινι ἀνθρώπῳ ὁ ἄνθρωπός ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ζῶον καθ' ὑποκειμένου μὲν λέγεται τοῦ τινος ἀνθρώπου, οὐκ ἔστι δὲ τὸ ζῶον ἐν τῷ τινι ἀνθρώπῳ. ἔτι τῶν ἐν ὑποκειμένῳ ὄντων τὸ μὲν ὄνομα οὐδὲν κωλύει κατηγορεῖσθαί ποτε τοῦ ὑποκειμένου· τὸν δὲ λόγον, ἀδύνατον. τῶν δέ γε δευτέρων οὐσιῶν κατηγορεῖται καὶ ὁ λόγος κατὰ τοῦ ὑποκειμένου, καὶ τοὔνομα· τὸν γὰρ τοῦ ἀνθρώπου λόγον κατὰ τοῦ τινος ἀνθρώπου κατηγορήσεις· καὶ τὸν τοῦ ζώου δὲ ὡσαύτως· ὥστε οὐκ ἂν εἴη ἡ οὐσία τῶν ἐν ὑποκειμένῳ. 13 Οὐκ ἴδιον δὲ οὐσίας τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ἡ διαφορὰ τῶν μὴ ἐν ὑποκειμένῳ ἐστί. τὸ γὰρ πεζὸν, καὶ τὸ δίπουν, καθ'

est, neque de subiecto dicitur. Secundariarum autem substantiarum manifestum est nullam in subiecto esse; homo enim de subiecto quodam homine dicitur, in subiecto vero non est; nec enim in quodam homine homo est. Sic & animal de subiecto quidem dicitur quodam homine, non est autem animal in quodam homine. Porro eorum, quae in subiecto sunt, nomen nihil impedit, quo minus illud aliquando de subiecto praedicetur; definitionem vero (*praedicari*), impossibile est. Secundariarum autem substantiarum praedicatur & definitio de subiecto & nomen; nam hominis definitionem de quodam homine praedicabis, & animalis (*definitionem*) similiter; quare substantia non est in eorum numero, quae in subiecto sunt. 13 Non proprium autem hoc substantiae est; sed & differentia in eorum numero est, quae in subiecto non sunt. Pedestre enim

ὑποκειμένου μὲν λέγεται τοῦ τινος ἀνθρώπου, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ οὐκ ἔστιν· οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐστὶ τὸ δίπουν, οὐδὲ τὸ πεζόν. καὶ ὁ λόγος δὲ κατηγορεῖται ὁ τῆς διαφορᾶς, καθ' οὗ ἂν λέγεται ἡ διαφορά· οἷον εἰ τὸ πεζὸν κατὰ τοῦ ἀνθρώπου λέγεται, καὶ ὁ λόγος ὁ τοῦ πεζοῦ κατηγορηθήσεται τοῦ ἀνθρώπου· πεζὸν γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος. 14 Μὴ ταραττέτω δὲ ἡμᾶς τὰ μέρη τῶν οὐσιῶν ὡς ἐν ὑποκειμένοις ὄντα τοῖς ὅλοις, μή ποτε ἀναγκασθῶμεν οὐκ οὐσίας αὐτὰ φάσκειν εἶναι· οὐ γὰρ οὕτω τὰ ἐν ὑποκειμένῳ ἐλέγετο τὰ ὡς μέρη ὑπάρχοντα ἔν τινι. 15 Ὑπάρχει δὲ ταῖς οὐσίαις καὶ ταῖς διαφοραῖς τὸ πάντα συνωνύμως ἀπ' αὐτῶν λέγεσθαι. πᾶσαι γὰρ αἱ ἀπὸ τούτων κατηγορίαι ἤτοι κατὰ τῶν ἀτόμων κατηγοροῦνται, ἢ κατὰ τῶν εἰδῶν. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς πρώτης οὐσίας οὐδεμία κατηγορία ἐστί· κατ' οὐδενὸς γὰρ ὑποκειμένου λέ-

& bipes de ſubiecto quidem dicuntur quodam homine, in ſubiecto vero non ſunt; neque enim in homine eſt bipes, neque pedeſtre. Et definitio differentiae praedicatur de eo, de quo dicitur differentia; veluti ſi pedeſtre de homine dicitur, & definitio pedeſtris praedicabitur de homine; pedeſtre enim eſt homo. 14 Ne vero perturbent nos partes ſubſtantiarum, ut quae in ſubiectis ſint tanquam toris, ne aliquando cogamur, non ſubſtantias eas dicere; non enim ſic res dicebantur in ſubiecto eſſe, quae ut partes inſint in aliquo. 15 Eſt vero hoc ſubſtantiarum & differentiarum, quod omnia univoce ab iis dicantur. Omnes enim ab illis praedicationes aut de individuis praedicantur, aut de ſpeciebus. Nam a prima ſubſtantia nulla eſt praedicatio; de nullo enim ſubiecto (*ea*) dicitur. Ex ſecunda-

γεται. τῶν δὲ δευτέρων οὐσιῶν τὸ μὲν εἶδος κατὰ τοῦ ἀτόμου κατηγορεῖται· τὸ δὲ γένος καὶ κατὰ τῶν εἰδῶν, καὶ κατὰ τῶν ἀτόμων. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ διαφοραὶ καὶ κατὰ τῶν εἰδῶν καὶ κατὰ τῶν ἀτόμων κατηγορεῦνται. καὶ τὸν λόγον δὲ ἐπιδέχονται αἱ πρῶται οὐσίαι τὸν τῶν εἰδῶν, καὶ τὸν τῶν γενῶν· καὶ τὸ εἶδος δὲ τὸν τοῦ γένους. ὅσα γὰρ κατὰ τοῦ κατηγορουμένου λέγεται, τοσαῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου ῥηθήσεται. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν διαφορῶν λόγον ἐπιδέχεται τά τε εἴδη καὶ τὰ ἄτομα. συνώνυμα δέ γε ἦν, ὧν τό, τε ὄνομα κοινὸν, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός. ὥστε πάντα τὰ ἀπὸ τῶν οὐσιῶν καὶ τῶν διαφορῶν συνωνύμως λέγεται. 16 Πᾶσα δὲ οὐσία δοκεῖ τόδε τι σημαίνειν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων οὐσιῶν ἀναμφισβήτητον καὶ ἀληθές ἐστιν, ὅτι τόδε τι σημαίνει. ἄτομον γὰρ καὶ ἓν ἀριθμῷ τὸ δηλούμενόν ἐστιν. ἐπὶ δὲ τῶν δευτέρων

riis autem ſubſtantiis ſpecies quidem de individuo praedicatur; genus vero & de ſpeciebus & de individuis. Similiter vero & differentiae tum de ſpeciebus, tum de individuis praedicantur. Definitionem quoque recipiunt primae ſubſtantiae & ſpecierum & generum; & ſpecies (*recipit*) definitionem generis. Quaecunque enim de praedicato dicuntur, illa etiam de ſubiecto dicentur. Similiter vero & differentiarum definitionem recipiunt & ſpecies & individua. Univoca (*ſynonyma*) namque erant, quibus & nomen commune eſt & definitio eadem. Quare omnia a ſubſtantiis & differentiis (*orta praedicata*) univoce dicuntur. 16 Omnis vero ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare. De primis quidem ſubſtantiis extra controverſiam & verum eſt, quod illae hoc aliquid ſignificant. Individuum enim & unum numero eſt id, quod ſignificatur. In ſecundis vero ſub-

οὐσιῶν φαίνεται μὲν ὁμοίως τῷ σχήματι τῆς προσηγορίας τόδε τι σημαίνειν, ὅταν εἴπῃ ἄνθρωπος ἢ ζῷον· οὐ μήν γε ἀληθές· ἀλλὰ μᾶλλον ποῖόν τι σημαίνει· οὐ γὰρ ἕν ἐστι τὸ ὑποκείμενον, ὥσπερ ἡ πρώτη οὐσία, ἀλλὰ κατὰ πολλῶν ὁ ἄνθρωπος λέγεται, καὶ τὸ ζῷον. 17 Οὐχ ἁπλῶς δὲ ποῖόν τι σημαίνει, ὥσπερ τὸ λευκόν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο σημαίνει τὸ λευκὸν, ἀλλ' ἢ ποιόν. τὸ δὲ εἶδος καὶ τὸ γένος περὶ οὐσίαν τὸ ποιὸν ἀφορίζει· ποιὰν γάρ τινα οὐσίαν σημαίνει. ἐπὶ πλέον δὲ τῷ γένει, ἢ τῷ εἴδει, τὸν ἀφορισμὸν ποιεῖται· ὁ γὰρ ζῷον εἰπὼν ἐπὶ πλέον περιλαμβάνει, ἢ ὁ τὸν ἄνθρωπον. 18 Ὑπάρχει δὲ ταῖς οὐσίαις καὶ τὸ μηδὲν αὐταῖς ἐναντίον εἶναι. τῇ γὰρ πρώτῃ οὐσίᾳ τί ἂν εἴη ἐναντίον, οἷον τῷ τινι ἀνθρώπῳ, ἢ τῷ τινι ζώῳ; οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐναντίον οὐδέ γε τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ τῷ ζώῳ οὐδέν. 19 Οὐκ ἴδιον δὲ τῆς οὐσίας τοῦτό ἐστιν,

stantiis videntur quidem illae similiter per figuram appellationis hoc aliquid significare, quando quis dixerit hominem aut animal; non tamen verum est; sed magis quale quid significat; non enim unum est subiectum, ut prima substantia, sed de multis dicitur homo & animal. 17 Non simpliciter autem quale quid significant, velut album. Nihil enim aliud significat album, quam quale. Species vero & genus circa substantiam quale denotant; nam aliqualem substantiam significant. Amplior autem genere denotatio fit, quam specie; animal enim dicens plura comprehendit, quam (*dicens*) hominem. 18 Est quoque substantiis hoc, quod nihil illis contrarium est. Primae enim substantiae quid fuerit contrarium, veluti cuidam homini aut cuidam animali? Nihil enim est contrarium nec homini, nec animali. 19 Non proprium autem substantiae hoc est, sed & aliis

ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν, οἷον ἐπὶ τοῦ ποσοῦ. τῷ γὰρ διπήχει ἢ τῷ τριπήχει οὐδέν ἐστιν ἐναντίον, οὐδέ γε τοῖς δέκα, οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδενί· εἰ μή τις τὸ πολὺ τῷ ὀλίγῳ φαίη ἐναντίον εἶναι, ἢ τὸ μέγα τῷ μικρῷ. τῶν δὲ ἀφωρισμένων ποσῶν οὐδέν ἐστιν ἐναντίον οὐδενί. 20 Δοκεῖ δὲ ἡ οὐσία μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. λέγω δὲ, οὐχ, ὅτι οὐσίας οὐκ ἔστι μᾶλλον καὶ ἧττον οὐσία· τοῦτο μὲν γὰρ εἴρηται, ὅτι ἐστίν· ἀλλ' ὅτι ἑκάστη οὐσία τοῦθ'; ὅπερ ἐστὶν, οὐ λέγεται μᾶλλον καὶ ἧττον· οἷον εἰ ἔστιν ἡ αὐτὴ οὐσία ἄνθρωπος, οὐκ ἔσται μᾶλλον καὶ ἧττον ἄνθρωπος, οὔτε αὐτὸς ἑαυτοῦ, οὔτε ἕτερος ἑτέρου. οὐ γάρ ἐστιν ἕτερος ἑτέρου μᾶλλον ἄνθρωπος· ὥσπερ τὸ λευκόν ἐστιν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον καὶ ἧττον λευκὸν, καὶ καλὸν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον καὶ ἧττον καλὸν, καὶ αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεται· οἷον τὸ σῶ-

multis, ut Quanto. Nam bicubito aut tricubito nihil eſt contrarium, nec numero denario, nec horum cuiquam; niſi quis multum pauco contrarium eſſe dicat, aut magnum parvo. Definitorum autem quantorum nulli ullum contrarium eſt. 20 Videtur autem ſubſtantiæ non recipere magis aut minus. Dico vero, non, quod ſubſtantia non ſit magis aut minus ſubſtantia; hoc enim dictum eſt, quod ſit; ſed quod unaquaeque ſubſtantia id quod eſt non dicitur magis aut minus; veluti ſi eadem ſubſtantia eſt homo, non erit magis & minus homo, nec ipſe ſe ipſo, nec alter altero. Nec enim alius alio magis eſt homo; quomodo album aliud alio magis eſt & minus album, & pulchrum alterum altero magis & minus pulchrum, & unum idemque ſe ipſo magis ac minus dicitur; ut corpus, quod album eſt, magis al-

μα, λευκὸν ὂν, μᾶλλον λευκὸν λέγεται νῦν, ἢ πρότερον, καὶ θερμὸν ὂν, μᾶλλον θερμὸν, καὶ ἧττον λέγεται. ἡ δέ γε οὐσία οὐδὲ μᾶλλον οὐσία λέγεται, οὐδὲ ἧττον· οὐδὲ γὰρ ὁ ἄνθρωπος μᾶλλον νῦν ἄνθρωπος, ἢ πρότερον, λέγεται· οὐδέ γε τῶν ἄλλων οὐδὲν, ὅσα εἰσὶν οὐσίαι. ὥστε οὐκ ἂν ἐπιδέχοιτο ἡ οὐσία τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. 21 Μάλιστα δὲ ἴδιον τῆς οὐσίας δοκεῖ εἶναι τὸ ταὐτὸν καὶ ἓν ἀριθμῷ ὂν τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικόν. οἷον ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἔχοι τις τὸ τοιοῦτον προενεγκεῖν, ὅσα μή εἰσιν οὐσίαι, ὃ ἓν ἀριθμῷ ὂν δεκτικὸν τῶν ἐναντίων ἐστίν. οἷον τὸ χρῶμα, ὃ ἐστιν ἓν καὶ ταὐτὸν τῷ ἀριθμῷ, οὐκ ἔστι λευκὸν καὶ μέλαν· οὐδὲ ἡ αὐτὴ πρᾶξις καὶ μία τῷ ἀριθμῷ φαύλη καὶ σπουδαία· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅσα μή εἰσιν οὐσίαι. ἡ δέ γε οὐσία, ἓν καὶ ταὐτὸν τῷ ἀριθμῷ ὂν, δεκτικὴ τῶν ἐναντίων ἐστίν· οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν, ὁτὲ μὲν λευκὸς,

bum dicitur nunc, quam antea, & quod calidum eſt, magis calidum & minus dicitur. Subſtantia vero nihil magis ſubſtantia dicitur, nec minus; neque enim homo magis nunc homo, quam antea, dicitur; nec aliorum quodvis, quae ſubſtantiae ſunt. Quare non recipit ſubſtantia magis & minus. 21 Maxime autem proprium ſubſtantiae videtur eſſe, quod cum unum & idem numero ſit, contraria ſuſcipit. Quale quid de aliis nemo poſſit affirmare, quotquot non ſunt ſubſtantiae, quod quidem unum numero ſuſcipiat contraria. Ut color, qui unus & idem eſt numero, non eſt albus & niger; nec eadem actio & una numero mala & bona; ſimiliter & de aliis, quotquot non ſunt ſubſtantiae. Subſtantia vero, quae eſt unum idemque numero, ſuſcipit contraria; ut quidam homo, unus & idem exiſtens, nunc

ὁτὲ δὲ μέλας γίνεται· καὶ θερμὸς καὶ ψυχρός· καὶ φαῦλος καὶ σπουδαῖος. 22 Ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐδενὸς φαίνεται τὸ τοιοῦτον· εἰ μὴ ἄρα τις ἐνίσταιτο, τὸν λόγον καὶ τὴν δόξαν φάσκων τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικά. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος ἀληθής τε καὶ ψευδὴς δοκεῖ εἶναι. οἷον εἰ ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος τοῦ καθῆσθαί τινα· ἀναστάντος αὐτοῦ, ὁ αὐτὸς οὗτος λόγος ψευδὴς ἔσται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς δόξης. ἂν γάρ τις ἀληθῶς δοξάζῃ τὸ καθῆσθαί τινα· ἀναστάντος αὐτοῦ, ψευδῶς δοξάσει τὴν αὐτὴν ἔχων περὶ αὐτοῦ δόξαν. εἰ δέ τις καὶ τοῦτο παραδέχοιτο, ἀλλὰ τῷ γε τρόπῳ διαφέρει. τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν οὐσιῶν αὐτὰ μεταβάλλοντα τῶν ἐναντίων δεκτικά ἐστι. ψυχρὸν γὰρ ἐκ θερμοῦ γενόμενον μετέβαλλεν· ἠλλοίωται γάρ· καὶ μέλαν ἐκ λευκοῦ, καὶ σπουδαῖον ἐκ φαύλου. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον αὐτῶν μεταβολὴν δεχόμενον τῶν ἐναντίων δεκτικόν ἐστιν· ὁ δέ γε λόγος,

quidem albus, nunc niger fit; & calidus & frigidus; & malus & bonus. 22 In aliis autem nihil tale appareret; nisi forte quis obiiciat dicens, orationem & opinionem contraria recipere. Nam eadem oratio vera & falsa videtur esse. Veluti si vera est oratio, sedere aliquem; postquam surrexit, eadem haec oratio falsa erit. Similiter vero & de opinione. Si quis enim vere opinetur, sedere aliquem; postquam surrexit, falso opinabitur, eandem de ipso opinionem habens. Si quis autem & hoc admittat, tamen modo (*ea*) differunt. Nonnulla enim in substantiis, dum ipsa mutantur, contraria recipiunt. Frigidum enim e calido factum mutabatur; alteratum enim est; & nigrum ex albo, & bonum e malo (*factum mutabatur*). Similiter & de reliquis quodque illorum, mutationem recipiens, contraria suscipit;

καὶ ἡ δόξα, αὐτὰ μὲν ἀκίνητα πάντῃ διαμένει· τοῦ δὲ πράγματος κινουμένου, τὸ ἐναντίον περὶ αὐτὰ γίνεται· ὁ μὲν γὰρ λόγος διαμένει ὁ αὐτὸς τοῦ καθῆσθαί τινα· τοῦ δὲ πράγματος κινηθέντος, ὁτὲ μὲν ἀληθὴς, ὁτὲ δὲ ψευδὴς γίνεται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς δόξης. ὥστε τῷ γε τρόπῳ ἴδιον ἂν εἴη τῆς οὐσίας τὸ κατὰ τὴν αὐτῆς μεταβολὴν δεκτικὴν τῶν ἐναντίων εἶναι. εἰ δέ τις καὶ ταῦτα παραδέχοιτο, τὸν λόγον καὶ τὴν δόξαν δεκτικὰ τῶν ἐναντίων εἶναι, οὐκ ἔστιν ἀληθὲς τοῦτο. ὁ γὰρ λόγος, καὶ ἡ δόξα, οὐ τῷ αὐτὰ δεδέχθαι τι τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικὰ λέγεται, ἀλλὰ τῷ περὶ ἕτερόν τι τὸ πάθος γεγενῆσθαι· τῷ γὰρ τὸ πρᾶγμα εἶναι, ἢ μὴ εἶναι, τούτῳ καὶ ὁ λόγος ἀληθὴς ἢ ψευδὴς εἶναι λέγεται· οὐ τῷ αὐτὸν δεκτικὸν εἶναι τῶν ἐναντίων. ἁπλῶς γὰρ ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ὁ λόγος κινεῖται, οὔτε ἡ δόξα. ὥστε οὐκ ἂν εἴη δεκτικὰ τῶν ἐναντίων, μηδενὸς [ἐναντίου] ἐν αὐτοῖς γινομένου πάθους.

at oratio, & opinio, ipsa quidem immota omnino permanent; re autem immutata, contrarium circa illa fit: oratio enim manet eadem, sedere aliquem; re autem mota, vera modo, modo falsa fit. Sic & de opinione. Quare hoc quidem modo proprium fuerit substantiae, secundum sui mutationem contraria susciperе. Si quis autem & haec admiserit, orationem & opinionem recipere contraria, tamen non est illud verum. Oratio enim & opinio, non quod ipsa aliquod receperint, contraria recipere dicuntur, sed quod circa aliud quid affectio fuerit; propterea enim, quod res sit aut non sit, oratio vera aut falsa esse dicitur; non quod ea recipiat contraria. Nam omnino a nullo oratio mutatur, aut opinio. Quare non recipiunt contraria, cum nulla in ipsis [contraria] affectio fiat. Substantia vero,

ἡ δέ γε οὐσία τῷ αὐτὴν τὰ ἐναντία δέχεσθαι, τούτῳ δεκτικὴ τῶν ἐναντίων εἶναι λέγεται· νόσον γὰρ καὶ ὑγείαν δέχεται καὶ λευκότητα καὶ μελανίαν. καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων αὕτη δεχομένη τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικὴ λέγεται. ὥστε ἴδιον ἂν οὐσίας εἴη τὸ ταὐτὸν καὶ ἓν ἀριθμῷ ὂν κατὰ τὴν ἑαυτῆς μεταβολὴν δεκτικὴν τῶν ἐναντίων εἶναι. Περὶ μὲν οὖν οὐσίας τοσαῦτα εἰρήσθω.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΠΟΣΟΥ.

Cap. VI ed. Casaub.

Τοῦ δὲ ποσοῦ τὸ μέν ἐστι διωρισμένον· τὸ δὲ συνεχές· καὶ τὸ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων συνέστηκε· τὸ δὲ ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν. 2 Ἔστι δὲ διωρισμένον μέν, οἷον ἀριθμὸς, καὶ λόγος· συνεχὲς δέ, οἷον γραμμὴ, ἐπιφάνεια, σῶμα· ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα τόπος, καὶ χρόνος. 3 Τῶν μὲν

eo quod ipsa susceipit contraria, recipere contraria dicitur; morbum enim & sanitatem recipit, & albedinem & nigredinem; & unumquodque illorum dum recipit, contraria recipere dicitur. Quare proprium substantiae fuerit, quod unum & idem numero secundum sui mutationem contraria recipiat. De substantia quidem haec dicta sunto.

CAP. IV.

De Quanto.

Quanti autem aliud est discretum, aliud continuum; & aliud quidem ex partibus positionem inter se invicem habentibus constat, aliud vero ex [*partibus*] non habentibus (*inter se invicem*) positionem. 2 Est autem discretum, ut numerus & oratio; continuum vero, ut linea, superficies, corpus; praeterea locus & tempus.

γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ μορίων οὐδείς ἐστι κοινὸς ὅρος, πρὸς ὃν συνάπτει τὰ μόρια αὐτοῦ. οἷον τὰ πέντε εἰ ἔστι τῶν δέκα μόρια, πρὸς οὐδένα κοινὸν ὅρον συνάπτει τὰ πέντε καὶ τὰ πέντε, ἀλλὰ διώρισται· καὶ τὰ τρία γε καὶ τὰ ἑπτὰ πρὸς οὐδένα κοινὸν ὅρον συνάπτει. οὐδ' ὅλως ἂν ἔχοις ἐπ' ἀριθμοῦ κοινὸν ὅρον λαβεῖν τῶν μορίων, ἀλλ' ἀεὶ διώρισται· ὥστε ὁ ἀριθμὸς τῶν διωρισμένων ἐστίν. 4 Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ λόγος. ὅτι μὲν γάρ ἐστι ποσὸν ὁ λόγος, φανερόν· καταμετρεῖται γὰρ συλλαβῇ βραχείᾳ καὶ μακρᾷ· λέγω δὲ τὸν μετὰ φωνῆς λόγον γινόμενον. πρὸς οὐδένα γὰρ κοινὸν ὅρον αὐτοῦ τὰ μόρια συνάπτει. οὐ γάρ ἐστι κοινὸς ὅρος, πρὸς ὃν αἱ συλλαβαὶ συνάπτουσιν, ἀλλ' ἑκάστη διώρισται αὐτὴ καθ' αὑτήν. 5 Ἡ δὲ γραμμὴ συνεχής ἐστιν· ἔστι γὰρ κοινὸν ὅρον λαβεῖν, πρὸς ὃν τὰ μόρια αὐτῆς συνάπτει, στιγμήν· καὶ τῆς ἐπιφανείας, γραμ-

3 Nam numeri partium nullus eſt communis terminus, quo cohaereant partes illius. Velut ſi Quinque partes ſunt numeri denarii, nullo termino communi cohaerent quinque & quinque, ſed diſtincta ſunt; & tria quoque & ſeptem nullo communi termino cohaerent. Neque omnino in numero terminum communem partium ſumere poſſis, ſed ſemper illae diſtinctae ſunt; quare numerus ex diſcretis eſt. 4 Similiter vero & oratio. Nam, Quantum eſſe orationem, manifeſtum (*eſt*); metimur enim eam ſyllaba brevi & longa: dico autem orationem voce editam. Nam nullo termino communi eius partes cohaerent. Nec enim eſt terminus communis, quo ſyllabae cohaerent, ſed unaquaeque diſtincta eſt ipſa ſecundum ſe ipſam. 5 Linea vero continua eſt: licet enim communem terminum ſumere, quo partes eius cohaerent, punctum; & ſuperficiei, lineam; nam

μήν· τὰ γὰρ τοῦ ἐπιπέδου μόρια πρός τινα κοινὸν ὅρον συνάπτει. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοις ἂν λαβεῖν κοινὸν ὅρον, γραμμὴν ἢ ἐπιφάνειαν, πρὸς ἣν τὰ τοῦ σώματος μόρια συνάπτει. 6 Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρόνος καὶ ὁ τόπος τῶν τοιούτων· ὁ γὰρ νῦν χρόνος συνάπτει πρός τε τὸν παρεληλυθότα καὶ πρὸς τὸν μέλλοντα. 7 Πάλιν ὁ τόπος τῶν συνεχῶν ἐστι· τόπον γάρ τινα τὰ τοῦ σώματος μόρια κατέχει, ἃ πρός τινα κοινὸν ὅρον συνάπτει· οὐκοῦν καὶ τὰ τοῦ τόπου μόρια, ἃ κατέχει ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος μορίων, πρὸς τὸν αὐτὸν ὅρον συνάπτει, πρὸς ὃν καὶ τὰ τοῦ σώματος μόρια. ὥστε συνεχὲς ἂν εἴη καὶ ὁ τόπος· πρὸς γὰρ ἕνα κοινὸν ὅρον τὰ μόρια αὐτοῦ συνάπτει. 8 Ἔτι τὰ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων συνέστηκε· τὰ δὲ ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν. οἷον τὰ μὲν τῆς γραμμῆς μόρια θέσιν ἔχει πρὸς ἄλληλα· ἕκαστον

plani partes communi termino cohaerent. Similiter vero & in corpore ſumere poteris communem terminum, lineam aut ſuperficiem, qua corporis partes cohaerent. 6 Eſt autem & tempus & locus in talium numero; praeſens enim tempus cohaeret cum praeterito & futuro. 7 Rurſus locus ex continuis eſt; locum enim quendam corporis partes occupant, quae communi quodam termino cohaerent; ergo loci quoque partes, quas occupat unaquaeque corporis pars, eodem termino cohaerent, quo & corporis partes. Quare continuum erit & locus; uno enim termino communi partes illius cohaerent. 8 Praeterea alia (*Quanta*) ex partibus poſitionem inter ſe invicem habentibus conſtant; alia ex (*partibus*) non habentibus poſitionem. Velut lineae partes poſitionem habent inter ſe; quaevis enim illarum

γὰρ αὐτῶν κεῖταί που· καὶ ἔχοις ἂν διαλαβεῖν καὶ ἀποδοῦναι, ποῦ ἕκαστον κεῖται ἐν τῷ ἐπιπέδῳ, καὶ πρὸς ποῖον μόριον τῶν λοιπῶν συνάπτει. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ τοῦ ἐπιπέδου μόρια θέσιν ἔχει τινά· ὁμοίως γὰρ ἂν ἀποδοθείη, ἕκαστον ποῦ κεῖται, καὶ ποῖα συνάπτει πρὸς ἄλληλα. καὶ τὰ τοῦ στερεοῦ δὲ ὡσαύτως, καὶ τὰ τοῦ τόπου. ἐπὶ δέ γε τοῦ ἀριθμοῦ οὐκ ἂν ἔχοι τις ἐπιδεῖξαι, ὡς τὰ μόρια αὐτοῦ θέσιν τινὰ ἔχει πρὸς ἄλληλα, ἢ κεῖται που, ἢ ποῖά γε πρὸς ἄλληλα συνάπτει τῶν μορίων. οὐδὲ τὰ τοῦ χρόνου· ὑπομένει γὰρ οὐδὲν τῶν τοῦ χρόνου μορίων· ὃ δὲ μή ἐστιν ὑπομένον, πῶς ἂν τοῦτο θέσιν τινὰ ἔχοι; ἀλλὰ μᾶλλον τάξιν τινὰ εἴποις ἂν ἔχειν· τῷ τὸ μὲν πρότερον εἶναι τοῦ χρόνου, τὸ δὲ ὕστερον. καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ δὲ ὁμοίως, τῷ τὸ ἓν πρότερον ἀριθμεῖσθαι τῶν δύο,

sita est alicubi; & poteris quidem distinguere & indicare, ubi quaeque sita sit in plano, & quanam cum parte e reliquis cohaereat. Eodem modo & plani partes positionem quandam habent; similiter enim indicari poterit, ubi quaeque sita sit, & quaenam cohaereant inter se. Et corporis vero (*partes*) similiter, & (*partes*) loci. In numero vero non possit quispiam monstrare, quomodo eius partes positionem quandam habeant inter se, aut sitae sint alicubi, aut quaenam partium inter se cohaereant. Neque quoad partes temporis (*quispiam monstrare possit idem*); nulla enim temporis pars permanet; quod autem non est permanens, quomodo illud positionem aliquam habeat? at potius ordinem quendam dixeris (*tempus*) habere, quo alia temporis pars prior est, alia vero posterior. Et eodem modo in numero, quod unum prius numeretur, quam duo, &

καὶ τὰ δύο τῶν τριῶν· καὶ οὕτω τάξιν τινὰ ἂν ἔχοι, θέσιν δὲ οὐ πάνυ λάβοις ἄν. καὶ ὁ λόγος δὲ ὡσαύτως· οὐδὲν γὰρ ὑπομένει τῶν μορίων. ἀλλ' εἴρηταί τε καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι τοῦτο λαβεῖν· ὥστε οὐκ ἂν εἴη θέσις τῶν μορίων αὐτοῦ, εἴγε μηδὲν ὑπομένει. τὰ μὲν οὖν ἐκ θέσιν ἐχόντων συνέστηκε τῶν μορίων· τὰ δὲ ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν. 9 Κυρίως δὲ ποσὰ ταῦτα λέγεται μόνα τὰ εἰρημένα· τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατὰ συμβεβηκός· εἰς ταῦτα γὰρ ἀποβλέποντες καὶ τὰ ἄλλα ποσὰ λέγομεν. οἷον πολὺ τὸ λευκὸν λέγεται, τῷ γε τὴν ἐπιφάνειαν πολλὴν εἶναι· καὶ ἡ πρᾶξις μακρὰ, τῷ γε τὸν χρόνον πολὺν εἶναι· καὶ ἡ κίνησις πολλή· οὐ γὰρ καθ' αὐτὸ ἕκαστον τούτων ποσὸν λέγεται. οἷον ἐὰν ἀποδιδῷ τις, πόση τις ἡ πρᾶξίς ἐστι, τῷ χρόνῳ ὁρισεῖ, ἐνιαυσιαίαν ἢ οὕτω πως ἀποδιδούς. καὶ τὸ λευκὸν πο-

duo prius, quam tria; adeoque (*numerus*) ordinem aliquem habeat; positionem vero minus recte forsitan assumas. Et oratio eodem modo; nihil enim ex partibus permanet; sed dictum est, nec licet deinde illud retrahere; quare non fuerit positio partium illius, si quidem nihil permanet. Alia igitur (*Quanta*) ex partibus constant positionem habentibus; alia ex (*partibus*) non habentibus positionem. 9 Proprie vero Quanta dicuntur haec sola commemorata; reliqua autem omnia secundum accidens; ad haec enim respicientes & reliqua quanta dicimus. Veluti album dicitur multum, quod superficies ampla sit; & actio longa, quod tempus multum (*in ea consumtum*) sit; & motus longus; neque enim per se quodcunque horum quantum dicitur. Veluti si quis dixerit, quanta actio sit, tempore definiet, annuam aut simili quodam modo definiens. Et

σόν τι ἀποδιδοὺς, τῇ ἐπιφανείᾳ ὁριεῖ. ὅση γὰρ ἂν ἡ ἐπιφάνεια εἴη, τοσοῦτον καὶ λευκὸν φήσειεν ἂν εἶναι. ὥστε μόνα κυρίως ποσὰ καθ' αὑτὰ λέγεται τὰ εἰρημένα· τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ, ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ συμβεβηκός. 10 Ἔτι τῷ ποσῷ οὐδέν ἐστιν ἐναντίον· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀφωρισμένων φανερὸν, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἐναντίον· οἷον τῷ διπήχει, ἢ τῷ τριπήχει, ἢ τῇ ἐπιφανείᾳ, ἢ τῶν τοιούτων τινί· οὐδὲν γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἐναντίον. 11 Εἰ μὴ ἄρα τὸ πολὺ τῷ ὀλίγῳ φαίη τις εἶναι ἐναντίον, ἢ τὸ μέγα τῷ μικρῷ. τούτων δὲ οὐδέν ἐστι ποσὸν, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν πρός τι· οὐδὲν γὰρ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μέγα λέγεται ἢ μικρὸν, ἀλλὰ τῷ πρὸς ἕτερον ἀναφέρεσθαι. οἷον ὄρος μὲν μικρὸν λέγεται· κέγχρος δὲ μεγάλη· τῷ τὴν μὲν τῶν ὁμογενῶν μείζονα εἶναι, τὸ δὲ ἔλαττον τῶν ὁμογενῶν. οὐκοῦν πρὸς ἕτερον ἡ ἀναφορά· ἐπεὶ εἴγε καθ' αὑτὸ μικρὸν ἢ

album quantum ſit indicans, ſuperficie definiet. Quanta enim ſuperficies fuerit, tantum etiam album dixerit eſſe. Quare commemorata ſola proprie Quanta per ſe dicuntur; reliquorum autem nullum ipſum per ſe, ſed ſecundum accidens. 10 Porro, quanto nihil eſt contrarium; in definitis enim (*quantis*) manifeſtum eſt, quod (*eorum*) nullum eſt (*alteri*) contrarium; ut bicubito, aut tricubito, aut ſuperficiei, aut talium alicui; nihil enim eſt illis contrarium. 11 Niſi forte multum & parum contraria dicat aliquis, aut magnum & parvum. Horum vero nullum eſt quantum, ſed potius relatum ad aliquid; nam nihil per ſe ipſum magnum dicitur aut parvum, ſed hactenus, quatenus ad aliud refertur. Veluti mons quidem parvus dicitur; milium autem magnum; quod hoc in ſuo genere reliquis maius ſit, ille vero in ſuo genere reliquis minor. Ergo ad aliud eſt relatio;

μέγα λέγοιτο, οὐκ ἄν ποτε τὸ μὲν ὄρος μικρὸν ἐλέγετο, ἡ δὲ κέγχρος μεγάλη. πάλιν, ἐν μὲν τῇ κώμῃ Φαμὲν πολλοὺς ἀνθρώπους εἶναι, ἐν Ἀθήναις δὲ ὀλίγους, πολλαπλασίους αὐτῶν ὄντας· καὶ ἐν μὲν τῇ οἰκίᾳ πολλοὺς, ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ ὀλίγους, πολλῷ πλείους αὐτῶν ὄντας. 12 Ἔτι τὸ μὲν δίπηχυ, καὶ τρίπηχυ, καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων, ποσὸν σημαίνει· τὸ δὲ μέγα ἢ μικρὸν οὐ σημαίνει ποσὸν, ἀλλὰ μᾶλλον πρός τι. πρὸς γὰρ ἕτερον θεωρεῖται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν· ὥστε φανερὸν, ὅτι αὐτὰ τῶν πρός τί ἐστιν. 13 Ἔτι ἐάν τε τιθῇ τις, ποσὰ εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἐάν τε μὴ τιθῇ, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἐναντίον οὐδέν· ὁ γὰρ μή ἐστιν αὐτὸ καθ' αὐτὸ λαβεῖν, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον ἀναφέρεται, πῶς ἂν εἴη τούτῳ τὶ ἐναντίον; 14 Ἔτι εἰ ἔστι τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ἐναντία, συμβήσεται, τὸ αὐτὸ

quandoquidem si per se parvum aut magnum diceretur, nunquam mons quidem vocaretur parvus, milium autem magnum. Rursus in vico quidem dicimus multos esse homines, Athenis vero paucos, quamvis multo plures (*hic*) sint; & in domo quidem multos, in theatro vero paucos, quamvis multo plures (*in hoc*) sint. 12 Porro bicubitum & tricubitum, & quodvis talium significat quantum; magnum vero aut parvum non significat quantum, sed potius relatum ad aliquid. Nam respectu ad aliud consideratur & magnum & parvum; ita ut appareat, ipsa esse relata ad aliquid. 13 Porro sive quis ponat, quanta esse haec, sive quis non ponat, non est illis contrarium ullum; nam quod nequit ipsum per se intelligi, sed ad aliud refertur, quomodo fuerit huic quidpiam contrarium? 14 Porro, si magnum & parvum contraria sunt, accidet, unum & idem si-

ἅμα τὰ ἐναντία ἐπιδέχεσθαι, καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐναντία εἶναι· συμβαίνει γὰρ, τὸ αὐτὸ ἅμα μέγα τε καὶ μικρὸν εἶναι. ἔστι γάρ τι πρὸς μὲν τοῦτο μικρόν· πρὸς ἕτερον δέ γε τὸ αὐτὸ τοῦτο μέγα· ὥστε τὸ αὐτὸ καὶ μικρὸν καὶ μέγα κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον εἶναι συμβαίνει· ὥστε ἅμα τὰ ἐναντία ἐπιδέχεσθαι. ἀλλ' οὐδὲν δοκεῖ ἅμα τὰ ἐναντία ἐπιδέχεσθαι, οἷον ἐπὶ τῆς οὐσίας· δεκτικὴ μὲν γὰρ τῶν ἐναντίων δοκεῖ εἶναι· ἀλλ' οὔ τις ἅμα νοσεῖ καὶ ὑγιαίνει· οὐδὲ λευκὸν καὶ μέλαν ἐστὶν ἅμα· οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἅμα τὰ ἐναντία ἐπιδέχεται. καὶ αὐτὰ δὲ ἑαυτοῖς συμβαίνει ἐναντία εἶναι. εἰ γάρ ἐστι τὸ μέγα τῷ μικρῷ ἐναντίον, τὸ δ' αὐτό ἐστιν ἅμα μέγα καὶ μικρόν· καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ ἂν εἴη ἐναντίον. ἀλλὰ τῶν ἀδυνάτων ἐστιν, αὐτὸ ἑαυτῷ τι εἶναι ἐναντίον. οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ μέγα τῷ μικρῷ ἐναντίον, οὐδὲ τὸ πολὺ τῷ ὀλίγῳ. ὥστε εἰ καὶ μὴ τῶν πρός τι ταὐ-

mul contraria recipere, & eadem ſibi ipſis contraria eſſe; fit enim, ut unum idemque ſimul magnum & parvum ſit. Nam eſt aliquid reſpectu ad hoc parvum; ad aliud vero idem hoc magnum; adeo ut idem & parvum & magnum eodem tempore eſſe, adeoque ſimul contraria recipere, accidat. At nihil videtur ſimul contraria recipere, ut in ſubſtantia; haec enim capax contrariorum videtur eſſe; at nemo ſimul aegrotat & bene valet, nec quidquam ſimul album eſt & nigrum; nec reliquorum aliquid contraria ſimul recipit. Et eadem ſibi ipſis accidit contraria eſſe. Si enim magnum eſt parvo contrarium, idem ſimul eſt magnum & parvum; & idem ſibi ipſi eſſet contrarium. Verum impoſſibile eſt, ut idem ſibi ipſi contrarium ſit. Non eſt ergo magnum parvo contrarium, neque multa paucis. Quare etiamſi quiſpiam haec relata ad aliquid eſſe negaverit,

τά τις ἐρεῖ, ἀλλὰ τοῦ ποσοῦ, οὐδὲν ἐναντίον ἔξει. 15 Μάλιστα δὲ ἡ ἐναντιότης τοῦ ποσοῦ περὶ τὸν τόπον δοκεῖ ὑπάρχειν. τὸ γὰρ ἄνω τῷ κάτω ἐναντίον τιθέασι, τὴν πρὸς τὸ μέσον χώραν κάτω λέγοντες, διὰ τὸ πλείστην διάστασιν τοῦ μέσου πρὸς τὰ πέρατα τοῦ κόσμου εἶναι. ἐοίκασι δὲ καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἐναντίων ὁρισμὸν ἀπὸ τούτων ἐπιφέρειν· τὰ γὰρ πλεῖστον ἀλλήλων διεστηκότα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐναντία ὁρίζονται. 16 Οὐ δοκεῖ δὲ τὸ ποσὸν ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· οἷον τὸ δίπηχυ· οὐ γάρ ἐστιν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον δίπηχυ· οὐδ' ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ· οἷον τὰ τρία τῶν πέντε οὐδὲν μᾶλλον πέντε ἢ τρία λέγεται, οὐδὲ τὰ πέντε τῶν τριῶν· οὐδέ γε ὁ χρόνος ἕτερος ἑτέρου μᾶλλον χρόνος λέγεται. οὐδὲ ἐπὶ τῶν εἰρημένων ὅλως οὐδενὸς τὸ μᾶλ-

sed quanta dixerit, nihil tamen ea contrarium habebunt. 15 Maxime vero contrarietas quanti circa locum videtur obtinere. Superius enim inferiori contrarium ponunt, locum versus medium inferiorem dicentes, propterea quod maxima sit distantia a medio ad extremos mundi terminos. Videntur autem & reliquorum contrariorum definitionem ab his ducere; nam quae plurimum in eodem genere distant, ea contraria definiunt. 16 Non videtur autem Quantum suscipere magis & minus, velut bicubitum; nec enim alterum altero magis est bicubitum; neque in numero; velut tria non magis quam quinque dicuntur quinque aut tria, nec quinque magis quam tria, (* *velut quinque nihil magis quinque dicuntur, quam tria tria,*) neque tempus aliud alio magis tempus dicitur. Nec in commemoratis (*quan-*

λον καὶ τὸ ἧττον λέγεται. ὥστε τὸ ποσὸν οὐκ ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. 17 Ἴδιον δὲ μάλιστα τοῦ ποσοῦ τὸ ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι· ἕκαστον γὰρ τῶν εἰρημένων ποσῶν ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεται. οἷον σῶμα ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεται· καὶ ἀριθμὸς, καὶ χρόνος, ἴσός τε καὶ ἄνισος λέγεται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ῥηθέντων ἕκαστον ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεται. τῶν δὲ λοιπῶν, ὅσα μή ἐστι ποσὰ, οὐ πάνυ ἂν δόξαιεν ἴσά τε καὶ ἄνισα λέγεσθαι. οἷον ἡ διάθεσις ἴση τε καὶ ἄνισος οὐ πάνυ λέγεται, ἀλλὰ μᾶλλον ὁμοία καὶ ἀνομοία. καὶ τὸ λευκὸν ἴσόν τε καὶ ἄνισον οὐ πάνυ, ἀλλὰ μᾶλλον ὅμοιον ἢ ἀνόμοιον. ὥστε τοῦ ποσοῦ μάλιστα ἂν εἴη ἴδιον τὸ ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι.

tis) omnino ullum magis & minus (*quantum*) dicitur. Quare quantum non recipit magis & minus. 17 Proprium vero maxime Quanti eſt, quod illud aequale aut inaequale dicitur: quodvis enim commemoratorum quantorum aequale aut inaequale dicitur. Veluti corpus aequale & inaequale dicitur, & numerus, & tempus, aequale & inaequale dicitur. Sic & in aliis commemoratis (*quantis*) quodvis aequale aut inaequale dicitur. Ex reliquis, quaecunque non ſunt quanta, ea non omnino videntur aequalia & inaequalia dici. Velut diſpoſitio aequalis & inaequalis non omnino dicitur, ſed potius ſimilis & diſſimilis. Et album aequale & inaequale non omnino (*dicitur*), ſed potius ſimile & diſſimile. Quare Quanto maxime proprium fuerit, quod illud aequale aut inaequale dicitur.

ΚΕΦ. ε'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΙ.

Cap. VII ed. Casaub.

Πρός τι δὲ τὰ τοιαῦτα λέγεται, ὅσα αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον. 2 Οἷον τὸ μεῖζον τοῦθ', ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ μεῖζον λέγεται· καὶ τὸ διπλάσιον τοῦθ', ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ διπλάσιον λέγεται· ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἔστι δὲ καὶ τὰ τοιάδε τῶν πρός τι, οἷον ἕξις, διάθεσις, ἐπιστήμη, αἴσθησις, θέσις. πάντα γὰρ τὰ εἰρημένα αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον, καὶ οὐκ ἄλλο τι. ἡ γὰρ ἕξις τινὸς ἕξις εἶναι λέγεται· καὶ ἡ ἐπιστήμη τινὸς ἐπιστήμη· καὶ ἡ θέσις τινὸς θέσις· καὶ τἆλλα δὲ ὡσαύτως. πρός τι οὖν ἐστιν, ὅσα αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγε-

CAP. V.

De relatis ad aliquid.

Relata ad aliquid talia dicuntur, quae ipsa, quidquid sunt, aliorum esse dicuntur, aut quocunque modo aliter ad aliud. 2 Velut maius id, quod est, alterius dicitur; aliquo enim maius dicitur: & duplum id, quod est, alterius dicitur; alicuius enim duplum dicitur: similiter vero & quaecunque alia sunt eiusmodi. Sunt autem haecce relativa, ut habitus, dispositio, scientia, sensus, situs. Nam omnia haec dicta, quidquid sunt, aliorum esse dicuntur, aut quocunque modo aliter ad aliud, nec (*tamen*) aliud quid (*sunt*). Habitus enim alicuius habitus esse dicitur; & scientia alicuius scientia; & situs alicuius situs; & reliqua similiter. Relata ad aliquid igitur sunt, quaecunque ipsa, quidquid sunt,

ται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον, οἷον ὄρος μέγα λέγεται πρὸς ἕτερον· πρός τι γὰρ μέγα λέγεται τὸ ὄρος· καὶ τὸ ὅμοιον τινὶ ὁμοιον λέγεται, καὶ τἆλλα δὲ τὰ τοιαῦτα ὡσαύτως πρός τι λέγεται. 3 Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀνάκλισις, καὶ ἡ στάσις, καὶ ἡ καθέδρα, θέσεις τινές. ἡ δὲ θέσις τῶν πρός τι. τὸ δὲ ἀνακεῖσθαι, ἢ ἑστάναι, ἢ καθῆσθαι, αὐτὰ μὲν οὔκ εἰσι θέσεις, παρωνύμως δὲ ἀπὸ τῶν εἰρημένων θέσεων λέγεται. 4 Ὑπάρχει δὲ καὶ ἐναντιότης ἐν τοῖς πρός τι· οἷον ἀρετὴ κακίᾳ ἐναντίον, ἑκάτερον τῶν πρός τι ὄν· καὶ ἐπιστήμη ἀγνοίᾳ. 5 Οὐ πᾶσι δὲ τοῖς πρός τι ὑπάρχει ἐναντιότης· τῷ γὰρ διπλασίῳ οὐδέν ἐστιν ἐναντίον, οὐδὲ τῷ τριπλασίῳ, οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδενί. 6 Δοκεῖ δὲ καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐπιδέχεσθαι τὰ πρός τι. ὅμοιον γὰρ καὶ ἀνόμοιον μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεται· καὶ ἴσον καὶ ἄνισον μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεται· ἑκάτερον τῶν πρός

aliorum esse dicuntur, aut quocunque modo aliter ad aliud (*dicuntur*), ut mons magnus dicitur (*relatus*) ad alium; ad aliquid enim magnus dicitur mons: & simile alicui simile dicitur, & alia eiusmodi similiter ad aliquid dicuntur. 3 Sunt autem & reclinatio, & statio, & sessio, situs quidam. Situs vero ex relativis est. Recubare autem, aut stare, aut sedere, ipsa quidem non sunt situs, at paronymice a dictis situs speciebus denominantur. 4 Est vero etiam contrarietas in relatis; velut virtus vitio contraria, quod utrumque ex relatis est; & scientia ignorantiae. 5 Non omnibus autem relatis inest contrarietas: nam duplo nihil est contrarium, neque triplo, nec horum ulli. 6 Videntur autem & magis & minus recipere relata. Simile enim & dissimile magis & minus dicitur; & aequale & inaequale magis & minus dicitur; quod utrumque ex relatis est:

τι ὄν· τό, τε γὰρ ὅμοιον τινὶ ὁμοίου λέγεται, καὶ τὸ ἄνισον τινὶ ἀνίσου. 7 Οὐ πάντα δὲ τὰ πρός τι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. τὸ γὰρ διπλάσιον οὐ λέγεται μᾶλλον καὶ ἧττον διπλάσιον· οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν. 8 Πάντα δὲ τὰ πρός τι πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται· οἷον ὁ δοῦλος δεσπότου δοῦλος λέγεται· καὶ ὁ δεσπότης δούλου δεσπότης· καὶ τὸ διπλάσιον ἡμίσεος διπλάσιον· καὶ τὸ ἥμισυ διπλασίου ἥμισυ· καὶ τὸ μεῖζον ἐλάττονος μεῖζον· καὶ τὸ ἔλαττον μείζονος ἔλαττον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· πλὴν τῇ πτώσει ἐνίοτε διοίσει κατὰ τὴν λέξιν· οἷον ἡ ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ λέγεται ἐπιστήμη· καὶ τὸ ἐπιστητὸν ἐπιστήμῃ ἐπιστητόν· καὶ ἡ αἴσθησις αἰσθητοῦ αἴσθησις· καὶ τὸ αἰσθητὸν αἰσθήσει αἰσθητόν. 9 Οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε οὐ δόξει ἀντιστρέφειν, ἐὰν μὴ οἰκείως, πρὸς ὃ λέγεται, ἀποδοθῇ, ἀλλὰ διαμάρτῃ ὁ ἀποδιδούς. οἷον τὸ πτερὸν ἐὰν ἀποδοθῇ ὄρνιθος, οὐκ ἀντιστρέφει ὄρνις πτεροῦ· οὐ

nam ſimile alicui ſimile dicitur, & inaequale alicui inaequale. 7 Non omnia vero ralata recipiunt magis & minus. Duplum enim non dicitur magis aut minus duplum; nec talium ullum. 8 Omnia autem relata converſim dicuntur; ut ſervus domini ſervus dicitur, & dominus ſervi dominus; & duplum dimidii duplum; & dimidium dupli dimidium; & maius minore maius; & minus maiore minus. Similiter vero etiam in aliis; praeterquam quod caſu nonnunquam different ſecundum dictionem; ut ſcientia ſcibilis dicitur ſcientia; & ſcibile ſcientiâ ſcibile; & ſenſus (*rei*) ſenſibilis ſenſus; & ſenſibile ſenſu ſenſibile. 9 Enimvero nonnunquam non videbitur reciprocari, ſi non proprie id, ad quod refertur, expreſſum fuerit, ſed peccaverit proponens. Velut ala ſi propoſita fuerit avis, non reciprocatur avis

γὰρ οἰκείως τὸ πρῶτον ἀποδίδοται, πτερὸν ὄρνιθος. οὐ γὰρ ᾗ ὄρνις, ταύτῃ τὸ πτερὸν αὐτῆς λέγεται, ἀλλ' ᾗ πτερωτόν ἐστι· πολλῶν γὰρ καὶ ἄλλων πτερά ἐστιν, ἃ οὐκ εἰσὶν ὄρνιθες. ὥστε ἐὰν ἀποδοθῇ οἰκείως, καὶ ἀντιστρέφει· οἷον τὸ πτερὸν πτερωτοῦ πτερόν· καὶ τὸ πτερωτὸν πτερῷ πτερωτόν. 10 Ἐνίοτε δὲ καὶ ὀνοματοποιεῖν ἴσως ἀναγκαῖον· ἐὰν μὴ κείμενον ᾖ ὄνομα, πρὸς ὃ οἰκείως ἂν ἀποδοθείη· οἷον τὸ πηδάλιον τοῦ πλοίου ἐὰν ἀποδοθῇ, οὐκ οἰκεία ἡ ἀπόδοσις γίνεται· (οὐ γὰρ ᾗ πλοῖον, ταύτῃ αὐτοῦ τὸ πηδάλιον λέγεται· ἔστι γὰρ πλοῖα, ὧν οὐκ ἔστι πηδάλια· διὸ οὐκ ἀντιστρέφει· τὸ γὰρ πλοῖον οὐ λέγεται πηδαλίου πλοῖον·) ἀλλ' ἴσως οἰκειοτέρα ἂν ἡ ἀπόδοσις εἴη, εἰ οὕτω πως ἀποδοθείη· τὸ πηδάλιον πηδαλιωτοῦ πηδάλιον, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως· ὄνομα γὰρ οὐ κεῖται· καὶ ἀντιστρέφει γε, ἐὰν οἰκείως ἀποδοθῇ· τὸ γὰρ πηδαλιωτὸν πηδαλίῳ πηδαλιωτόν.

cum ala; neque enim proprie primum proponitur, ala avis. Non enim, quatenus avis (*est*), eatenus ala eius dicitur, ſed quatenus alatum eſt: multorum enim aliorum quoque alae ſunt, quae non ſunt aves. Quare ſi proprie expreſſum fuerit, reciprocatur id quoque; velut ala alati ala; & alatum alâ alatum. 10 Nonnunquam vero etiam nomen fingere fortaſſe neceſſarium; ſi non poſitum ſit nomen, ad quod proprie quidem conferatur; ut clavus navis ſi dicatur, non propria eſt expreſſio; (non enim quatenus navis eſt, eatenus eius clavus dicitur; nam ſunt naves, quibus non ſunt clavi; quare non reciprocatur; navis enim non dicitur clavi navis;) ſed forte convenientior expreſſio fuerit, ſi ita dictum fuerit: clavus clavati clavus, aut quocunque modo aliter; nomen enim non poſitum eſt; & reciprocatur ſaltem, ſi proprie expreſſum fuerit; nam clava-

ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οἷον ἡ κεφαλὴ οἰκειοτέρως ἂν ἀποδοθείη κεφαλωτοῦ, ἢ ζώου ἀποδιδομένη· οὐ γὰρ ᾗ ζῶον κεφαλὴν ἔχει· πολλὰ γὰρ τῶν ζώων κεφαλὴν οὐκ ἔχει. 11 Οὕτω δὲ ῥᾷστα ἂν ἴσως τις λάβοι, οἷς μὴ κεῖται ὀνόματα, εἰ ἀπὸ τῶν πρώτων, καὶ τοῖς, πρὸς ἃ ἀντιστρέφουσι, τιθείη τὰ ὀνόματα· ὥσπερ ἐπὶ τῶν προειρημένων ἀπὸ τοῦ πτεροῦ τὸ πτερωτὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ πηδαλίου τὸ πηδαλιωτόν. 12 Πάντα οὖν τὰ πρός τι, ἐάνπερ οἰκείως ἀποδιδῶται, πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται· ἐπεὶ, ἐάν γε πρὸς τὸ τυχὸν ἀποδιδῶται, καὶ μὴ πρὸς αὐτὸ, ὃ λέγεται, οὐκ ἀντιστρέφει. λέγω δὲ, ὅτι οὐδὲ τῶν ὁμολογουμένως πρὸς ἀντιστρέφοντα λεγομένων, καὶ ὀνομάτων αὐτοῖς κειμένων, οὐδὲν ἀντιστρέφει, ἐὰν πρός τι τῶν συμβεβηκότων ἀποδιδῶται, καὶ μὴ πρὸς αὐτὸ, ὃ λέγεται· οἷον ὁ δοῦλος, ἐὰν μὴ δεσπότου ἀποδοθῇ δοῦλος, ἀλλὰ ἀνθρώ-

tum clavo clavatum: ſimiliter etiam in aliis; ut caput magis proprie quidem diceretur capitati, quam ſi animalis dicatur; non enim, quatenus animal eſt, caput habet; nam multa animalia caput non habent. 11 Sic vero facillime quidem aliquis fortaſſe conſtituerit, quibus nomina poſita non ſunt, ſi a primis, & ab illis, cum quibus reciprocantur, nomina poſuerit; ut in praedictis ab ala alatum, & a clavo clavatum. 12 Omnia igitur relata, ſi quidem convenienter traduntur, converſim dicuntur; cum, temere ad quodcunque ſi conferantur, nec ad id ipſum, quod dicuntur, non reciprocentur. Dico autem, quod nec eorum, quae omnium conſenſu converſim dicuntur, & quibus nomina poſita ſunt, quidquam reciprocatur, ſi ad aliquod accidens conferatur, nec ad id ipſum, quod dicitur; ut ſervus, ſi non domini ſervus dictus fuerit, ſed hominis, aut

που, ἢ δίπους, ἢ ὁτουοῦν τῶν τοιούτων, οὐκ ἀντιστρέφει· οὐ γὰρ οἰκεία ἡ ἀπόδοσίς ἐστιν. 13 Ἐὰν μέντοι οἰκείως ἀποδεδομένον ᾖ, πρὸς ὃ λέγεται, πάντων περιαιρουμένων τῶν ἄλλων, ὅσα συμβεβηκότα ἐστὶ, καταλειπομένου δὲ τούτου μόνου, πρὸς ὃ ἀπεδόθη οἰκείως, ἀεὶ πρὸς αὐτὸ ῥηθήσεται· οἷον ὁ δοῦλος ἐὰν πρὸς τὸν δεσπότην λέγηται, περιαιρουμένων τῶν ἄλλων [ἁπάντων], ὅσα συμβεβηκότα ἐστὶ τῷ δεσπότῃ, (οἷον τὸ δίποδι εἶναι, καὶ τὸ ἐπιστήμης δεκτικῷ, καὶ τὸ ἀνθρώπῳ,) καταλειπομένου δὲ μόνου τοῦ δεσπότην εἶναι, ἀεὶ ὁ δοῦλος πρὸς αὐτὸν ῥηθήσεται· ὁ γὰρ δοῦλος δεσπότου δοῦλος λέγεται. 14 Ἐὰν δέ γε μὴ οἰκείως ἀποδοθῇ, πρὸς ὅ ποτε λέγεται, περιαιρουμένων μὲν τῶν ἄλλων, καταλειπομένου δὲ μόνου τοῦ, πρὸς ὃ ἀπεδόθη, οὐ ῥηθήσεται πρὸς αὐτό. ἀποδεδόσθω γὰρ ὁ δοῦλος ἀνθρώπου, καὶ τὸ πτερὸν ὄρνιθος· καὶ περιῃρήσθω τοῦ ἀνθρώπου τὸ δεσπότην αὐτὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἔτι ὁ δοῦλος πρὸς

bipedis, aut cuiuſcunque talium, non reciprocatur; non enim propria eſt expreſſio. 13 Si tamen proprie expreſſum fuerit, ad quod dicitur, ſeparatis aliis, quotquot accidentia ſunt, relicto autem illo ſolo, ad quod collatum ſit proprie, ſemper ad illud dicetur; velut ſervus ſi (*reſpectu*) ad dominum dicitur, ſeparatis aliis [omnibus], quotquot accidentia ſunt domini, (velut eſſe bipedem, & ſcientiae capacem, & hominem,) relicto autem ſolo, quod ſit dominus, ſemper ſervus (*reſpectu*) ad illum dicetur; ſervus enim domini ſervus dicitur. 14 Si vero non proprie deſignatum fuerit id, ad quod dicitur, ſeparatis reliquis, relicto autem illo ſolo, ad quod dictum fuerit, non dicetur ad illud. Deſignetur enim ſervus hominis, & ala avis, & ſeparetur ab homine, quod dominus ille eſt; non amplius ſer-

ἄνθρωπον ῥηθήσεται· μὴ γὰρ ὄντος δεσπότου, οὐδὲ δοῦλός ἐστιν. ὡσαύτως καὶ τοῦ ὄρνιθος περιῃρήσθω τὸ πτερωτὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἔτι ἔσται τὸ πτερὸν τῶν πρός τι· μὴ γὰρ ὄντος πτερωτοῦ, οὐδὲ πτερὸν ἔσται τινός. 15 Ὥστε δεῖ μὲν ἀποδιδόναι, πρὸς ὅ ποτε οἰκείως λέγεται· καὶν μὲν ὄνομα ᾖ κείμενον, ῥᾳδία ἡ ἀπόδοσις γίνεται· μὴ ὄντος δὲ, ἀναγκαῖον ἴσως ὀνοματοποιεῖν. οὕτω δὲ ἀποδιδομένων, φανερὸν, ὅτι πάντα τὰ πρός τι πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται. 16 Δοκεῖ δὲ τὰ πρός τι ἅμα τῇ φύσει εἶναι· καὶ ἐπὶ μὲν τῶν πλείστων ἀληθές ἐστιν. ἅμα γὰρ διπλάσιόν τέ ἐστι καὶ ἥμισυ· καὶ ἡμίσεος ὄντος, διπλάσιόν ἐστι· καὶ δεσπότου ὄντος, δοῦλος ἐστί· καὶ δούλου ὄντος, δεσπότης ἐστίν. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τὰ ἄλλα. καὶ συναναιρεῖ γε δὲ ταῦτα ἄλληλα· μὴ γὰρ ὄντος διπλασίου, οὐκ ἔστιν ἥμισυ· καὶ ἡμίσεος μὴ ὄντος, οὐκ ἔστι διπλάσιον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν

vus ad hominem dicetur; nam si non sit dominus, nec servus est. Similiter & ab ave separetur alatum esse; non amplius erit alatum inter relativa; nam si non sit alatum, nec ala erit alicuius. 15 Quare oportet designari id, ad quod proprie dicitur; & si quidem nomen sit positum, facilis est designatio; sin vero minus, necessarium fortasse est nomen fingere. Quae autem ita si designentur, manifestum est, omnia relativa ad ea dici, quae reciprocantur. 16 Videntur autem relativa simul naturâ esse; & de plurimis hoc verum est. Simul enim duplum est & dimidium; & dimidium cum est, duplum est; & dominus cum est, servus est; & servus cum est, dominus est. Similiter vero his sese habent & alia. Et tollunt haec quoque sese mutuo: si enim non est duplum, nec dimidium est; & si non est dimidium, nec duplum est. Similiter vero etiam in aliis,

ἄλλων, ὅσα τοιαῦτα. 17 Οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ τῶν πρός τι ἀληθὲς δοκεῖ τὸ ἅμα τῇ φύσει εἶναι. τὸ γὰρ ἐπιστητὸν, τῆς ἐπιστήμης πρότερον ἂν δόξειεν εἶναι· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ, προϋπαρχόντων τῶν πραγμάτων, τὰς ἐπιστήμας λαμβάνομεν· ἐπ' ὀλίγων γὰρ ἂν ἢ ἐπ' οὐδενὸς ἴδοι τις ἂν ἅμα τῷ ἐπιστητῷ τὴν ἐπιστήμην γινομένην. 18 Ἔτι τὸ μὲν ἐπιστητὸν ἀναιρεθὲν συναναιρεῖ τὴν ἐπιστήμην· ἡ δὲ ἐπιστήμη τὸ ἐπιστητὸν οὐ συναναιρεῖ· ἐπιστητοῦ μὲν γὰρ μὴ ὄντος, οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη· οὐδενὸς γὰρ ἔτι ἔσται ἐπιστήμη· ἐπιστήμης δὲ μὴ οὔσης, οὐδὲν κωλύει ἐπιστητὸν εἶναι· οἷον καὶ ὁ τοῦ κύκλου τετραγωνισμός· εἴ γέ ἐστιν ἐπιστητὸν, ἐπιστήμη μὲν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν· οὐδέπω, αὐτὸς δὲ ἐπιστητόν ἐστιν. ἔτι ζώου μὲν ἀναιρεθέντος, οὐκ ἔσται ἐπιστήμη, τῶν δὲ ἐπιστητῶν πολλὰ ἐνδέχεται εἶναι. 19 Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τὰ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως ἔχει· τὸ γὰρ αἰσθητὸν πρότερον τῆς αἰ-

quaecunque talia ſunt. 17 Non de omnibus autem relatis verum videtur, ſimul ea naturâ eſſe. Scibile enim ſcientia prius forte eſſe videatur; nam utplurimum, rebus iam exſiſtentibus, earum ſcientiam conſequimur; in paucis enim aut etiam in nullo viderit aliquis, ſimul cum ſcibili ſcientiam oriri. 18 Porro, ſcibile quidem ſublatum tollit ſcientiam; ſcientia vero ſublata ſcibile non tollit: nam ſi non eſt ſcibile, non eſt ſcientia; nullius enim amplius erit ſcientia: ſi ſcientia vero non eſt, nihil prohibet ſcibile eſſe; veluti circuli quadratura; ſi quidem ea ſcibile eſt, ſcientia tamen eius nondum eſt, ipſa autem ſcibile eſt. Porro, ſublato quidem animali, non erit ſcientia, ſcibilium vero multa eſſe poſſunt. 19 Similiter etiam his ſe habent, quae ad ſenſum ſpectant; nam ſenſibile prius videtur eſſe ſen-

σθήσεως δοκεῖ εἶναι. τὸ μὲν γὰρ αἰσθητὸν ἀναιρεθὲν συναναιρεῖ τὴν αἴσθησιν· ἡ δὲ αἴσθησις τὸ αἰσθητὸν οὐ συναναιρεῖ· αἱ γὰρ αἰσθήσεις περὶ σῶμα καὶ ἐν σώματί εἰσιν. αἰσθητοῦ δὲ ἀναιρεθέντος, ἀναιρεῖται καὶ τὸ σῶμα· (τῶν γὰρ αἰσθητῶν καὶ τὸ σῶμα·) σώματος δὲ μὴ ὄντος, ἀναιρεῖται καὶ ἡ αἴσθησις. ὥστε συναναιρεῖ τὸ αἰσθητὸν τὴν αἴσθησιν· ἡ δέ γε αἴσθησις τὸ αἰσθητὸν οὐ συναναιρεῖ. ζώου γὰρ ἀναιρεθέντος, αἴσθησις μὲν ἀναιρεῖται· αἰσθητὸν δὲ ἔσται, οἷον σῶμα, θερμὸν, γλυκὺ, πικρὸν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα ἐστὶν αἰσθητά. 20 Ἔτι ἡ μὲν αἴσθησις ἅμα τῷ αἰσθητικῷ γίνεται· ἅμα γὰρ τῷ ζώῳ γίνεται καὶ ἡ αἴσθησις. τὸ δέ γε αἰσθητόν ἐστι καὶ πρὸ τοῦ ζῶον ἢ αἴσθησιν εἶναι. πῦρ γὰρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐξ ὧν καὶ τὸ ζῶον συνίσταται, ἔστι καὶ πρὸ τοῦ ζῶον ὅλως εἶναι ἢ αἴσθησιν· ὥστε πρότερον ἂν τῆς αἰσθήσεως τὸ

su. Senſibile enim ſublatum una tollit ſenſum; ſenſus vero ſenſibile non una tollit: nam ſenſus circa corpus & in corpore ſunt. Senſibili autem ſublato, tollitur etiam corpus; (ex rebus ſenſibilibus enim & corpus eſt;) corpus vero ſi non eſt, tollitur etiam ſenſus. Quare una tollit ſenſibile ſenſum; ſenſus vero ſenſibile non una tollit. Nam animali ſublato, ſenſus quidem tollitur; ſenſibile vero erit, ut corpus, calidum, dulce, amarum, & reliqua omnia, quaecunque ſunt ſenſibilia. 20 Porro ſenſus quidem ſimul fit cum eo, quod ſentiendi vi praeditum eſt; nam ſimul cum animale fit etiam ſenſus. Senſibile vero eſt, antequam vel animal ſit vel ſenſus. Ignis enim & aqua, & ſimilia, e quibus etiam animal conſtituitur, ſunt etiam, antequam omnino animal aut ſenſus ſit. Quare prius ſenſu ſenſibile eſſe

αἰσθητὸν εἶναι δόξειεν. 21 Ἔχει δὲ ἀπορίαν, πότερον οὐδεμία οὐσία τῶν πρός τι λέγεται, καθάπερ δοκεῖ, ἢ τοῦτο ἐνδέχεται κατά τινας τῶν δευτέρων οὐσιῶν; ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πρώτων οὐσιῶν ἀληθές ἐστιν· οὔτε γὰρ τὰ ὅλα, οὔτε τὰ μέρη τῶν πρώτων οὐσιῶν, πρός τι λέγεται· ὁ γάρ τις ἄνθρωπος οὐ λέγεται τινός τις ἄνθρωπος· οὐδὲ ὁ τὶς βοῦς τινός τις βοῦς. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ μέρη· ἡ γάρ τις χεὶρ οὐ λέγεται τινός τις χεὶρ, ἀλλά τινος χειρός· καὶ ἡ τὶς κεφαλὴ οὐ λέγεται τινός τις κεφαλή, ἀλλά τινος κεφαλή· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δευτέρων οὐσιῶν, ἐπί γε τῶν πλείστων· οἷον ὁ ἄνθρωπος οὐ λέγεταί τινος ἄνθρωπος· οὐδὲ ὁ βοῦς τινὸς βοῦς· οὐδὲ τὸ ξύλον τινὸς ξύλον, ἀλλά τινος κτῆμα λέγεται. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων φανερὸν, ὅτι οὐκ ἔστι τῶν πρός τι. ἐπ' ἐνίων δὲ τῶν δευτέρων οὐσιῶν ἔχει

videri possit. 21 Dubitationi autem obnoxium est, utrum nulla substantia relata ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur, an vero accidat hoc in nonnullis secundarum substantiarum? Nam in primis quidem substantiis verum est, [* *eas non esse relata;*] neque enim Tota, nec partes primarum substantiarum, relata ad aliquid dicuntur; quidam enim homo non dicitur alicuius quidam homo, nec quidam bos alicuius quidam bos. Similiter & partes; quaedam enim manus non dicitur alicuius quaedam manus, sed alicuius manus; & quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput: similiter vero & in secundis substantiis, in plurimis sane; ut homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignum, sed alicuius possessio. De talibus igitur manifestum est, quod non inter relata ad aliquid sunt. In nonnullis vero secundarum substantiarum dubitationem res affert;

ἀμφισβήτησιν· οἷον ἡ κεφαλὴ τινὸς λέγεται κεφαλή· καὶ ἡ χεὶρ τινὸς λέγεται χείρ· καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων· ὥστε ταῦτα τῶν πρός τι δόξειεν ἂν εἶναι. 22 Εἰ μὲν οὖν ἱκανῶς ὁ τῶν πρός τι ὁρισμὸς ἀποδέδοται· ἢ τῶν πάνυ χαλεπῶν, ἢ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ, τὸ δεῖξαι, ὡς οὐδεμία οὐσία τῶν πρός τι λέγεται. εἰ δὲ μὴ ἱκανῶς, ἀλλ' ἔστι τὰ πρός τι, οἷς τὸ εἶναι ταὐτόν ἐστι τῷ πρὸς τί πως ἔχειν· ἴσως ἂν ῥηθείη τὶ πρὸς ταῦτα. 23 Ὁ δὲ πρότερος ὁρισμὸς παρακολουθεῖ μὲν πᾶσι τοῖς πρός τι. οὐ μήν γε ταὐτόν ἐστι τὸ πρός τι αὐτοῖς εἶναι τῷ αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων λέγεσθαι. 24 Ἐκ δὲ τούτων δῆλόν ἐστιν, ὅτι, ἐάν τις εἰδῇ τι ὡρισμένως τῶν πρός τι, καὶ κεῖνο, πρὸς ὃ λέγεται, ὡρισμένως εἴσεται. Φανερὸν μὲν οὖν καὶ ἐξ αὐτῶν ἐστιν· εἰ γὰρ οἶδέ τις, τόδε τι ὅτι τῶν πρὸς τί ἐστιν· (ἔστι δὲ τὸ εἶναι τοῖς πρός τι ταὐτὸν τῷ πρὸς τί πως ἔχειν·) καὶ κεῖνο

ut caput alicuius dicitur caput; & manus alicuius dicitur manus; & unumquodque talium; quare haec forte inter relata videantur esse. 22 Si ergo sufficienter relatorum definitio constituta est; aut valde difficile est, aut impossibile, monstrare, nullam substantiam relatam ad aliquid dici. Si vero non sufficienter, sed sunt relata, quorum essentia nihil aliud est, quam ad aliquid modo quopiam esse affectum; forte ad haec aliquid diceretur. 23 Prior autem definitio convenit quidem omnibus relatis. At non idem est, eorum essentiam esse relatam, & ipsa, id quod sunt, de aliis dici. 24 Ex his vero perspicuum est, quod, si quis sciat aliquid definite esse relatum, & illud, ad quod dicitur, definite sciet. Manifestum ergo hoc etiam ex illis est: si enim novit quis, hoc aliquid quod relatum est; (est autem relatorum essentia nihil aliud, quam modo quopiam ad

οἶδε, πρὸς ὃ τοῦτό πως ἔχει. εἰ γὰρ μὴ οἶδεν ὅλως, πρὸς ὃ τοῦτό πως ἔχει· οὐδ', εἰ πρός τί πως ἔχει, εἴσεται. 25 Καὶ ἐπὶ τῶν καθέκαστα δὲ δῆλον τὸ τοιοῦτον. οἷον τόδε τι, εἰ οἶδέ τις ἀφωρισμένως, ὅτι ἐστὶ διπλάσιον· καὶ, ὅτου διπλάσιόν ἐστιν, εὐθὺς ἀφωρισμένως οἶδεν· εἰ γὰρ μηδενὸς τῶν ἀφωρισμένων οἶδεν αὐτὸ διπλάσιον, οὐδ', εἰ ἔστι διπλάσιον ὅλως, οἶδεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τόδε τι, εἰ οἶδεν, ὅτι κάλλιόν ἐστι, καὶ ὅτου κάλλιόν ἐστιν, εὐθὺς ἀφωρισμένως ἀναγκαῖον εἰδέναι. [διὰ ταὐτὰ] οὐκ ἀορίστως δὲ εἴσεται, ὅτι τοῦτό ἐστι χείρονος κάλλιον· ὑπόληψις γὰρ τὸ τοιοῦτον γίνεται, οὐκ ἐπιστήμη· οὐ γὰρ ἔτι ἀκριβῶς εἴσεται, ὅτι ἐστὶ χείρονος κάλλιον· εἰ γὰρ οὕτως ἔτυχεν, οὐδέν ἐστι χεῖρον αὐτοῦ· ὥστε φανερὸν, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὃ ἂν εἰδῇ τις τῶν πρός τι ὡρισμένως, κἀκεῖνο, πρὸς ὃ λέγε-

aliquid esse affectum;) etiam illud novit, ad quid hoc modo quopiam affectum sit. Si enim nescit omnino, ad quid modo quopiam affectum sit; neque, num ad aliquid modo quopiam referatur, sciet. 25 Et in singulis rebus hoc manifestum est, ut hoc aliquid, si quis sciat definite, esse duplum; etiam, cuius duplum sit, statim definite scit: si enim nullius definitorum scit ipsum esse duplum, nec, num sit duplum omnino, scit. Similiter vero & hoc aliquid, si scit, esse pulchrius, & cuius sit pulchrius, statim definite necesse est (*eum*) scire. [Propter illa] non indefinite autem sciet, esse hoc turpiore pulchrius; suspicio enim tale fit, non scientia: non enim iam accurate sciet, turpiori (*illud*) pulchrius esse; si enim hoc contingeret, nihil illo (*pulchriori*) turpius esset; quare manifestum est, necessarium esse, quidquid aliquis e relatis definite sciat, eum illud etiam,

ται, ὡρισμένως εἰδέναι. 26 Τὴν δέ γε κεφαλὴν, καὶ τὴν χεῖρα, καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων, ἃ εἰσιν οὐσίαι, αὐτὰ μὲν, ἅπερ ἐστὶν, ὡρισμένως ἐστὶν εἰδέναι. πρὸς ὃ δὲ λέγεται, οὐκ ἀναγκαῖον· τίνος γὰρ αὕτη ἡ κεφαλὴ, ἢ τίνος ἡ χεὶρ, οὐκ ἔστιν εἰδέναι ὡρισμένως. ὥστε οὐκ ἂν εἴη ταῦτα τῶν πρός τι. εἰ δὲ μή ἐστι ταῦτα τῶν πρός τι· ἀληθὲς ἂν εἴη λέγειν, ὅτι οὐδεμία οὐσία τῶν πρὸς τί ἐστιν. 27 Ἴσως δὲ χαλεπὸν καὶ περὶ τῶν τοιούτων σφοδρῶς ἀποφαίνεσθαι, μὴ πολλάκις ἐπεσκεμμένον. τὸ μέντοι διηπορηκέναι περὶ ἑκάστου αὐτῶν, οὐκ ἄχρηστόν ἐστι.

ΚΕΦ. στ'.

ΠΕΡΙ ΠΟΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΙΟΤΗΤΟΣ.

Cap. VIII ed. Casaub.

Ποιότητα δὲ λέγω, καθ' ἣν ποιοί τινες [εἶναι] λέγονται. 2 Ἔστι δὲ ἡ ποιότης τῶν πλεοναχῶς λεγομέ-

ad quod dicitur, definite scire. 26 At caput, & manum, & quodque talium, quae sunt substantiae, ipsa, quidquid sunt, definite cognosci possunt. Ad quod vero dicuntur, non est necesse (*definite cognosci*): nam cuius hoc caput sit, & cuius haec manus, definite cognosci non potest. Quare non fuerint haec relata. Si vero haec relata non sunt; verum fuerit, si dicamus, nullam substantiam inter relata esse. 27 Fortasse autem difficile est, de talibus certum quid statuere, qui non saepe consideraverit. Dubitare tamen de singulis eorum non est inutile.

CAP. VI.

De Quali & Qualitate.

Qualitatem vero dico, secundum quam quales aliqui [esse] dicuntur. 2 Est autem qualitas ex illorum

νων. 3 Ἓν μὲν οὖν εἶδος ποιότητος ἕξις καὶ διάθεσις λεγέσθωσαν. 4 Διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως τῷ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον. τοιαῦται δὲ αἵ τε ἐπιστῆμαι, καὶ αἱ ἀρεταί· ἥτε γὰρ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν παραμονιμωτέρων εἶναι, καὶ δυσκινήτων, ἐὰν καὶ μετρίως ἐπιστήμην τις λάβῃ, ἐάνπερ μὴ μεγάλη μεταβολὴ γένηται ὑπὸ νόσου, ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ, οἷον ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων, οὐκ εὐκίνητον δοκεῖ εἶναι, οὐδ' εὐμετάβολον. Διαθέσεις δὲ λέγονται, ἃ ἐστιν εὐκίνητα καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα· οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ νόσος καὶ ὑγιεία, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. διάκειται μὲν γάρ πως κατὰ ταύτας ὁ ἄνθρωπος, ταχὺ δὲ μεταβάλλει, ἐκ θερμοῦ ψυχρὸς γενόμενος, καὶ ἐκ τοῦ ὑγιαίνειν εἰς τὸ νοσεῖν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· εἰ μή τις καὶ αὐτῶν τούτων τυγχάνοι διὰ

numero, quae multis modis dicuntur. 3 Una quidem ſpecies qualitatis habitus & diſpoſitio nuncupantor. 4 Differt autem habitus a diſpoſitione, quod diuturnior ſit & firmior. Tales vero ſunt ſcientiae & virtutes: nam ſcientia videtur ex eorum numero eſſe, quae diutius permanent & difficulter amoventur, ſi vel mediocriter ſcientiam aliquis conſecutus ſit, niſi forte magna mutatio fiat a morbo, aut alio quopiam eiuſmodi. Similiter vero & virtus, velut iuſtitia & temperantia & id genus cetera, non videtur facile amoveri aut mutari poſſe. Diſpoſitiones vero dicuntur, quae facile amoveri & celeriter mutari poſſunt; ut calor & frigus, morbus & ſanitas, & quaecunque ſunt talia. Diſponitur enim quodammodo ſecundum has homo, celeriter autem mutatur, e calido frigidus, & e valente aegrotus; ſimiliter vero etiam in aliis; niſi quaepiam harum

χρόνου πλῆθος ἤδη συμπεφυσιωμένη, καὶ ἀκίνητος, ἢ πάνυ δυσκίνητος οὖσα· ἢν ἄν τις, ὡς ἕξιν, ἤδη προσαγορεύοι. 5 Φανερὸν δὲ, ὅτι ταῦτα βούλονται ἕξεις λέγειν, ἃ ἐστι πολυχρονιώτερα καὶ δυσκινητότερα· τοὺς γὰρ τὰ τῶν ἐπιστημῶν μὴ πάνυ τι κατέχοντας, ἀλλ' εὐκινήτους ὄντας, οὐ φασιν ἕξιν ἔχειν· καίτοι διάκεινταί γέ πως κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ χεῖρον, ἢ βέλτιον. ὥστε διαφέρει ἕξις διαθέσεως τῷ τὴν μὲν εὐκίνητον εἶναι, τὴν δὲ πολυχρονιωτέραν καὶ δυσκινητοτέραν. 6 Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἕξεις καὶ διαθέσεις· αἱ δὲ διαθέσεις οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἕξεις. οἱ μὲν γὰρ ἕξεις ἔχοντες καὶ διάκεινταί γέ πως κατ' αὐτάς· οἱ δὲ διακείμενοι οὐ πάντως καὶ ἕξιν ἔχουσιν. 7 Ἕτερον δὲ γένος ποιότητος, καθ' ὃ πυκτικοὺς, ἢ δρομικοὺς, ἢ ὑγιεινοὺς, ἢ νοσώδεις λέγομεν· καὶ ἁπλῶς,

ipsarum (*qualitatum*) in naturam transierit, nec moveri, aut difficulter moveri possit; quam igitur quis forte, ut habitum, iam appellaverit. 5 Manifestum vero, quod habitus dicere volunt haec, quae diuturniora sunt, nec tam facile mutantur: eos enim, qui scientias non satis bene didicerunt, & facile oblivisci possunt, non dicunt habitu praeditos, licet aliquo modo dispositi sint ad scientiam, aut deterius, aut melius. Quare differt habitus a dispositione, quod haec facile amitti potest, ille est diuturnior, nec tam facile amovendus. 6 Sunt autem ipsi quidem habitus quoque dispositiones; dispositiones vero non necessario habitus. Habitu enim praediti dispositi saltem sunt quoque quodammodo secundum illum; qui autem dispositi sunt, non omnino & habitu praediti sunt. 7 Aliud vero genus qualitatis est, secundum quod aptos ad pugilatum aut cursum, aut sanos, aut aegrotos dicimus; & sim-

ὅσα κατὰ δύναμιν φυσικὴν, ἢ ἀδυναμίαν, λέγεται· οὐ γὰρ τῷ διακεῖσθαί πως ἕκαστον τῶν τοιούτων λέγεται, ἀλλὰ τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν ἢ ἀδυναμίαν τοῦ ποιῆσαί τι ῥᾳδίως, ἢ μηδὲν πάσχειν. οἷον πυκτικοὶ ἢ δρομικοὶ λέγονται οὐ τῷ διακεῖσθαί πως, ἀλλὰ τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν τοῦ ποιῆσαί τι ῥᾳδίως. ὑγιεινοὶ δὲ λέγονται τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν τοῦ μηδὲν πάσχειν ὑπὸ τῶν τυχόντων ῥᾳδίως· νοσώδεις δὲ τῷ ἀδυναμίαν ἔχειν φυσικὴν τοῦ μηδὲν πάσχειν ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τὸ σκληρὸν, καὶ τὸ μαλακὸν ἔχει. τὸ μὲν γὰρ σκληρὸν λέγεται τῷ δύναμιν ἔχειν τοῦ μὴ ῥᾳδίως διαιρεῖσθαι. τὸ δὲ μαλακὸν τῷ ἀδυναμίαν ἔχειν τοῦ αὐτοῦ τούτου. 8 Τρίτον δὲ γένος ποιότητος παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη. ἔστι δὲ τοιαῦτα, οἷον γλυκύτης τε καὶ πικρότης καὶ στρυφνό-

pliciter, quaecunque ſecundum potentiam naturalem aut impotentiam dicuntur: non enim, quod aliquo modo diſpoſitum ſit, unumquodque horum dicitur, ſed quod potentiam habeat naturalem aut impotentiam aliquid facile agendi, aut nihil patiendi. Sic ad pugilatum apti aut ad curſum non dicuntur, quod quodammodo diſpoſiti ſint, ſed quod facultatem habeant naturalem aliquid facile agendi. Sani vero dicuntur, quod facultatem habent naturalem nihil facile ab accidentibus patiendi; morbidi vero, quod impotentiam habent naturalem nihil facile patiendi ab accidentibus. Similia autem his ſunt durum & molle. Durum enim dicitur, quoniam facultatem habet naturalem, ut non facile dividatur. Molle autem, quoniam impotentiam huius eiuſdem habet. 8 Tertium genus qualitatis patibiles ſunt qualitates & paſſiones. Sunt autem talia, ut dulcedo,

της, καὶ πάντα τὰ τούτοις συγγενῆ· ἔτι δὲ καὶ θερμότης, καὶ ψυχρότης, καὶ λευκότης, καὶ μελανία. 9 Ὅτι μὲν οὖν αὗται ποιότητές εἰσι, φανερόν· τὰ γὰρ δεδεγμένα αὐτὰς ποιὰ λέγεται κατ' αὐτάς. οἷον τὸ μέλι τῷ γλυκύτητα δεδέχθαι λέγεται γλυκύ· καὶ τὸ σῶμα, λευκόν, τῷ λευκότητα δεδέχθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων [ἔχει]. 10 Παθητικαὶ δὲ ποιότητες λέγονται, οὐ τῷ αὐτὰ τὰ δεδεγμένα τὰς ποιότητας πεπονθέναι τι· οὔτε γὰρ τὸ μέλι τῷ πεπονθέναι τι λέγεται γλυκύ· οὔτε τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδέν. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ ἡ θερμότης καὶ ἡ ψυχρότης παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, οὐ τῷ αὐτὰ τὰ δεδεγμένα πεπονθέναι τι· τῷ δὲ κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἑκάστην τῶν εἰρημένων ποιοτήτων πάθους εἶναι ποιητικὴν παθητικαὶ ποιότητες λέγονται. ἥτε γὰρ γλυκύτης πάθος τὸ κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμποιεῖ, καὶ ἡ θερμότης κατὰ τὴν

amaritudo, acerbitas, & omnia his cognata; praeterea etiam calor & frigus, & albedo & nigredo. 9 Quod vero hae qualitates sunt, manifestum est: nam quae eas receperunt, qualia dicuntur secundum illas. Velut mel, quia dulcedinem recepit, dicitur dulce; & corpus, album, quia albedinem recepit. Similiter etiam in aliis [se habet]. 10 Patibiles vero qualitates dicuntur, non quod ea ipsa, quae qualitates receperunt, passa quidpiam sint; neque enim mel, quod aliquid passum sit, dicitur dulce; nec aliorum talium quidquam. Similiter vero his & calor & frigus patibiles qualitates dicuntur, non quod ipsa, quae receperunt, aliquid passa sint; sed, quod circa sensus unaquaeque harum qualitatum passionem faciat, patibiles qualitates dicuntur. Dulcedo enim passionem quandam circa gustum efficit, & calor

ἀφήν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι. 11 Λευκότης δὲ καὶ μελανία, καὶ αἱ ἄλλαι χροιαὶ, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς εἰρημένοις παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, ἀλλὰ τῷ αὐτὰς ἀπὸ πάθους γεγονέναι· ὅτι μὲν οὖν γίνονται διὰ πάθος πολλαὶ μεταβολαὶ χρωμάτων, δῆλον· αἰσχυνθεὶς γάρ τις ἐρύθρὸς ἐγένετο· καὶ φοβηθεὶς ὠχρός· καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων. ὥστε καὶ, εἴ τις φύσει τῶν τοιούτων τι παθῶν πέπονθε, τὴν ὁμοίαν χροιὰν εἰκὸς αὐτὸν ἔχειν ἐστίν. ἥτις γὰρ νῦν ἐν τῷ αἰσχυνθῆναι διάθεσις τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐγένετο, καὶ κατὰ φυσικὴν σύστασιν ἡ αὐτὴ γένοιτ' ἂν διάθεσις· ὥστε φύσει καὶ τὴν χροιὰν ὁμοίαν γίνεσθαι. 12 Ὅσα μὲν οὖν τῶν τοιούτων συμπτωμάτων ἀπό τινων παθῶν δυσκινήτων καὶ παραμονίμων τὴν ἀρχὴν εἴληφε, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται. εἴτε γὰρ ἐν τῇ κατὰ φύσιν συστάσει ὠχρότης ἢ μελανία γένηται, ποιότητες λέγονται· ποιοὶ γὰρ

circa tactum. Similiter vero & aliae. 11 Albedo autem & nigredo, & alii colores, non eundem ad modum, ut quae ante commemorata sunt, patibiles qualitates dicuntur, sed quod a passione quapiam ortae sint; quod quidem per passionem multae colorum mutationes oriuntur, manifestum est; pudore enim suffusus aliquis erubuit; & timore perculsus expalluit, & quodque eiusmodi. Quare etiam, si quis naturâ talium quampiam passionum passus est, similem colorem ille habere solet. Nam quae nunc, dum pudefieret, orta est dispositio circa corpus, secundum constitutionem naturalem eadem quoque oriretur; quare naturâ etiam similis color oritur. 12 Quotcunque ergò talium accidentium a passionibus quibusdam non facile mobilibus & permanentibus originem sumserunt, patibiles qualitates dicuntur. Sive enim in constitutione naturali pallor aut ni-

κατὰ ταύτας λεγόμεθα· εἴτε διὰ νόσον μακρὰν ἢ διὰ καῦμα ἤ τι τοιοῦτο συμβέβηκεν ἡ ὠχρότης ἢ μελανία, καὶ μὴ ῥαδίως ἀποκαθίστανται, ἢ καὶ διὰ βίου παραμένουσι, ποιότητες καὶ αὐταὶ λέγονται· ὁμοίως γὰρ ποιοὶ κατ' αὐτὰς λεγόμεθα. ὅσα δὲ ἀπὸ ῥαδίως διαλυομένων καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίνεται, πάθη λέγεται, ποιότητες δὲ οὔ. οὐ γὰρ λέγονται ποιοί τινες κατ' αὐτάς· οὔτε γὰρ ὁ ἐρυθριῶν διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι ἐρυθρίας λέγεται· οὔτε ὁ ὠχριῶν διὰ τὸ φοβεῖσθαι ὠχρίας· ἀλλὰ μᾶλλον πεπονθέναι τι· ὥστε πάθη μὲν τὰ τοιαῦτα λέγεται, ποιότητες δὲ οὔ. 13 Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ κατὰ ψυχὴν παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη λέγονται. ὅσα γὰρ ἐν τῇ γενέσει εὐθὺς ἀπό τινων παθῶν δυσκινήτων γεγένηται, ποιότητες λέγονται· οἷον ἥτε μανικὴ ἔκστασις, καὶ ἡ ὀργὴ, καὶ τὰ

gredo fiat, qualitates dicuntur; nam quales ſecundum has dicimur: ſive per diuturnum morbum aut per inuſtionem aut tale quidpiam acciderunt pallor aut nigredo, nec facile depelluntur, aut per totam vitam permanent, & ipſae qualitates dicuntur; ſimiliter enim ſecundum has quales dicimur. Quotquot vero a talibus oriuntur paſſionibus, quae facile diſſolvuntur & celeriter depelluntur, paſſiones dicuntur, non autem qualitates: non enim dicuntur quales ſecundum illas; neque enim erubeſcens, quia pudefit, rubicundus dicitur; nec qui pallet per timorem, pallidus; ſed potius (*dicitur*) aliquid paſſus eſſe; quare haec paſſiones quidem dicuntur, at non qualitates. 13 Similiter vero ut illa etiam circa animam patibiles qualitates & paſſiones dicuntur. Quaecunque enim in ortu ſtatim a quibuſdam paſſionibus difficulter mutabilibus oriuntur, qualitates dicuntur; velut amentia, & ira, & talia. Qua-

τοιαῦτα. ποιοὶ γὰρ κατ' αὐτὰς λέγονται ὀργίλοι τε καὶ μανικοί· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσαι ἄλλαι ἐκστάσεις μὴ Φυσικαὶ, ἀλλ' ἀπό τινων ἄλλων συμπτωμάτων γεγένηνται δυσαπάλλακτοι, ἢ καὶ ὅλως ἀκίνητοι, ποιότητες καὶ τὰ τοιαῦτα· ποιοὶ γὰρ κατ' αὐτὰς λέγονται. ὅσα δὲ ἀπὸ ῥᾳδίως καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίνεται, πάθη λέγεται. οἷον εἰ λυπούμενός τις ὀργιλώτερος γίνεται· οὐδὲ γὰρ λέγεται ὀργίλος ὁ ἐν τῷ τοιούτῳ πάθει ὀργιλώτερος ὢν, ἀλλὰ μᾶλλον πεπονθέναι τι· ὥστε πάθη μὲν λέγεται τὰ τοιαῦτα, ποιότητες δὲ οὔ. 14 Τέταρτον δὲ γένος ποιότητος σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις εὐθύτης καὶ καμπυλότης, καὶ εἴ τι τούτοις ὁμοιόν ἐστι· καθ' ἕκαστον γὰρ τούτων ποιόν τι λέγεται. τὸ γὰρ τρίγωνον ἢ τετράγωνον εἶναι ποιόν τι λέγεται· καὶ τὸ εὐθὺ ἢ τὸ καμπύλον· καὶ κατὰ τὴν μορφὴν δὲ ἕκαστον

les enim ſecundum illas dicuntur irati & furioſi; ſimiliter vero & quaecunque aliae mentis alienationes non naturales, ſed a quibuſdam aliis accidentibus ortae, difficulter depellendae, aut etiam omnino non amovendae, qualitates ſunt; quales enim ſecundum illas dicuntur. Quaecunque vero ab accidentibus facile & cito abiiciendis oriuntur, paſſiones dicuntur. Velut, ſi quis triſtitia affectus ſit iracundior; neque enim dicitur iracundus, qui in tali paſſione iracundior fit, ſed potius (*dicitur*) aliquid paſſus eſſe; quare paſſiones talia dicuntur, non autem qualitates. 14 Quartum genus qualitatis ſunt figura, & quae circa unumquodque eſt forma; praeterea vero rectitudo & obliquitas, & ſi quid his ſimile eſt; nam ſecundum quodque horum quale quid dicitur. Triangulare enim & quadrangulare eſſe quale quid dicitur; & rectum aut obliquum; & ſecun-

ποιὸν λέγεται. 15 Τὸ δὲ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν, καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον, δόξειε μὲν ἂν ποιόν τι σημαίνειν· ἔοικε δὲ ἀλλότρια τὰ τοιαῦτα εἶναι τῆς περὶ τὸ ποιὸν διαιρέσεως. θέσιν γάρ τινα μᾶλλον φαίνεται τῶν μορίων ἑκάτερον δηλοῦν· πυκνὸν μὲν γὰρ τῷ τὰ μόρια σύνεγγυς εἶναι ἀλλήλοις· μανὸν δὲ τῷ διεστάναι ἀπ' ἀλλήλων· καὶ λεῖον μὲν τῷ ἐπ' εὐθείας πῶς τὰ μόρια κεῖσθαι· τραχὺ δὲ τῷ τὸ μὲν ὑπερέχειν, τὸ δὲ ἐλλείπειν. 16 Ἴσως μὲν οὖν καὶ ἄλλος ἄν τις φανείη τρόπος ποιότητος. ἀλλ' οἵ γε μάλιστα σχεδὸν λεγόμενοι οὗτοι εἰσί. 17 Ποιότητες μὲν οὖν εἰσιν αἱ εἰρημέναι, ποιὰ δὲ τὰ κατ' αὐτὰς παρωνύμως λεγόμενα, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἀπ' αὐτῶν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πλείστων καὶ σχεδὸν ἐπὶ πάντων παρωνύμως λέγεται· οἷον ἀπὸ τῆς λευκότητος ὁ λευκὸς, καὶ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικὸς, καὶ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης ὁ δίκαιος· ὡσαύτως

dum formam unumquodque quale dicitur. 15 Rarum autem, & denſum, & aſperum, & laeve, videantur forte quale quid ſignificare; apparet tamen, aliena haec eſſe a qualitatis diviſione. Poſitionem enim quandam partium videtur potius utrumque ſignificare; denſum quidem eo, quod partes inter ſe proxime iunctae ſint; rarum vero eo, quod inter ſe diſtent; & laeve quidem, quod ſecundum rectam quodammodo partes poſitae ſint; aſperum vero, quod haec quidem pars emineat, illa vero ſubſideat. 16 Forte autem etiam alius apparere poterit modus qualitatis. Sed maxime fere dici ſoliti hi ſunt. 17 Qualitates ergo ſunt, quas diximus, Qualia vero ea, quae ſecundum illas denominative dicuntur, aut quocunque modo ab ipſis denominantur. Pleraque quidem & fere omnia denominative dicuntur; ut ab albedine albus, & a grammatica grammaticus, & a iuſtitia

δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐπ' ἐνίων δὲ, διὰ τὸ μὴ κεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ὀνόματα, οὐκ ἐνδέχεται παρωνύμως ἀπ' αὐτῶν λέγεσθαι· οἷον ὁ δρομικὸς, ἢ ὁ πυκτικὸς, ὁ κατὰ δύναμιν Φυσικὴν λεγόμενος, ἀπ' οὐδεμιᾶς ποιότητος παρωνύμως λέγεται· οὐ γὰρ κεῖται ὀνόματα ταῖς δυνάμεσι, καθ' ἃς οὗτοι ποιοὶ λέγονται· ὥσπερ ταῖς ἐπιστήμαις, καθ' ἃς πυκτικοὶ ἢ παλαιστρικοὶ κατὰ διάθεσιν λέγονται· πυκτικὴ γὰρ ἐπιστήμη λέγεται, καὶ παλαιστρική· ποιοὶ δ' ἀπὸ τούτων παρωνύμως οἱ διακείμενοι λέγονται. ἐνίοτε δὲ καὶ ὀνόματος κειμένου, οὐ λέγεται παρωνύμως τὸ κατ' αὐτὴν ποιὸν λεγόμενον· οἷον ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ὁ σπουδαῖος· τῷ γὰρ ἀρετὴν ἔχειν σπουδαῖος λέγεται, ἀλλ' οὐ παρωνύμως ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. οὐκ ἐπὶ πολλῶν δὲ τὸ τοιοῦτόν ἐστι. Ποιὰ οὖν λέγεται τὰ παρωνύμως ἀπὸ τῶν εἰρημένων ποιοτήτων λεγόμενα, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἀπ' αὐ-

iuſtus; ſimiliter etiam alia. In nonnullis vero, quod nomina qualitatibus poſita non ſunt, non contingit, ea denominative ab his dici; ut ad curſum aut ad pugilatum aptus dicitur ſecundum naturalem potentiam, idem tamen a nulla qualitate denominative dicitur; non enim poſita ſunt nomina potentiis, ſecundum quas hi quales dicuntur; ſicut ſcientiis, ſecundum quas ad pugilatum apti aut palaeſtrici ſecundum diſpoſitionem dicuntur; pugilatoria enim ſcientia dicitur & palaeſtrica; ita autem diſpoſiti quales ab his denominative dicuntur. Nonnunquam etiam poſito nomine (*qualitatis*) non denominative dicitur, quod ab ipſa quale dicitur; ut a *virtute*, *honeſtus*; nam eo, quod virtutem habet, honeſtus dicitur, ſed non denominative a virtute. Non de multis vero hoc valet. Qualia ergo dicuntur, quae denominative a dictis qualitatibus dicuntur, vel quovis

τῶν. 18 Ὑπάρχει δὲ καὶ ἐναντιότης κατὰ τὸ ποιόν· οἷον ἡ δικαιοσύνη ἀδικίᾳ ἐναντίον, καὶ λευκότης μελανίᾳ, καὶ τἆλλα ὡσαύτως· καὶ τὰ κατ' αὐτὰς δὲ λεγόμενα ποιά· οἷον τὸ ἄδικον τῷ δικαίῳ, καὶ τὸ λευκὸν τῷ μέλανι. 19 Οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ τὸ τοιοῦτον [συμβαίνει·] τῷ γὰρ πυρρῷ, ἢ ὠχρῷ, ἢ ταῖς τοιαύταις χροιαῖς, οὐδέν ἐστιν ἐναντίον, ποιοῖς οὖσιν. 20 Ἔτι ἐὰν τῶν ἐναντίων θάτερον ᾖ ποιὸν, καὶ τὸ λοιπὸν ἔσται ποιόν. τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν καθέκαστα προχειριζομένῳ τὰς ἄλλας κατηγορίας. οἷον, εἰ ἔστιν ἡ δικαιοσύνη τῇ ἀδικίᾳ ἐναντίον, ποιὸν δὲ ἡ δικαιοσύνη· ποιὸν ἄρα καὶ ἡ ἀδικία· οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων κατηγοριῶν ἐφαρμόσει τῇ ἀδικίᾳ, οὔτε ποσὸν, οὔτε τὸ πρός τι, οὔτε τὸ ποῦ, οὐθ' ὅλως τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλ' ἢ ποιόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸ ποιὸν ἐναντίων. 21 Ἐπιδέχεται δὲ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τὰ

alio modo ab illis. 18 Eſt autem & contrarietas circa quale, ut iuſtitia iniuſtitiae contraria, & albedo nigredini, & reliqua ſimiliter; nec non quae ſecundum has dicuntur qualia; ut iniuſtum iuſto, & album nigro. 19 Non in omnibus autem hoc [contingit]; rufo enim, aut pallido, aut ſimilibus coloribus, nihil eſt contrarium, licet qualia ſint. 20 Porro, ſi contrariorum unum ſit quale, reliquum etiam erit quale. Hoc vero perſpicuum eſt ex ſingulis percenſenti alias categorias. Velut, ſi eſt iuſtitia iniuſtitiae contrarium, iuſtitia vero quale quid; quale ergo & iniuſtitia (*erit*); nulla enim reliquarum categoriarum conveniet iniuſtitiae, nec quantum, nec relatum, nec Ubi, nec omnino talium quidquam, praeter quale. Similiter vero & in aliis circa quale contrariis. 21 Recipiunt vero qualia magis & mi-

ποιά· λευκὸν γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον ἕτερον ἑτέρου λέγεται, καὶ δίκαιον ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ αὐτὰ δὲ ἐπίδοσιν λαμβάνει. λευκὸν γὰρ ὂν ἔτι ἐνδέχεται λευκότερον γίνεσθαι. 22 Οὐ πάντα δὲ, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα. δικαιοσύνη γὰρ δικαιοσύνης εἰ λέγοιτο μᾶλλον καὶ ἧττον, ἀπορήσειεν ἄν τις· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διαθέσεων. ἔνιοι γὰρ ἀμφισβητοῦσι περὶ τῶν τοιούτων· δικαιοσύνην μὲν γὰρ δικαιοσύνης οὐ πάνυ, φασὶ, μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεσθαι, οὐδὲ ὑγίειαν ὑγιείας· ἧττον μέντοι ἔχειν ἕτερον ἑτέρου ὑγίειάν, φασι, καὶ δικαιοσύνην ἧττον ἕτερον ἑτέρου [ἔχειν·] ὡσαύτως δὲ καὶ γραμματικὴν, καὶ τὰς ἄλλας διαθέσεις. ἀλλ' οὖν τά γε κατ' αὐτὰς λεγόμενα ἀναμφισβητήτως ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· γραμματικώτερος γὰρ ἕτερος ἑτέρου λέγεται, καὶ δικαιότερος, καὶ ὑγιεινότε-

nus: album enim magis & minus dicitur alterum altero, & iuſtum alterum altero magis & minus dicitur; & haec ipſamet intenſionem accipiunt. Quod enim album eſt, magis album fieri poteſt. 22 Non omnia vero, ſed plurima (*magis & minus recipiunt*). Iuſtitia enim iuſtitiâ ſi diceretur magis & minus, dubitaverit forte aliquis: ſimiliter vero & in aliis diſpoſitionibus. Quidam enim de talibus ancipites haerent: nam iuſtitiam non omnino, volunt, magis & minus iuſtitiam dici, nec ſanitatem ſanitate (*magis & minus dici*); minus quidem ſanitatis habere alterum altero, dicunt, & iuſtitiae minus alterum altero [habere]; ſimiliter vero & grammaticam grammaticâ, & alias diſpoſitiones (*negant magis aut minus dici*). At vero quae ab his dicuntur (*qualia*), ſine controverſia recipiunt magis & minus; excellentior enim Grammaticus alter altero dicitur, & iu-

ρος· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. 23 Τρίγωνον δὲ καὶ τετράγωνον οὐ δοκεῖ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐπιδέχεσθαι, οὐδὲ τῶν ἄλλων σχημάτων οὐδέν. τὰ μὲν γὰρ ἐπιδεχόμενα τὸν τοῦ τριγώνου λόγον, καὶ τὸν τοῦ κύκλου, πάνθ' ὁμοίως τρίγωνα, ἢ κύκλοι, εἰσί. τῶν δὲ μὴ ἐπιδεχομένων τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον ῥηθήσεται· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον τὸ τετράγωνον τοῦ ἑτερομήκους κύκλος ἐστίν· οὐδέτερον γὰρ ἐπιδέχεται τὸν τοῦ κύκλου λόγον. ἁπλῶς δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιδέχηται ἀμφότερα τὸν τοῦ προκειμένου λόγον, οὐ ῥηθήσεται τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου μᾶλλον· οὐ πάντα οὖν ἐπιδέχεται τὰ ποιὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. 24 Τῶν μὲν οὖν εἰρημένων οὐδὲν ἴδιον ποιότητος. 25 Ὅμοια δὲ ἢ ἀνόμοια κατὰ μόνας τὰς ποιότητας λέγεται. ὅμοιον γὰρ ἕτερον ἑτέρῳ οὐκ ἔστι κατ' ἄλλο οὐδέν, ἢ καθ' ὃ ποιόν ἐστιν· ὥστε ἴδιον ἂν εἴη τῆς ποιότητος τὸ ὅμοιον ἢ ἀνό-

stior esse, & magis valere; & cetera similiter. 23 Trigonum autem & tetragonum non videtur magis & minus recipere, nec aliarum figurarum ulla. Quaecunque enim recipiunt trigoni definitionem, & circuli, ea omnia similiter trianguli & circuli sunt. Quaecunque autem non recipiunt eandem definitionem, eorum nullum altero magis dicetur (*tale*); nec enim tetragonum magis, quam id, quod altera parte longius est, circulus est; neutrum enim recipit circuli definitionem. Simpliciter vero, si non recipiant utraque propositi definitionem, non dicetur alterum altero magis; non omnia ergo qualia recipiunt magis & minus. 24. Ex iis, quae dicta sunt, nullum proprium est qualitatis. 25 Similia autem & dissimilia secundum solas qualitates dicuntur. Simile enim alterum alteri non est secundum aliud quid, quam quatenus quale est; quare proprium fuerit qualitatis,

μοιον λέγεσθαι κατ' αὐτήν. 26 Οὐ δεῖ δὲ ταράττεσθαι, μή τις ἡμᾶς φήσῃ ὑπὲρ ποιότητος τὴν πρόθεσιν ποιησαμένους πολλὰ τῶν πρός τι συγκαταριθμεῖσθαι· τὰς γὰρ ἕξεις καὶ τὰς διαθέσεις τῶν πρός τι ἐλέγομεν εἶναι. σχεδὸν γὰρ ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων τὰ γένη τῶν πρός τι λέγεται· τῶν δὲ καθ' ἕκαστον οὐδέν. ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη, γένος οὖσα, αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ ἐπιστήμη λέγεται. τῶν δὲ καθ' ἕκαστον οὐδὲν αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· οἷον ἡ γραμματικὴ οὐ λέγεταί τινος γραμματική· οὐδὲ ἡ μουσικὴ τινὸς μουσική. ἀλλ' ἦ ἄρα κατὰ τὸ γένος καὶ αὗται τῶν πρός τι λέγονται· οἷον ἡ γραμματικὴ λέγεταί τινος ἐπιστήμη, οὐ τινὸς γραμματική· καὶ ἡ μουσικὴ τινὸς ἐπιστήμη, οὐ τινὸς μουσική. ὥστε αἱ καθ' ἕκαστα οὐκ εἰσὶ τῶν πρός τι. λεγόμεθα δὲ ποιοὶ ταῖς καθ' ἕκαστα· ταύτας γὰρ καὶ ἔχομεν· ἐπιστήμονες

quod ſimile aut diſſimile ſecundum ipſam dicuntur. 26 Non oportet autem perturbari, ne quis dicat, de qualitate cum agere inſtituerimus, multa nos e relatis una commemoraſſe: habitus enim & diſpoſitiones e numero relatorum dicebamus eſſe. Fere enim omnium talium (*qualitatum*) genera relata dicuntur; ſingularium autem nullum. Nam ſcientia quidem, cum genus ſit, id, quod eſt, alterius eſſe dicitur; alicuius enim ſcientia dicitur. Singularium autem nullum id ipſum, quod eſt, alterius eſſe dicitur; ut grammatica non dicitur alicuius grammatica, nec muſica alicuius muſica. Sed forte & haec ipſa ſecundum genus relata dicuntur; ut grammatica dicitur alicuius ſcientia, non alicuius grammatica; & muſica alicuius ſcientia, non alicuius muſica. Quare ſingulares (*qualitates*) non ſunt e numero relatorum. Dicimur vero quales per ſingulares (*qualitates*); has enim

γὰρ λεγόμεθα τῷ ἔχειν τῶν καθ' ἕκαστα ἐπιστημῶν τινας. ὥστε αὗται ἂν καὶ ποιότητες εἶησαν αἱ καθ' ἕκαστα, καθ' ἃς ποτε καὶ ποιοὶ λεγόμεθα. αὗται δὲ οὐκ εἰσὶ τῶν πρός τι. ἔτι, εἰ τυγχάνοι τὸ αὐτὸ καὶ ποιὸν καὶ πρός τι ὄν, οὐδὲν ἄτοπον, ἐν ἀμφοτέροις αὐτὸ τοῖς γένεσι καταριθμεῖσθαι.

ΚΕΦ. ζ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΙΕΙΝ ΚΑΙ ΠΑΣΧΕΙΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΚΑΤΗΓΟΡΙΩΝ.

Cap. IX ed. Casaub.

Ἐπιδέχεται δὲ καὶ τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ἐναντιότητα, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. 2 Τὸ γὰρ θερμαίνειν τῷ ψύχειν ἐναντίον, καὶ τὸ θερμαίνεσθαι τῷ ψύχεσθαι, καὶ τὸ ἥδεσθαι τῷ λυπεῖσθαι· ὥστε ἐπιδέχεται ἐναντιότητα. 3 Καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. θερμαίνειν γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττόν ἐστι, καὶ θερμαίνεσθαι μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ λυπεῖσθαι μᾶλλον

quoque habemus; nam ſcientes dicimur, quod ſingularum ſcientiarum has vel illas habemus. Quare hae etiam qualitates fuerint, quae ſingulares ſunt, ſecundum quas aliquando etiam quales dicimur. Hae vero non ſunt e relatis. Porro, ſi contingat, idem & quale & relatum eſſe, non abſurdum, in utriſque illud generibus recenſeri.

CAP. VII.

De actione, paſſione & reliquis categoriis.

Recipit vero & Agere & Pati contrarietatem, & magis ac minus. 2 Nam calefacere & refrigerare ſunt contraria, & calefieri & frigefieri, & laetari & dolere; quare recipiunt contrarietatem. 3 (*Recipiunt*) quoque magis & minus. Poteſt enim aliquid calefacere magis & minus, & calefieri magis & minus, & dolere magis

καὶ ἧττον. ἐπιδέχεται οὖν καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν. ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων τοσαῦτα λέγεται. 4 Εἴρηται δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ κεῖσθαι ἐν τοῖς πρός τι, ὅτι παρωνύμως ἀπὸ τῶν θέσεων λέγεται. 5 Ὑπὲρ δὲ τῶν λοιπῶν, τοῦ τε πότε, καὶ τοῦ ποῦ, καὶ τοῦ ἔχειν, διὰ τὸ προφανῆ εἶναι, οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλο λέγεται, ἢ ὅσα ἐν ἀρχῇ ἐρρέθη· ὅτι τὸ ἔχειν μὲν σημαίνει τὸ ὑποδεδέσθαι, τὸ ὡπλίσθαι· τὸ δὲ ποῦ, οἷον ἐν Λυκείῳ, ἐν ἀγορᾷ· καὶ τὰ ἄλλα δὲ, ὅσα ὑπὲρ αὐτῶν ἐρρέθη. 6 Ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν προτεθέντων γενῶν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΝΤΙΚΕΙΜΕΝΩΝ.

Περὶ δὲ τῶν ἀντικειμένων, ποσαχῶς εἴωθεν ἀντικεῖσθαι, ῥητέον. 2 Λέγεται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ ἀντικεῖσθαι Cap. X ed. Casaub.

& minus. Recipiunt ergo Agere & Pati magis & minus. De his quidem haec dicuntur. 4 Dictum vero est & de (*eo, quod est,*) situm esse in (*doctrina de*) relatis, quod denominative a positionibus dicatur. 5 Quod vero ad reliquas (*categorias attinet*), Quando, & Ubi, & Habere, quod haec manifesta sunt, nihil de illis aliud dicitur, praeter id, quod in principio dictum est; quod Habere quidem significat, indutum esse, armatum esse; Ubi, e. c. in Lyceo, in foro; & reliqua, quae de ipsis dicta sunt. 6 De propositis igitur generibus sufficiunt dicta.

CAP. VIII.

De Oppositis.

De Oppositis vero, quot modis illa opponi soleant, dicendum est. 2 Dicitur autem alterum alteri opponi

τετραχῶς· ἢ ὡς τὰ πρός τι, ἢ ὡς τὰ ἐναντία, ἢ ὡς στέρησις καὶ ἕξις, ἢ ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις. 3 Ἀντίκειται δὲ ἕκαστον τῶν τοιούτων, ὡς τύπῳ εἰπεῖν· ὡς μὲν τὰ πρός τι, οἷον τὸ διπλάσιον τῷ ἡμίσει· ὡς δὲ τὰ ἐναντία, οἷον τὸ κακὸν τῷ ἀγαθῷ· ὡς δὲ τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν, οἷον τυφλότης καὶ ὄψις· ὡς δὲ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, οἷον κάθηται, οὐ κάθηται. 4 Ὅσα μὲν οὖν ὡς τὰ πρός τι ἀντίκειται, αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶ, τῶν ἀντικειμένων λέγονται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς αὐτά· οἷον τὸ διπλάσιον [τοῦ ἡμίσεος] αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ διπλάσιον [λέγεται], καὶ ἡ ἐπιστήμη δὲ τῷ ἐπιστητῷ, ὡς τὰ πρός τι, ἀντίκειται· καὶ λέγεταί γε ἡ ἐπιστήμη αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶ, τοῦ ἐπιστητοῦ· καὶ τὸ ἐπιστητὸν δὲ αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶ, πρὸς τὸ ἀντικείμενον λέγεται, τὴν ἐπιστήμην. τὸ γὰρ ἐπιστητὸν τινὶ λέγεται ἐπιστητὸν, τῇ ἐπιστήμῃ.

quadrifariam; aut ut relata ad aliquid, aut ut contraria, aut ut privatio & habitus, aut ut affirmatio & negatio. 3 Opponitur autem unumquodque illorum, ſummatim ut dicam, ut relata ad aliquid, v. c. duplum dimidio; ut contraria vero, v. c. malum bono; ſecundum privationem vero & habitum, v. c. caecitas & viſus; ſecundum affirmationem & negationem, v. c. ſedet, non ſedet. 4 Quaecunque igitur ut relata opponuntur, ipſa, quidquid ſunt, oppoſitorum eſſe dicuntur, aut quocunque modo aliter ad ea (*referuntur*), velut duplum [dimidii] ipſum, quod eſt, alterius dicitur; alicuius enim duplum [dicitur], & ſcientia ſcibili, ut relatum, opponitur; & dicitur quidem ſcientia id, quod eſt, τοῦ ſcibilis eſſe; & ſcibile rurſus id, quod eſt, reſpectu ad oppoſitum dicitur, ad ſcientiam. Scibile enim per aliquid dicitur ſcibile, per ſcientiam.

ὅσα οὖν ἀντίκειται ὡς τὰ πρός τι, αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶ, τῶν ἀντικειμένων, ἢ ὅπως δήποτε πρὸς ἄλληλα, λέγεται. 5 Τὰ δὲ ὡς ἐναντία, αὐτὰ μὲν, ἅπερ ἐστὶν, οὐδαμῶς πρὸς ἄλληλα λέγεται· ἐναντία μέντοι ἀλλήλων λέγεται. οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν τοῦ κακοῦ λέγεται ἀγαθὸν, ἀλλ' ἐναντίον· [οὔτε τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος λευκὸν, ἀλλὰ ἐναντίον·] ὥστε διαφέρουσιν αὗται αἱ ἀντιθέσεις ἀλλήλων. 6 Ὅσα δὲ τῶν ἐναντίων τοιαῦτά ἐστιν, ὥστε, ἐν οἷς πέφυκε γίνεσθαι, ἢ ὧν κατηγορεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῶν θάτερον ὑπάρχειν· τούτων οὐδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον. ὧν δὲ μὴ ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν, τούτων ἀνὰ μέσον ἐστί τι πάντως. οἷον νόσος καὶ ὑγίεια ἐν σώματι ζώου πέφυκε γίνεσθαι· καὶ ἀναγκαῖόν γε θάτερον ὑπάρχειν ἐν τῷ τοῦ ζώου σώματι, ἢ νόσον, ἢ ὑγίειαν. καὶ περιττὸν δὲ καὶ ἄρτιον ἀριθμοῦ

Quaecunque ergo opponuntur ut relata, ipsa, quod sunt, oppositorum, aut quocunque modo respectu ad se invicem dicuntur. 5 Quae autem ut contraria opponuntur, ipsa, quod sunt, minime invicem alterum alterius dicuntur; contraria vero inter se dicuntur. Neque enim bonum mali dicitur bonum, sed contrarium; [neque album nigri album, sed contrarium:] quare differunt hae oppositiones inter se. 6 Quaecunque autem e contrariis talia sunt, ut, in quibus naturâ esse possunt, aut de quibus praedicantur, necessarium sit eorum alterutrum adesse; inter haec nihil est medium. Quorum autem non est necessarium alterutrum adesse, inter haec utique medium quodpiam est. Velut morbus & sanitas in corpore animalis natura esse possunt; ac necesse est alterutrum in animalis corpore adesse, aut morbum, aut sanitatem. Et impar vero & par de

κατηγορεῖται· καὶ ἀναγκαῖόν γε θάτερον τῷ ἀριθμῷ ὑπάρχειν, ἢ περιττὸν, ἢ ἄρτιον. καὶ οὐκ ἔστι γε τούτων οὐδὲν ἀνὰ μέσον, οὔτε νόσου καὶ ὑγείας, οὔτε περιττοῦ καὶ ἀρτίου. ὧν δέ γε μὴ ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν, τούτων ἐστί τι ἀνὰ μέσον. οἷον μέλαν καὶ λευκὸν ἐν σώματι πέφυκε γίνεσθαι· καὶ οὐκ ἀναγκαῖον, θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν τῷ σώματι· οὐ γὰρ πᾶν σῶμα ἤτοι λευκὸν, ἢ μέλαν ἐστί. καὶ φαῦλον δὲ καὶ σπουδαῖον κατηγορεῖται μὲν καὶ κατὰ ἀνθρώπου, καὶ κατὰ ἄλλων πολλῶν· οὐκ ἀναγκαῖον δὲ, θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν ἐν ἐκείνοις, ὧν κατηγορεῖται· οὐ γὰρ πάντα ἤτοι φαῦλα ἢ σπουδαῖά εἰσι· καὶ ἔστι γέ τι τούτων ἀνὰ μέσον· οἷον τοῦ μὲν λευκοῦ καὶ τοῦ μέλανος τὸ φαιὸν, καὶ τὸ ὠχρὸν, καὶ ὅσα ἄλλα χρώματα· τοῦ δὲ φαύλου καὶ σπουδαίου τὸ μήτε φαῦλον μήτε σπουδαῖον. 7 Ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν ὀνόματα κεῖται τοῖς ἀνὰ μέ-

numero praedicantur; ac neceſſe eſt alterutrum numero adeſſe, aut impar, aut par. Neque eſt inter haec medium aliquod, nec inter morbum & ſanitatem, nec inter impar & par. Quorum autem non eſt neceſſarium alterutrum adeſſe, inter haec aliquod medium eſt. Velut nigrum & album in corpore naturâ eſſe poſſunt; nec neceſſarium alterutrum eorum corpori ineſſe: non omne enim corpus aut album eſt, aut nigrum. Et turpe quidem & honeſtum praedicatur & de homine & de aliis multis; non neceſſarium autem, alterutrum eorum adeſſe in illis, de quibus praedicatur; nec enim omnia aut turpia ſunt, aut honeſta; & eſt inter haec aliquod medium; velut inter album & nigrum cinericeum, & pallidum, & quicunque alii ſunt colores; inter turpe autem & honeſtum id, quod neque turpe eſt, neque honeſtum. 7 In nonnullis quidem nomina poſita ſunt

σον· οἷον λευκοῦ καὶ μέλανος, τὸ φαιὸν, καὶ τὸ ὠχρὸν, καὶ ὅσα ἄλλα χρώματα. ἐπ' ἐνίων δὲ ὀνόματι μὲν οὐκ εὔπορον τὸ ἀνὰ μέσον ἀποδοῦναι· τῇ δ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἀποφάσει τὸ ἀνὰ μέσον ὁρίζεται· οἷον τὸ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν, οὔτε δίκαιον οὔτε ἄδικον. 8 Στέρησις δὲ καὶ ἕξις λέγεται μὲν περὶ ταὐτόν τι· οἷον ἡ ὄψις καὶ ἡ τυφλότης περὶ ὀφθαλμόν. καθόλου δὲ εἰπεῖν, ἐν ᾧ ἂν πέφυκεν ἡ ἕξις [γίνεσθαι], περὶ τοῦτο λέγεται ἑκάτερον αὐτῶν. 9 Ἐστερῆσθαι δὲ τότε λέγομεν ἕκαστον τῶν τῆς ἕξεως δεκτικῶν, ὅταν, ἐν ᾧ πέφυκεν ὑπάρχειν, ἢ ὅτε πέφυκεν ἔχειν, μηδαμῶς ὑπάρχῃ. νωδόν τε γὰρ λέγομεν οὐ τὸ μὴ ἔχον ὀδόντας, καὶ τυφλὸν οὐ τὸ μὴ ἔχον ὄψιν· ἀλλὰ τὸ μὴ ἔχον, ὅτε πέφυκεν ἔχειν· ἔνια γὰρ ἐκ γενετῆς οὔτε ὄψιν, οὔτε ὀδόντας ἔχει· ἀλλ' οὐ λέγεται οὔτε νωδὰ, οὔτε τυ-

mediis; velut (*medio*) inter album & nigrum, cinericeum & pallidum, & quicunque alii colores ſunt. In nonnullis vero haud facile eſt nomine medium exprimere; at negatione utriuſque extremi medium definitur, ut quod nec bonum eſt, nec malum, nec iuſtum, nec iniuſtum. 8 Privatio autem & habitus dicuntur quidem de eodem; ut viſus & caecitas de oculo. In univerſum vero ut dicamus, in quocunque habitus naturâ ineſſe poteſt, de hoc utrumque dicitur. 9 Privari autem tum dicimus quodque eorum, quae habitum recipere poſſunt, quando, in quo naturâ ineſſe debent, aut quando naturâ habere debent, omnino non adſunt. Edentulum enim dicimus non quod dentes non habet, & caecum non quod viſum non habet; ſed quod non habet, quando naturâ habere debet: nam quaedam a prima nativitate nec viſum nec dentes habent; ſed non

ὁλά. 10 Τὸ δὲ ἐστερῆσθαι, καὶ τὸ ἔχειν τὴν ἕξιν, οὐκ ἔστι στέρησις καὶ ἕξις. ἕξις μὲν γάρ ἐστιν ἡ ὄψις, στέρησις δὲ ἡ τυφλότης· τὸ δὲ ἔχειν τὴν ὄψιν οὐκ ἔστιν ὄψις· οὐδὲ τὸ τυφλὸν εἶναι τυφλότης· στέρησις γάρ τις ἡ τυφλότης ἐστί· τὸ δὲ τυφλὸν εἶναι ἐστερῆσθαί ἐστιν, οὐ στέρησις· εἰ γὰρ ἦν τυφλότης ταὐτὸν τῷ τυφλὸν εἶναι, κατηγορεῖτο ἂν ἀμφότερα κατὰ τοῦ αὐτοῦ· ἀλλὰ τυφλὸς μὲν λέγεται ὁ ἄνθρωπος, τυφλότης δὲ οὐδαμῶς ὁ ἄνθρωπος λέγεται. 11 Ἀντικεῖσθαι δὲ καὶ ταῦτα δοκεῖ, τὸ ἐστερῆσθαι, καὶ τὸ τὴν ἕξιν ἔχειν, ὡς στέρησις καὶ ἕξις· ὁ γὰρ τρόπος τῆς ἀντιθέσεως ὁ αὐτός. ὡς γὰρ ἡ τυφλότης τῇ ὄψει ἀντίκειται, οὕτω καὶ τὸ τυφλὸν εἶναι τῷ ὄψιν ἔχειν ἀντίκειται. 12 Οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τὸ ὑπὸ τὴν κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν κατάφασις καὶ ἀποφάσις· ἡ μὲν γὰρ κατάφασις λόγος ἐστὶ καταφατικὸς, καὶ ἡ ἀπόφασις λόγος ἀποφατικός·

dicuntur edentula aut caeca. 10 Privari autem & habere habitum, non est privatio & habitus. Habitus enim est visus, privatio vero caecitas; habere autem visum non est visus, nec esse caecum caecitas; privatio enim aliqua caecitas est; caecum vero esse est privatum esse, non privatio; nam si idem esset caecitas & caecum esse, praedicarentur forte utraque de eodem; verum caecus quidem dicitur homo, at caecitas nunquam homo dicitur. 11 Opponi vero & haec videntur, privatum esse, & habitum habere, quemadmodum privatio & habitus; modus enim oppositionis idem est. Quemadmodum enim caecitas visui opponitur, ita etiam caecum esse & visum habere sibi invicem opponuntur. 12 Neque etiam id, quod est sub affirmatione & negatione, est affirmatio & negatio: nam affirmatio est oratio affirmativa, & negatio oratio negativa; eorum vero,

τῶν δὲ ὑπὸ τὴν κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν οὐδέν ἐστι λόγος, [ἀλλὰ πρᾶγμα]. 13 Λέγεται δὲ καὶ ταῦτα ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις, ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τούτων ὁ τρόπος τῆς ἀντιθέσεως ὁ αὐτός. ὡς γάρ ποτε ἡ κατάφασις πρὸς τὴν ἀπόφασιν ἀντίκειται, οἷον τὸ κάθηται τῷ οὐ κάθηται· οὕτω καὶ τὸ ὑφ' ἑκάτερον πρᾶγμα ἀντίκειται, [οἷον] τὸ καθῆσθαί [τινα, πρὸς] τὸ μὴ καθῆσθαι. 14 Ὅτι δὲ ἡ στέρησις καὶ ἡ ἕξις οὐκ ἀντίκειται, ὡς τὰ πρός τι, φανερόν· οὐ γὰρ λέγεται αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶ, τοῦ ἀντικειμένου· ἡ γὰρ ὄψις οὐκ ἔστι τυφλότητος ὄψις, οὐδ' ἄλλως οὐδαμῶς πρὸς αὐτὸ λέγεται. ὡσαύτως δὲ οὐδὲ ἡ τυφλότης λέγεται τυφλότης ὄψεως· ἀλλὰ στέρησις μὲν ὄψεως ἡ τυφλότης λέγεται, τυφλότης δὲ ὄψεως οὐ λέγεται. 15 Ἔτι τὰ πρός τι πάντα πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται· ὥστε καὶ ἡ τυφλότης, εἴπερ ἦν τῶν πρός τι, ἀντέστρεφεν ἂν κἀ-

quae ſub affirmatione aut negatione ſunt, nullum eſt oratio, [ſed res]. 13 Dicuntur vero & haec inter ſe opponi, ut affirmatio & negatio; etenim & in his modus oppoſitionis idem eſt. Nam ſicut aliquando affirmatio & negatio opponuntur, ut ſedet illi, quod non ſedet; ſic & res, quae ſub utroque ſunt, opponuntur, [ut] ſedere [aliquem, illi quod eſt] non ſedere. 14 Quod vero privatio & habitus non opponuntur ut relata, manifeſtum eſt: non enim dicitur ipſum, quod eſt, oppoſiti (eſſe); viſus enim non eſt caecitatis viſus, nec alio quocunque modo ad eam dicitur. Similiter vero nec caecitas dici poſſit viſus caecitas, ſed privatio quidem viſus caecitas dicitur, caecitas vero viſus non dicitur. 15 Porro, relata omnia converſim dicuntur. Quare & caecitas, ſi quidem e numero relatorum fuerit, converſim praedicabitur de eo, ad quod

κεῖνο, πρὸς ὃ λέγεται. ἀλλ' οὐκ ἀντιστρέφει· οὐ γὰρ λέγεται ἡ ὄψις τυφλότητος ὄψις. 16 Ὅτι δὲ οὐδ' ὡς τὰ ἐναντία ἀντίκειται τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν λεγόμενα, ἐκ τῶν δὲ δῆλον· τῶν μὲν γὰρ ἐναντίων, ὧν μηδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον, ἀναγκαῖον, ἐν οἷς πέφυκε γίνεσθαι, ἢ ὧν κατηγορεῖται, θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν ἀεί. τούτων γὰρ οὐδὲν ἦν ἀνὰ μέσον, ὧν θάτερον ἀναγκαῖον ἦν τῷ δεκτικῷ ὑπάρχειν· οἷον ἐπὶ νόσου καὶ ὑγιείας, καὶ περιττοῦ καὶ ἀρτίου. ὧν δὲ ἐστί τι ἀνὰ μέσον, οὐδέποτε ἀνάγκη παντὶ ὑπάρχειν θάτερον· οὔτε γὰρ λευκὸν ἢ μέλαν ἀνάγκη πᾶν εἶναι τὸ δεκτικόν, οὔτε θερμὸν ἢ ψυχρόν· τούτων γὰρ ἀνὰ μέσον τι οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν. ἔτι δὲ καὶ τούτων ἦν τι ἀνὰ μέσον, ὧν μὴ ἀναγκαῖον ἦν θάτερον ὑπάρχειν τῷ δεκτικῷ· εἰ μὴ οἷς φύσει τὸ ἓν ὑπάρχει, οἷον τῷ πυρὶ [τὸ] θερμῷ εἶ-

dicitur, at non convertitur; non enim dicitur visus caecitatis visus. 16 Quod vero nec ut contraria opponuntur, quae secundum privationem & habitum dicuntur, ex hisce manifestum est. Contrariorum enim, inter quae medium nullum est, semper necessarium est, alterutrum in illis, in quibus naturâ inesse possunt, aut de quibus praedicantur, inesse: inter haec enim nullum est medium, quorum alterutrum necessarium erat inesse illi, quod ea recipit, ut in morbo & sanitate, in impari & pari. Quorum vero medium aliquod est, nequaquam necessarium est omni inesse alterutrum [semper]; (nec enim album aut nigrum esse necesse est omne id, quod ea recipit, nec calidum aut frigidum. Horum enim nihil impedit medium aliquod inesse. Porro & horum erat aliquod medium, quorum non erat necessarium alterutrum inesse illi, quod ea recipit) nisi his, quibus naturâ unum insit; ut [naturâ] igni cali-

ναι, καὶ τῇ χιόνι [τὸ] λευκῇ· ἐπὶ δὲ τούτων ἀφωρισμένως ἀναγκαῖον θάτερον ὑπάρχειν, καὶ οὐχ ὁπότερον ἔτυχεν· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται, τὸ πῦρ ψυχρὸν εἶναι· οὐδὲ, τὴν χιόνα μέλαιναν· ὥστε παντὶ μὲν οὐκ ἀνάγκη τῷ δεκτικῷ θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν, ἀλλὰ μόνον, οἷς φύσει τὸ ἓν ὑπάρχει, καὶ τούτοις ἀφωρισμένως τὸ ἓν, καὶ οὐχ ὁπότερον ἔτυχεν. ἐπὶ δὲ τῆς στερήσεως καὶ τῆς ἕξεως οὐδέτερον τῶν εἰρημένων ἀληθές· οὐδὲ γὰρ ἀεὶ τῷ δεκτικῷ ἀναγκαῖον θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν· τὸ γὰρ μήπω πεφυκὸς ὄψιν ἔχειν οὔτε τυφλὸν, οὔτε ὄψιν ἔχειν λέγεται· ὥστε οὐκ ἂν εἴη ταῦτα τῶν τοιούτων ἐναντίων, ὧν μηδέν ἐστιν ἀνὰ μέσον· ἀλλ' οὐδὲ, ὧν ἐστιν ἀνὰ μέσον. ἀναγκαῖον γάρ ποτε παντὶ τῷ δεκτικῷ θάτερον αὐτῶν ὑπάρχειν. ὅταν γὰρ ἤδη πεφυκὸς ᾖ ὄψιν ἔχειν,

dum esse, & nivi albam. In his autem definite necesse est alterutrum inesse, nec quodcunque contingit; neque enim contingit ignem esse frigidum, nivem esse nigram. Quare non est necessarium omni illi, quod (*contraria*) recipit, eorum alterutrum inesse, sed illis solis, quibus unum naturâ inest, & his definite unum, nec utrumcunque contigerit. De privatione vero & habitu nullum eorum, quae dicta sunt, verum est. Nec enim necessarium est, semper alterutrum illi, quod recipit, adesse: quod enim nondum aptum natum est, ut visum habeat, id nec caecum, nec visum habere dicitur. Quare non fuerint haec ex illorum contrariorum numero, quae medium non habent; at nec ex horum numero, quorum aliquod medium est. Necessarium enim est, aliquando tandem omni illi, quod (*privationem aut habitum*) recipit, alterutrum adesse eorum; nam quando aptum fuerit, ut naturâ visum habeat, tum aut cae-

τότε ἢ τυφλὸν, ἢ ὄψιν ἔχον ῥηθήσεται· καὶ τούτων οὐκ ἀφωρισμένως θάτερον, ἀλλ' ὁπότερον ἔτυχεν· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον ἢ τυφλὸν ἢ ὄψιν ἔχον εἶναι, ἀλλ' ὁπότερον ἔτυχεν· ἐπὶ δέ γε τῶν ἐναντίων, ὧν ἐστι τι ἀνὰ μέσον, οὐδέποτε ἀναγκαῖον ἦν παντὶ θάτερον ὑπάρχειν, ἀλλά τισι, καὶ τούτοις ἀφωρισμένως τὸ ἓν, καὶ οὐχ ὁπότερον ἔτυχεν· ὥστε δῆλον, ὅτι κατ' οὐδέτερον τῶν τρόπων, ὡς τὰ ἐναντία, ἀντίκειται τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν ἀντικείμενα. 17 Ἔτι, ἐπὶ μὲν τῶν ἐναντίων, ὑπάρχοντος τοῦ δεκτικοῦ, δυνατὸν εἰς ἄλληλα μεταβολὴν γίνεσθαι, εἰ μή τινι φύσει τὸ ἓν ὑπάρχει, οἷον τῷ πυρὶ [τὸ] θερμῷ εἶναι· καὶ γὰρ καὶ τὸ ὑγιαῖνον δυνατὸν νοσῆσαι· καὶ τὸ λευκὸν μέλαν γίνεσθαι· καὶ τὸ ψυχρὸν θερμόν· [καὶ τὸ θερμὸν ψυχρόν·] καὶ ἐκ σπουδαίου φαῦλον, καὶ ἐκ φαύλου σπουδαῖον δυνατὸν γίνεσθαι.

cum aut visum habere dicetur [definite]; & vero horum neutrum definite, sed utrumcunque contigerit. Nec enim necessarium est, aut caecum esse, aut visum habere [definite], sed utrumcunque contigerit. In contrariis vero, quorum aliquod medium est, nequaquam necessarium erat omni alterutrum inesse, sed quibusdam, & his definite unum, nec utrumcunque contigerit. Quare manifestum est, quod neutro modo ut contraria opponuntur, quae secundum privationem & habitum oppositа sunt. 17 Praeterea, in contrariis, si recipiens adest, mutuo contrariorum unum in alterum mutari potest, nisi alicui naturâ ut unum insit, velut igni calidum esse, [& nivi esse albam]. Nam & id, quod valet, potest in morbum incidere, & album nigrum fieri, & frigidum (*fieri*) calidum, [& calidum frigidum,] & ex honesto pravum, & ex pravo honestum fieri pot-

ὁ γὰρ φαῦλος εἰς βελτίους διατριβὰς ἀπαγόμενος καὶ λόγους, κἂν μικρόν γέ τι ἐπιδοίη εἰς τὸ βελτίων εἶναι, ἐὰν δὲ ἅπαξ κἂν μικρὰν ἐπίδοσιν λάβῃ, φανερὸν, ὅτι ἢ τελείως ἂν μεταβάλοι, ἢ πάνυ πολλὴν ἂν ἐπίδοσιν λάβοι· ἀεὶ γὰρ εὐκινητότερος πρὸς ἀρετὴν γίνεται, κἂν ἠντιναοῦν ἐπίδοσιν εἰληφὼς ἢ ἐξ ἀρχῆς· ὥστε εἰκὸς καὶ πλείω ἐπίδοσιν αὐτὸν λαμβάνειν· καὶ τοῦτο ἀεὶ γινόμενον, τελείως εἰς τὴν ἐναντίαν ἕξιν ἀποκαταστήσει, ἐάνπερ μὴ χρόνῳ ἐξείργηται. ἐπὶ δέ γε τῆς στερήσεως καὶ τῆς ἕξεως ἀδύνατον εἰς ἄλληλα μεταβολὴν γίνεσθαι. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἕξεως ἐπὶ τὴν στέρησιν γίνεται μεταβολή· ἀπὸ δὲ τῆς στερήσεως ἐπὶ τὴν ἕξιν, ἀδύνατον· οὔτε γὰρ τυφλὸς γενόμενός τις [πάλιν] ἀνέβλεψεν· οὔτε φαλακρὸς ὢν [πάλιν] κομήτης ἐγένετο· οὔτε νωδὸς ὢν [πάλιν] ὀδόντας ἔφυσεν. 18 Ὅσα δὲ ὡς κα-

eſt. Pravus enim in familiaritatem ubi bonorum & colloquia admiſſus fuerit, ut parum admodum melior fiat, etiamſi parvam ſemel acceſſionem acceperit, manifeſtum eſt, eum aut perfecte immutatum iri, aut omnino magnam acceſſionem accepturum eſſe: ſemper enim ad virtutem melius movebitur, etiamſi quantulamcunque ab initio (*virtutis*) acceſſionem acceperit. Quare veriſimile eſt, eum maiorem etiam acceſſionem facturum, & hoc ubi ſemper factum fuerit, perfecte in contrarium habitum tranſibit, niſi tempore excluſus fuerit. In privatione vero & habitu mutua tranſmutatio fieri nequit: ab habitu enim in privationem mutatio fit, e privatione autem in habitum fieri non poteſt. Nec enim, qui caecus factus fuerit, iterum viſum recepit, nec calvus iterum comatus factus eſt, nec edentulo iterum dentes ſuccreverunt. 18 Quaecunque vero ut affirma-

τάφασις καὶ ἀπόφασις ἀντίκειται, φανερὸν, ὅτι κατ' οὐδένα τῶν εἰρημένων τρόπων ἀντίκειται· ἐπὶ μόνων γὰρ τούτων ἀναγκαῖον ἀεὶ τὸ μὲν ἀληθὲς, τὸ δὲ ψευδὲς αὐτῶν εἶναι. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἀναγκαῖον ἀεὶ θάτερον μὲν ἀληθὲς εἶναι, θάτερον δὲ ψευδές· οὔτε ἐπὶ τῶν πρός τι· οὔτε ἐπὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς στερήσεως. οἷον ὑγίεια καὶ νόσος ἐναντία· καὶ οὐδέτερόν γε τούτων οὔτε ἀληθὲς, οὔτε ψευδές ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ, ὡς τὰ πρός τι, ἀντίκειται· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῶν οὐδέτερον οὔτε ἀληθὲς, οὔτε ψευδές. οὐδέ γε τὰ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν λεγόμενα· οἷον ἡ ὄψις καὶ ἡ τυφλότης· ὅλως δὲ τῶν κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων οὐδὲν οὔτε ἀληθές ἐστιν, οὔτε ψευδές· πάντα δὲ τὰ εἰρημένα ἄνευ συμπλοκῆς λέγεται. 19 Οὐ μὴν ἀλλὰ μάλιστα ἂν δόξειε τὸ τοιοῦτον συμβαίνειν ἐπὶ τῶν κατὰ συμπλοκὴν ἐναντίων

tio & negatio opponuntur, manifeſtum eſt, ea ſecundum nullum dictorum modorum opponi; nam in his ſolis neceſſe eſt ſemper, unum eorum verum eſſe, alterum falſum. Nec enim in contrariis neceſſe eſt, ſemper alterum verum eſſe, alterum autem falſum; neque etiam in relatis, nec in habitu & privatione; ut morbus & ſanitas contraria ſunt, & eorum neutrum verum eſt aut falſum. Similiter & duplum ac dimidium ut relata opponuntur, & neutrum eorum verum aut falſum eſt; neque illa, quae ſecundum privationem & habitum dicuntur, ut viſus & caecitas. Omnino autem eorum, quae ſecundum nullam coniunctionem dicuntur, nihil verum aut falſum eſt. Quae autem dicta ſunt, ea omnia ſine complexione dicuntur. 19 At enim maxime tale quid videtur accidere in contrariis ſecundum com-

λεγομένων. τὸ γὰρ ὑγιαίνειν Σωκράτην τῷ νοσεῖν Σωκράτην ἐναντίον ἐστίν· ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ τούτων ἀναγκαῖον ἀεὶ θάτερον μὲν ἀληθὲς, θάτερον δὲ ψευδὲς εἶναι· ὄντος μὲν γὰρ Σωκράτους, τὸ μὲν ἔσται ἀληθὲς, τὸ δὲ ψευδές· μὴ ὄντος δὲ, ἀμφότερα ψευδῆ· οὔτε γὰρ τὸ νοσεῖν Σωκράτην, οὔτε τὸ ὑγιαίνειν, ἐστὶν ἀληθὲς, αὐτοῦ μὴ ὄντος ὅλως τοῦ Σωκράτους. 20 Ἐπὶ δὲ τῆς στερήσεως καὶ τῆς ἕξεως, μὴ ὄντος γε ὅλως, οὐδέτερον ἀληθές· ὄντος δὲ, οὐκ ἀεὶ θάτερον μὲν ἀληθὲς, θάτερον δὲ ψευδές· τὸ γὰρ ὄψιν ἔχειν Σωκράτην τῷ τυφλὸν εἶναι Σωκράτην ἀντίκειται, ὡς στέρησις καὶ ἕξις· καὶ ὄντος γε, οὐκ ἀναγκαῖον θάτερον ἀληθὲς εἶναι, ἢ ψευδές· ὅτε γὰρ μήπω πέφυκεν ἔχειν, ἀμφότερα ψευδῆ· μὴ ὄντος δὲ ὅλως τοῦ Σωκράτους, καὶ οὕτω ψευδῆ ἀμφότερα, καὶ τὸ ὄψιν αὐτὸν ἔχειν, καὶ τὸ τυφλὸν αὐτὸν εἶναι. 21

plexionem dictis. Valere enim Socratem illi, quod est aegrotare Socratem, contrarium est; verum nec in his semper alterum verum, alterum falsum esse, necessarium est. Dum enim vivit Socrates, alterum quidem verum erit, alterum falsum; at e vivis sublato (*Socrate*), utraque falsa erunt. Nec enim seu aegrotare seu valere Socratem verum est tum, cum ipse Socrates omnino non est. 20 In privatione vero & habitu, cum (*Socrates*) omnino non est, neutrum verum est; cum vero est, non semper alterum verum, alterum falsum est; nam visum habere Socratem illi, quod est caecum esse Socratem, opponitur, ut privatio & habitus; & quidem dum est (*Socrates*), non est necessarium, alterum verum esse, alterum falsum; nam quando naturâ eorum aliquod nondum habet, utraque falsa sunt; dum autem omnino non est Socrates, & sic utraque falsa sunt, tam visum illum habere, quam caecum esse. 21

Ἐπὶ δέ γε τῆς καταφάσεως καὶ τῆς ἀποφάσεως ἀεὶ, ἐάν τε ᾖ, ἐάν τε μὴ ᾖ, τὸ μὲν ἕτερον ἔσται ψευδὲς, τὸ δὲ ἕτερον ἀληθές. τὸ γὰρ νοσεῖν Σωκράτην, καὶ τὸ μὴ νοσεῖν, ὄντος αὐτοῦ, φανερὸν, ὅτι τὸ ἕτερον αὐτῶν ἀληθὲς, τὸ δὲ ἕτερον ψευδές ἐστι. καὶ μὴ ὄντος γε, ὁμοίως· τὸ μὲν γὰρ νοσεῖν, μὴ ὄντος, ψευδές· τὸ δὲ μὴ νοσεῖν ἀληθές. ὥστε ἐπὶ μόνων τούτων εἴη ἂν ἴδιον τὸ ἀεὶ θάτερον αὐτῶν ἀληθὲς ἢ ψευδὲς εἶναι, ὅσα ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις ἀντίκειται.

Cap. XI ed. Casaub.

22 Ἐναντίον δέ ἐστιν ἀγαθῷ μὲν ἐξ ἀνάγκης κακόν· τοῦτο δὲ δῆλον τῇ καθ' ἕκαστον ἐπαγωγῇ· οἷον ὑγιείᾳ νόσος, καὶ δικαιοσύνῃ ἀδικία, καὶ ἀνδρείᾳ δειλία· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 23 Κακῷ δὲ ὁτὲ μὲν ἀγαθόν ἐστιν ἐναντίον, ὁτὲ δὲ κακόν· τῇ γὰρ ἐνδείᾳ, κακῷ ὄντι, ἡ ὑπερβολὴ ἐναντίον, κακὸν ὄν· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μεσότης, ἐναντία ἑκατέρῳ οὖσα, ἀγαθόν ἐστιν.

In affirmatione autem & negatione ſemper, ſive ſit (*Socrates*), ſive non ſit, alterum erit falſum, alterum autem verum. Nam Socratem aegrotare, & non aegrotare, dum vivit ille, manifeſtum eſt, alterum eorum verum, alterum autem falſum eſſe; & cum non eſt, ſimiliter; aegrotare enim eum, qui non eſt, falſum eſt; non autem aegrotare, verum. Quare his ſolis proprium hoc fuerit, ſemper alterutrum eorum verum aut falſum eſſe, quaecunque ut affirmatio & negatio opponuntur.

22 Contrarium vero eſt bono quidem neceſſario malum; id vero manifeſtum eſt ex ſingulorum inductione; ut valetudini morbus, iuſtitiae iniuſtitia, & fortitudini timiditas; ſimiliter vero & in aliis. 23 Malo autem nonnunquam bonum contrarium eſt, nonnunquam malum; nam egeſtati, ut malo, exceſſus opponitur, qui & ipſe malum eſt. Similiter vero & mediocritas, con-

ἐπ' ὀλίγων δ' ἂν τὸ τοιοῦτον ἴδοι τις· ἐπὶ δὲ τῶν πλείστων ἀεὶ τῷ κακῷ τὸ ἀγαθὸν ἐναντίον ἐστίν. 24 Ἔτι τῶν ἐναντίων οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐὰν θάτερον ᾖ, καὶ τὸ λοιπὸν εἶναι· ὑγιαινόντων γὰρ ἁπάντων, ὑγίεια μὲν ἔσται, νόσος δὲ οὔ. ὁμοίως δὲ καὶ λευκῶν ὄντων ἁπάντων, λευκότης μὲν ἔσται, μελανία δὲ οὔ. 25 Ἔτι εἰ τῷ Σωκράτην ὑγιαίνειν τὸ Σωκράτην νοσεῖν ἐναντίον ἐστὶ, μὴ ἐνδέχεται δὲ ἅμα ἀμφότερα τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν· οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο, τοῦ ἑτέρου τῶν ἐναντίων ὄντος, καὶ τὸ λοιπὸν εἶναι· ὄντος γὰρ τοῦ Σωκράτην ὑγιαίνειν, οὐκ ἂν εἴη τὸ νοσεῖν Σωκράτην. 26 Δῆλον δὲ, ὅτι καὶ περὶ τὸ αὐτὸ ἢ εἶδει ἢ γένει πέφυκε γίνεσθαι τὰ ἐναντία· νόσος μὲν γὰρ καὶ ὑγίεια ἐν σώματι ζώου [πέφυκε γίνεσθαι]· λευκότης δὲ καὶ μελανία ἁπλῶς ἐν σώματι, δικαιοσύνη δὲ καὶ ἀδικία ἐν ψυχῇ ἀνθρώπου.

traria cum sit utrobique, bonum est. In paucis vero tale quid conspexerit aliquis. In plurimis vero semper malo bonum contrarium est. 24 Porro, contrariorum, non est necesse, si unum sit, etiam reliquum esse. Si enim sani sunt omnes, valetudo quidem erit, morbus vero non erit. Sic & si omnes albi sint, albedo quidem erit, at non nigredo. 25 Porro, si illi, quod est Socratem sanum esse, hoc Socratem aegrotare contrarium est, neque contingit, simul utraque eidem inesse, nec contigerit, unum contrariorum cum sit, etiam reliquum inesse. Si enim hoc est, Socratem valere, hoc non erit, Socratem aegrotare. 26 Manifestum vero est, circa idem aut specie aut genere naturâ fieri contraria. Morbus enim & valetudo in corpore animalis [naturâ esse possunt]; albedo vero & nigredo simpliciter in corpore, iustitia vero & iniustitia in anima hominis. 27 Ne-

27 Ἀναγκαῖον δὲ πάντα τὰ ἐναντία ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένει εἶναι, ἢ ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσιν, ἢ αὐτὰ γένη εἶναι. λευκὸν μὲν γὰρ καὶ μέλαν ἐν τῷ αὐτῷ γένει· χρῶμα γὰρ αὐτῶν τὸ γένος. δικαιοσύνη δὲ καὶ ἀδικία ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσιν· τοῦ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸ γένος· τοῦ δὲ κακία. ἀγαθὸν δὲ καὶ κακὸν οὐκ ἔστιν ἐν γένει, ἀλλ' αὐτὰ τυγχάνει γένη τινῶν ὄντα.

ΚΕΦ. ϛ'.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΤΕΡΟΥ.

Cap. XII ed. Casaub.

Πρότερον δ' ἑτέρου ἕτερον λέγεται τετραχῶς. 2 Πρῶτον μὲν καὶ κυριώτατα κατὰ τὸν χρόνον, καθ' ὃν πρεσβύτερον ἕτερον ἑτέρου καὶ παλαιότερον λέγεται· τὸ γὰρ τὸν χρόνον πλείω εἶναι καὶ παλαιότερον καὶ πρεσβύτερον λέγεται. 3 Δεύτερον δὲ τὸ μὴ ἀντιστρέφον κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν· οἷον τὸ ἓν τῶν δύο πρότερον·

ceſſe vero eſt, omnia contraria aut in eodem genere eſſe, aut in contrariis generibus, aut ipſa genera eſſe. Album enim & nigrum in eodem genere ſunt; color vero eſt eorum genus. Iuſtitia vero & iniuſtitia in contrariis generibus ſunt: illius enim genus eſt virtus; huius autem vitium. Bonum vero & malum ipſa in genere non ſunt, ſed ipſa genera quorundam ſunt.

CAP. IX.

De Priori.

Prius alterum altero dicitur quadrifariam. 2 Primo quidem & maxime ſecundum tempus, ſecundum quod alterum altero aetate prius & antiquius dicitur; eo enim, quod plus temporis elapſum ſit, & aetate prius & antiquius dicitur. 3 Secundo autem, quod non reciprocatur ſecundum conſequentiam, qua rem eſſe dicimus, ut unum duobus prius; ſi enim duo ſunt, ſta-

δυοῖν μὲν γὰρ ὄντοιν, ἀκολουθεῖ εὐθὺς τὸ ἓν εἶναι· ἑνὸς δὲ ὄντος, οὐκ ἀναγκαῖον δύο εἶναι· ὥστε οὐκ ἀντιστρέφει ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἡ ἀκολούθησις τοῦ εἶναι τὸ λοιπόν. πρότερον δὲ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι, ἀφ' οὗ μὴ ἀντιστρέφει ἡ τοῦ εἶναι ἀκολούθησις. 4 Τρίτον δὲ κατά τινα τάξιν τὸ πρότερον λέγεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τῶν λόγων. ἔν τε γὰρ ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἐπιστήμαις ὑπάρχει τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον τῇ τάξει· τὰ γὰρ στοιχεῖα πρότερα τῶν διαγραμμάτων τῇ τάξει· καὶ ἐπὶ τῆς γραμματικῆς τὰ στοιχεῖα πρότερα τῶν συλλαβῶν· ἐπί τε τῶν λόγων ὁμοίως· τὸ γὰρ προοίμιον τῆς διηγήσεως πρότερον τῇ τάξει ἐστίν. 5 Ἔτι παρὰ τὰ εἰρημένα τὸ βέλτιον καὶ τὸ τιμιώτερον πρότερον τῇ Φύσει δοκεῖ. εἰώθασι δὲ καὶ οἱ πολλοὶ τοὺς ἐντιμωτέρους, καὶ μᾶλλον ἀγαπωμένους ὑπ' αὐτῶν, προτέρους παρ' αὐτοῖς Φάσκειν εἶναι. ἔστι μὲν δὴ καὶ σχεδὸν ἀλλοτριώτατος τῶν τρόπων οὗτος. οἱ μὲν οὖν

tim ſequitur, unum eſſe; unum autem ſi eſt, non eſt neceſſarium, duo eſſe. Quare non reciprocatur ab uno conſequentia, qua reliquum eſſe dicitur [duo]. Prius autem videtur illud eſſe, a quo non reciprocatur conſequentia, qua rem eſſe dicimus. 4 Tertio vero ſecundum ordinem quempiam prius dicitur, ut in ſcientiis & orationibus; nam in demonſtrativis ſcientiis ineſt prius & poſterius ordine; nam principia ordine ſunt priora ipſis deſcriptionibus, & in grammatica literae ſunt priores ſyllabis, & in orationibus ſimiliter; exordium enim ordine prius eſt expoſitione. 5 Porro, praeter ea, quae dicta ſunt, melius & praeſtantius naturâ eſſe prius videtur. Solet enim plebs maiore honore dignos magiſque dilectos priores apud ipſam eſſe dicere. Eſt autem fere alieniſſimus hic e modis Prioris. Dicti

λεγόμενοι τρόποι τοῦ πρότερου [σχεδὸν] τοσοῦτοί εἰσι. 6 Δόξειε δ' ἂν παρὰ τοὺς εἰρημένους καὶ ἕτερος εἶναι προτέρου τρόπος. τῶν γὰρ ἀντιστρεφόντων κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν τὸ αἴτιον ὁπωσοῦν θατέρῳ τοῦ εἶναι πρότερον εἰκότως τῇ φύσει λέγοιτ' ἄν· ὅτι δέ ἐστί τινα τοιαῦτα, δῆλον. τὸ γὰρ εἶναι ἄνθρωπον ἀντιστρέφει κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν πρὸς τὸν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ λόγον. εἰ γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ἀληθὴς ὁ λόγος, ᾧ λέγομεν, ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος. καὶ ἀντιστρέφει γε· εἰ γὰρ ἀληθὴς ὁ λόγος, ᾧ λέγομεν, ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος, ἔστιν ἄνθρωπος. ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος οὐδαμῶς αἴτιος τοῦ εἶναι τὸ πρᾶγμα· τὸ μέντοι γε πρᾶγμα φαίνεταί πως αἴτιον τοῦ ἀληθῆ τὸν λόγον εἶναι· τῷ γὰρ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἢ μὴ εἶναι, ἀληθὴς ὁ λόγος, ἢ ψευδὴς λέγεται. ὥστε κατὰ πέντε τρόπους ἕτερον ἑτέρου πρότερον λέγοιτ' ἄν.

ergo modi Prioris tot [fere] ſunt. 6 Videtur autem forte praeter dictos etiam alius eſſe Prioris modus: ex iis enim, quae ſecundum conſequentiam, qua ea eſſe inferimus, reciprocantur, illud, quod aliquo modo alterius cauſa eſt, prius merito naturâ diceretur. Quod vero talia quaedam ſint, manifeſtum eſt; nam eſſe hominem reciprocatur ſecundum conſequentiam, qua eſſe dicimus, cum vera de eo oratione. Si enim homo eſt, & oratio, qua hominem dicimus eſſe, vera eſt: & reciprocatur; ſi enim vera eſt oratio, qua dicimus hominem eſſe, homo eſt. Eſt autem oratio vera nequaquam cauſa, ut res ſit; at res quodammodo cauſa videtur eſſe, ut oratio vera ſit; eò enim, quia res eſt, aut non eſt, vera oratio, aut falſa dicitur. Quare ſecundum quinque modos alterum altero prius eſſe dicetur.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΜΑ.

Ἅμα δὲ λέγεται ἁπλῶς μὲν καὶ κυριώτατα, ὧν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. οὐδέτερον γὰρ πρότερον οὐδὲ ὕστερον αὐτῶν ἐστιν. ἅμα δὲ κατὰ τὸν χρόνον ταῦτα λέγεται. 2 Φύσει δὲ ἅμα, ὅσα ἀντιστρέφει μὲν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, μηδαμῶς δὲ αἴτιον θάτερον θατέρῳ τοῦ εἶναί ἐστιν· οἷον ἐπὶ τοῦ διπλασίου καὶ τοῦ ἡμίσεος· ἀντιστρέφει μὲν γὰρ ταῦτα· διπλασίου γὰρ ὄντος ἥμισύ ἐστι· καὶ ἡμίσεος ὄντος, διπλάσιόν ἐστιν. οὐδέτερον δὲ οὐδετέρῳ τοῦ εἶναί ἐστιν αἴτιον. 3 Καὶ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα ἀλλήλοις ἅμα τῇ φύσει λέγεται· ἀντιδιῃρῆσθαι δὲ λέγεται ἀλλήλοις τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν· οἷον τὸ πτηνὸν

Cap. XIII ed. Casaub.

CAP. X.

De modis verbi Simul.

Simul vero dicuntur ea, simpliciter quidem & strictissime, quorum generatio in eodem tempore est. Neutrum enim illorum prius est aut posterius. Simul vero secundum tempus haec dicuntur. 2 Naturâ vero simul (*dicuntur*), quae reciprocantur quidem secundum consequentiam, qua ea esse dicuntur, quorum tamen alterum nequaquam alteri causâ est, ut sit; velut in duplo & dimidio; nam haec reciprocantur; duplum cum sit, dimidium est, & dimidium cum sit, duplum est; neutrum vero alteri causa est, ut sit. 3 Et quae ex eodem genere per divisionem mutuo sibi opponuntur, simul naturâ esse dicuntur. Opponi autem per divisionem mutuo dicuntur, quae secundum eandem divisio-

τῷ πεζῷ, καὶ τῷ ἐνύδρῳ. ταῦτα γὰρ ἀλλήλοις ἀντιδιαιρεῖται, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ὄντα· τὸ γὰρ ζῷον διαιρεῖται [εἰς ταῦτα,] εἴς τε τὸ πτηνὸν, καὶ τὸ πεζὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον· καὶ οὐδέν γε τούτων πρότερον ἢ ὕστερόν ἐστιν, ἀλλ' ἅμα τῇ Φύσει τὰ τοιαῦτα δοκεῖ εἶναι. διαιρεθείη δ' ἂν καὶ τούτων ἕκαστον εἰς εἴδη πάλιν· οἷον τὸ πτηνὸν, καὶ τὸ πεζὸν, καὶ τὸ ἔνυδρον. ἔσται οὖν κἀκεῖνα ἅμα τῇ Φύσει, ὅσα ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσίν ἐστι. 4 Τὰ δὲ γένη τῶν εἰδῶν ἀεὶ πρότερα· οὐ γὰρ ἀντιστρέφει κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν· οἷον, ἐνύδρου μὲν ὄντος, ἔστι ζῷον· ζῴου δὲ ὄντος, οὐκ ἀνάγκη ἔνυδρον εἶναι. 5 Ἅμα οὖν τῇ Φύσει λέγεται, ὅσα ἀντιστρέφει μὲν κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, μηδαμῶς δὲ ἕτερον ἑτέρῳ αἴτιον τοῦ εἶναί ἐστι,

nem oppoſita ſunt; ut volatile pedeſtri & aquatico. Haec enim mutuo per diviſionem opponuntur, ex eodem genere cum ſint. Animal enim in haec dividitur, in volatile, pedeſtre & aquaticum; & nullum illorum prius eſt aut poſterius, ſed naturâ haec ſimul eſſe videntur. Dividi autem poſſit unumquodque illorum iterum in ſpecies; ut volatile, & pedeſtre, & aquaticum. Erunt ergo & haec ſimul naturâ, quaecunque ex eodem genere ſecundum eandem diviſionem ſunt. 4 Genera vero ſpeciebus ſemper priora ſunt; non enim reciprocantur ſecundum conſequentiam, qua ſunt; velut aquaticum ſi eſt, animal eſt; animal vero cum eſt, non eſt neceſſe aquaticum eſſe. 5 Simul ergo naturâ eſſe dicuntur, quae reciprocantur quidem ſecundum conſequentiam, qua ſunt, quorum autem nequaquam alterum alteri cauſa eſt, ut ſit, & quae ex eodem genere

καὶ τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα ἀλλήλοις· ἁπλῶς δὲ ἅμα, ὧν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ [ἐστί.]

ΚΕΦ. ιά'.

ΠΕΡΙ ΚΙΝΗΣΕΩΣ.

Κινήσεως δέ ἐστιν εἴδη ἓξ, γένεσις, φθορὰ, αὔξησις, μείωσις, ἀλλοίωσις, καὶ ἡ κατὰ τόπον μεταβολή. 2 Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κινήσεις, φανερὸν, ὅτι ἕτεραι ἀλλήλων εἰσίν. οὐ γάρ ἐστιν ἡ γένεσις φθορά· οὐδέ γε ἡ αὔξησις μείωσις· οὐδὲ ἡ ἀλλοίωσις κατὰ τόπον μεταβολή· ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι. 3 Ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοιώσεως ἔχει τινὰ ἀπορίαν, μή ποτε ἀναγκαῖον ᾖ, τὸ ἀλλοιούμενον κατά τινα τῶν λοιπῶν κινήσεων ἀλλοιοῦσθαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές ἐστι· σχεδὸν γὰρ κατὰ πάντα τὰ πάθη, ἢ τά γε πλεῖστα, συμβέβηκεν

Cap. XIV ed. Casaub.

per divisionem sibi invicem opposita sunt. Simpliciter autem simul esse (*dicuntur*), quorum generatio in eodem tempore est.

CAP. XI.

De motu.

Motus autem species sunt sex: generatio, corruptio, augmentatio, imminutio, alteratio, & mutatio loci. 2 Ceteros quidem motus, manifestum est, diversos esse inter se: neque enim generatio est corruptio, neque augmentatio est imminutio, nec alteratio est mutatio circa locum. Similiter & alii. 3 In alteratione vero dubitationem aliquam habet, an non aliquando necessarium sit, id quod alteratur secundum quendam ceterorum motuum alterari? Hoc autem verum non est; fere enim omnibus affectionibus, aut plurimis saltem,

ἀλλοιοῦσθαι ἡμᾶς, οὐδεμιᾶς τῶν ἄλλων κινήσεων κοινωνούσης· οὔτε γὰρ αὔξεσθαι ἀναγκαῖον τὸ κατὰ πάθος κινούμενον, οὔτε μειοῦσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ὥσθ' ἑτέρα ἂν εἴη παρὰ τὰς ἄλλας κινήσεις ἡ ἀλλοίωσις· εἰ γὰρ ἦν ἡ αὐτὴ, ἔδει τὸ ἀλλοιούμενον εὐθὺς καὶ αὐξεσθαι, ἢ μειοῦσθαι, ἤ τινα τῶν ἄλλων ἀκολουθεῖν κινήσεων· ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη. 4 Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ αὐξανόμενον, ἤ τινα ἄλλην κίνησιν κινούμενον, ἔδει ἀλλοιοῦσθαι. ἀλλ' ἔστι τινὰ αὐξανόμενα, ἃ οὐκ ἀλλοιοῦται· οἷον τὸ τετράγωνον, γνώμονος περιτεθέντος, αὔξηται μὲν, ἀλλοιότερον δὲ οὐδὲν γεγένηται· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· ὥσθ' ἕτεραι ἂν εἶησαν αἱ κινήσεις ἀλλήλων. 5 Ἔστι δὲ ἁπλῶς τῇ μὲν κινήσει ἠρεμία ἐναντίον. ταῖς δὲ καθ' ἕκαστα αἱ καθ' ἕκαστα· γενέσει μὲν φθορά· αὐξήσει δὲ μείωσις· τῇ δὲ κατὰ τόπον μεταβολῇ ἡ

nos alterari accidit, nullo reliquorum motuum participante; nec enim neceſſarium eſt augeri, quod ſecundum affectus movetur, nec minui. Similiter vero etiam in aliis: quare diverſa fuerit a reliquis motibus alteratio; nam ſi eſſet eadem, oporteret id, quod alteratur, ſtatim etiam augeri aut minui, aut alium quempiam motum ſequi; at non eſt neceſſe. 4 Similiter & id, quod augetur, aut alio quopiam motu movetur, oporteret alterari: verum ſunt quaedam, quae cum augentur, non tamen alterantur; ut quadratum circum poſito gnomone auctum quidem eſt, alteratum autem non fuit. Similiter & in aliis talibus. Quare motus inter ſe diverſi fuerint. 5 Motui autem omnino quies contraria eſt, ſingulis autem motus ſpeciebus ſingulae; generationi quidem corruptio, augmentationi imminutio, mutationi ſecundum locum

κατὰ τόπον ἠρεμία. μάλιστα δὲ ἔοικεν ἀντικεῖσθαι ἡ εἰς τὸν ἐναντίον τόπον μεταβολὴ, οἷον τῇ κάτωθεν ἡ ἄνω, τῇ δὲ ἄνωθεν ἡ κάτω. 6 Τῇ δὲ λοιπῇ τῶν ἀποδοθεισῶν κινήσεων, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι, τί ποτέ ἐστιν ἐναντίον. ἔοικε δὲ οὐδὲν εἶναι αὐτῇ ἐναντίον· εἰ μή τις καὶ ἐπὶ ταύτης τὴν κατὰ τὸ ποιὸν ἠρεμίαν ἀντιθείη, ἢ τὴν εἰς τὸ ἐναντίον τοῦ ποιοῦ μεταβολήν· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τόπον μεταβολῆς τὴν κατὰ τόπον ἠρεμίαν, ἢ τὴν εἰς τὸν ἐναντίον τόπον μεταβολήν· ἔστι γὰρ καὶ ἡ ἀλλοίωσις μεταβολὴ κατὰ τὸ ποιόν· ὥστε ἀντίκειται τῇ κατὰ τὸ ποιὸν κινήσει ἡ κατὰ τὸ ποιὸν ἠρεμία, ἢ ἡ εἰς τὸ ἐναντίον τοῦ ποιοῦ μεταβολή· οἷον τὸ λευκὸν γίνεσθαι τῷ μέλαν γίνεσθαι· ἀλλοιοῦνται γὰρ, εἰς τὰ ἐναντία τοῦ ποιοῦ μεταβολῆς γινομένης.

quies ſecundum locum. Maxime autem videtur oppoſita eſſe mutatio in contrarium locum, ut illi, quae eſt deorſum, haec, quae eſt ſurſum, & mutationi ſurſum mutatio deorſum. 6 Reliquo vero motuum definitorum, haud facile eſt explicatu, quid tandem ſit contrarium. Videtur autem nihil illi contrarium eſſe, niſi quis & in hoc quietem ſecundum quale opponat, aut mutationem qualis in contrarium; quemadmodum & in mutatione ſecundum locum, quietem ſecundum locum, aut mutationem in locum contrarium; etenim eſt alteratio quoque mutatio ſecundum quale; quare opponitur motui ſecundum quale quies ſecundum quale, aut mutatio in contrarium Qualis; ut illi quod eſt album fieri, id quod eſt fieri nigrum. Alteratur enim (*res*), facta mutatione Qualis in contraria.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΧΕΙΝ.

Cap. XV ed. Casaub.

Τὸ δὲ ἔχειν κατὰ πλείους τρόπους λέγεται. 2 Ἢ γὰρ ὡς ἕξιν καὶ διάθεσιν, ἢ ἄλλην τινὰ ποιότητα· λεγόμεθα γὰρ καὶ ἐπιστήμην ἔχειν, καὶ ἀρετήν. 3 Ἢ ὡς ποσόν· οἷον ὃ τυγχάνει τις ἔχων μέγεθος· λέγεται γὰρ τρίπηχυ μέγεθος ἔχειν, ἢ τετράπηχυ. 4 Ἢ ὡς τὰ περὶ τὸ σῶμα· οἷον ἱμάτιον, ἢ χιτῶνα. 5 Ἢ ὡς ἐν μερίῳ· οἷον ἐν χειρὶ δακτύλιον. 6 Ἢ ὡς μέρος· οἷον χεῖρα, ἢ πόδα. 7 Ἢ ὡς ἐν ἀγγείῳ· οἷον ὁ μέδιμνος τοὺς πυροὺς, ἢ τὸ κεράμιον τὸν οἶνον· οἶνον γὰρ ἔχειν λέγεται τὸ κεράμιον, καὶ ὁ μέδιμνος πυρούς. ταῦτ' οὖν πάντα, ὡς ἐν ἀγγείῳ, ἔχειν λέγεται. 8 Ἢ ὡς κτῆμα· ἔχειν γὰρ οἰκίαν ἢ ἀγρὸν λεγόμεθα. 9 Λέγεται δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ γυναῖκα ἔχειν, καὶ ἡ γυνὴ ἄνδρα· ἔοικε

CAP. XII.

De modis verbi Habere.

Habere pluribus modis dicitur. 2 Nam ut habitum aut dispositionem, aut ut aliam quandam qualitatem. Dicimur enim habere scientiam aliquam & virtutem. 3 Aut ut quantum; velut quam aliquis habet magitudinem. Dicitur enim magnitudinem tricubitam habere, aut quatuor cubitorum. 4 Aut ut aliquid circa corpus; velut vestem aut tunicam. 5 Aut ut in parte; velut in digito annulum. 6 Aut ut partem; velut manum aut pedem. 7 Aut ut in vase; velut modius triticum, aut lagena vinum; vinum enim habere dicitur lagena, & modius triticum. Haec ergo omnia ut in vase habere dicuntur. 8 Aut ut possessio; nam domum aut agrum habere dicimur. 9 Dicitur etiam vir mulierem habere, & mulier

δὲ ἀλλοτριώτατος ὁ νῦν ῥηθεὶς τρόπος [τοῦ ἔχειν] εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἄλλο τῷ ἔχειν γυναῖκα σημαίνομεν, ἢ ὅτι συνοικεῖ. 10 Ἴσως δὲ ἂν καὶ ἄλλοι τινὲς φανείησαν τοῦ ἔχειν τρόποι· οἱ δὲ εἰωθότες λέγεσθαι σχεδὸν ἅπαντες κατηρίθμηνται.

ΤΕΛΟΣ.

virum. Videtur autem alieniſſimus, qui nunc dictus eſt, modus [habendi] eſſe; nihil enim aliud ſignificamus, habere aliquem mulierem dicentes, quam quod ille cohabitet. 10 Forte autem & alii apparuerint modi habendi; dici vero ſoliti fere omnes enumerati ſunt.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ANIMADVERSIONES CRITICAE
AD ARISTOTELIS
LIBRUM CATEGORIARUM
s. DE PRAEDICAMENTIS.

CAP. I.

§. 1. Verba τῆς οὐσίας, quae hoc capite & infra saepius repetuntur, Andronicus Peripateticus, Boëthus Sidonius, & alii antiquissimorum interpretum in Codicibus suis non legerunt. Simplicius (ad Categ. fol. 7, a. lin. 4 a fine ed. Bas. Gr.) haec habet: Πορφύριος πρῶτον μὲν φησὶ, μηδὲ ἐν πᾶσι τοῦτο γεγράφθαι τοῖς ἀντιγράφοις — καὶ ἐξηγούμενος ὁ Βοηθὸς καθ' ἑκάστην λέξιν, τὸ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ παραλέλοιπεν· καὶ ὁ Ἀνδρόνικος δὲ παραφράζων τὸ βιβλίον φησί· ΤΟ ΔΕ ΚΑΤΑ ΤΟΥΝΟΜΑ ΛΟΓΟΣ ΕΤΕΡΟΣ. Uncinis igitur verba τῆς οὐσίας inclusi, cum suspicari liceat, apposita ea esse παραφραστικῶς tantum ab interprete quodam. Sic quoque verba κατὰ τοὔνομα e glossa in textum migrasse censeo. V. §. 2, & infra cap. III, §. 15.

§. 2. Vulgatam lectionem Porphyrius, Ammonius Hermeae, &, teste Simplicio, plurimi quoque antiquiores Codices, nec non editiones Graecae & Latinae ad unam omnes tuentur. Apud alios autem interpretes Graecos in hac paragrapho maxima offenditur lectionis diversitas. Iamblichus omisit primum verba τῆς οὐσίας· deinde monuit, in nonnullis Codd. non reperiri verba καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος. Nos quidem arbitramur, vocem λόγος apud Simplicium, cui hanc lectionis apud priores interpretes varietatem excerptam debemus, expungendam esse: haec enim vox apud Aristotelem, salvo sensu, deesse nequit, & haud dubie a

Codd. quos Iamblichus designavit, verba tantum κατὰ τοὔνομα abfuerunt, quae quidem facile suppleri possunt. Iamblichi lectionem Syrianus secutus est. Alexander Aegaeus legere maluit: συνώνυμα δὲ λέγεται, ὧν τό, τε ὄνομα κοινὸν, καὶ ὁ λόγος ὁ τῆς οὐσίας ὁ αὐτὸς, omissis verbis κατὰ τοὔνομα, & insertis τῆς οὐσίας. Ipse Simplicius a Porphyrii partibus stat, praeterquam quod pro βοῦς habet ἵππος. In sequentibus pro vulgato τί ἐστιν ἑκατέρῳ αὐτῶν τὸ ζώῳ εἶναι, pessime in ipso Aristotelis textu, cui commentarius subiectus est, legitur: τί ἐστιν αὐτῶν ἑκάτερον τῷ ζῶον εἶναι. Mihi tamen, ut hoc semel moneam, probabile est, *ipsa Aristotelis verba* tam in Simplicii, quam in plurium aliorum Graecorum Aristotelis interpretum commentariis, non semper ab his interpretibus adscripta, sed nonnunquam a librariis imperitis interposita esse.

Τί ἐστιν ἑκατέρῳ αὐτῶν τὸ ζώῳ εἶναι) Ordo verborum est: τί ἐ. ἑκ. αὐτ. (πρὸς) τὸ εἶναι ζώῳ (elegantius pro ζῷον.)

Ἀποδώσει) Codd. q. Pac. ἀποδίδωσιν, quod iidem & infra §. 2 pro ἀποδώσει scriptum habent. Minus apte.

CAP. II.

§. 2. Ἐν ὑποκειμένῳ δὲ ἔνια) Casaubonus in margine lectionem notavit, τούτων ἔνια, quam nullibi reperimus praeterquam in Sylburgiana ed. ubi forte τούτων interpretationis causa additum est. Vetus interpres Latinus legisse videtur ταῦτα pro ἔνια· vertit enim: *in subiecto* ea *esse nihil prohibet.*

Locus inde a verbis τῶν λεγομένων τὰ μὲν initio capitis usque ad verba οὐσία δέ ἐστιν in sequentibus male *in tria capita* a Iulio Pacio, Casaubono & aliis dissectus est. In editione Aldina maiori, uti etiam in illis, quae hanc secutae sunt, duo tantum capita constituit: neque tamen & haec in duo capita divisio satis convenit; totus enim locus tam arcte cohaeret, ut disiungi plane non possit; igitur tria capita editionum Pacii & reliquarum in *unum* contraximus.

§. 3. Κατηγορῆται) Ed. Hilden. male κατηγορεῖται.

Τοσαῦτα) Codd. q. Pac. πάντα. Minus bene.

Οὐκοῦν καὶ κατά τινος ἀνθρώπου) Codd. q. κατὰ τοῦ τινος.

§. 4. Τῶν ἑτέρων γενῶν) Vulgo: τῶν ἑτερογενῶν. Male, nam loquitur Aristoteles non de *singulis subiectis* diversi generis, sed de *diversis generibus ipsis*, quorum sint species &

differentiae. Conf. §. 5. Recte (ad Categ. fol. 14, a. lin. 2 a fin.) Simplicius: Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι τῶν ΕΤΕΡΩΝ ΓΕΝΩΝ, ἀλλ' οὐ τῶν ΕΤΕΡΟΓΕΝΩΝ δεῖ ὑπαναγινώσκειν. Vetus interpres Latinus: *diverſorum generum.*

Τῷ εἴδει) Legere maluerunt Sylburgius & Caſaubonus σὺν τῷ εἴδει. Videntur autem mentem Ariſtotelis non cepiſſe. Senſus verborum eſt: diverſorum generum, quorum unum non ſub altero poſitum eſt, diverſae ſunt etiam differentiae τῷ εἴδει, i. e. κατὰ τὸ εἶδος, ſecundum (ipſarum differentiarum) ſpeciem. (*Aehnliche Gattungen haben aehnliche* Arten *von Differenzen, aber verſchiedene Gattungen haben verſchiedene* Arten *von Differenzen.* Quod ſi legas σὺν τῷ εἴδει, ſenſus exit hic: *Diverſorum generum ſunt una cum ſpecie & diverſae differentiae.* Hoc autem quid ſibi velit, intelligi non poteſt; nec illud ad ſequentia quadrat, ubi ſolummodo de diverſis differentiis diverſorum generum ſermo eſt.

§. 5. Εἶναι) In marg. ed. Caſaub. legitur: εἶναι, εἰ καὶ μὴ πάσας· *quam additionem veteres interpretes non agnoſcunt.* Miramur, Caſaubonum in his verbis, in ed. Sylb. uncinis incluſis, meram Sylburgii gloſſam non ſuſpicatum eſſe. Ceterum Boëthus Sidonius verba huius paragraphi poſtrema ita mutanda cenſuit: ὥστε ὅσαι τοῦ ὑποκειμένου διαφοραὶ, τοσαῦται καὶ τοῦ κατηγορουμένου ἔσονται. Verum conf. §. 3, & Simplic. ad Categ. fol. 14, b. lin. 24.

CAP. III.

§. 1. Ἢ μήτε) Ed. Camotii habet ἤ adverbialiter; forte operarum peccato.

Καὶ ὁ τις ἵππος) Simplic. ad Categ. fol. 19, b. ἢ ὅ τις ἵππος.

§. 2. Οὐσίαι λέγονται, ἐν οἷς εἴδεσιν) Quod iam a Caſaubono in margine notatum eſt, maluit Boëthus Sidonius legere λέγονται τὰ εἰδη, ſublata voce εἴδεσι mox ſequenti, quam e gloſſa profectam eſſe putabat. Verum egregie defendit & explicuit vulgatam lectionem, ab omnibus ceteroquin receptam, Ammonius Hermeae (ad Categ. fol. 14, b. lin. 17.) cuius ipſa verba apponere liceat: διατί δὲ μὴ εἶπε (Ariſtoteles) δεύτεραι οὐσίαι λέγονται τὰ εἰδη, καὶ τὰ γένη καθόλου, ἀλλὰ εἶπεν ἐν οἷς εἴδεσιν αἱ πρῶται λεγόμεναι οὐσίαι ὑπάρχουσιν; ἐροῦμεν, ὅτι πάνυ ἀκριβῶς. Εἰ γὰρ εἶπε τὰ γένη, καὶ τὰ εἰδη, ἐπειδήπερ ἐν ταῖς ἄλλαις

κατηγορίαις εἰσὶ γένη, καὶ εἴδη, οἷον ἐν τῷ ποιῷ γένος τὸ χρῶμα, εἶδος δὲ τὸ λευκὸν, εἴχομεν ὑπολαμβάνειν τὰς δευτέρας οὐσίας εἶναι καὶ ἐν τοῖς συμβεβηκόσι, διὰ τοῦτο οὐ τὰ τυχόντα εἴδη, εἴδη εἶπεν, ἀλλ' ἐν οἷς εἴδεσιν εὑρίσκονται αἱ πρῶται οὐσίαι κ. τ. λ. Nihil igitur mutandum est.

§. 3. Ὑποκειμένου κατηγορηθήσεται) Codd. q. Pac. κατηγορεῖται. Minus bene. Ed. Hilden. habet ῥηθήσεται, haud dubie operarum vitio.

§. 4. Ὁ δὲ λόγος ὁ τοῦ λευκοῦ) Abest ὁ post λόγος a MS. Pacii.

§. 5. Καθ' ὑποκειμένων — ἢ ἐν ὑποκειμέναις αὐταῖς ἐστι) Ita recte legerunt Ammonius Hermeae (ad Categ. fol. 16, a. lin. 7) & Simplicius (ad easd. fol. 22, a. lin. 32) in ipsis commentariis. Vetus interpres Latinus: *Alia vero omnia aut de* subiectis *dicuntur principalibus substantiis, aut in* subiectis *eis sunt.* Edd. autem Ald. Camot. Iunt. Hilden. habent singulariter: Καθ' ὑποκειμένου, & ἐν ὑποκειμένῳ. Male. Nam sensus esset: *Reliqua omnia dicuntur aut de subiecto primarum substantiarum, aut in subiecto earum sunt.* Quod quidem involvit, Aristotelem hoc loco distinxisse *subiectum* primarum substantiarum ab *his ipsis*, licet de *primis substantiis ut subiectis*, de quibus aliquid praedicetur, aut in quibus aliquid insit, agatur. Meliorem lectionem restituerunt quoque edd. Bas. Pac. Sylburg. & reliquae. Videtur tamen lectio editionum priori loco commemoratarum in antiquissimis iam Codicibus nonnullis recepta fuisse; laudatur enim ab Ammonio l. c. lin. 37.

Verba ultima paragraphi in editione Sylburgiana inde a πάντα usque ad εἶναι interpretationis causa adiecta sunt.

§. 6. Γνωριμώτερον ἂν καὶ οἰκειότερον) Sic edd. Ald. Camot. Iunt. Vulgo ἂν omissum est, quo tamen oratio fit concinnior.

Τὸ μὲν γὰρ ἴδιον μᾶλλον τοῦ τινος ἀνθρώπου, τὸ δὲ κοινότερον) Hanc lectionem tuentur veteres interpretes Graeci, interpres Latinus, & editt. impressae ad unam omnes. Codd. q. Pac. τὸ μὲν γὰρ ἴδιον προσεχὲς μᾶλλον τοῦ ἀνθρώπου· τὸ δὲ κοινότερον πορρωτέρω.

Γνωριμώτερον ἀποδώσει) Post γνωριμώτερον in editt. recentioribus repetita erant ex antecedentibus verba καὶ οἰκειότερον, quae eiicienda putavi, cum in edd. Ald. Camot. desint, nec vetus interpres Latinus illa expresserit.

§. 7. Οὐσίαι πρῶται λέγονται) Haec est lectio edd. Ald. Camot. & Iuntinae. Vetus interpres Latinus, & edd. Bas.

Pac. Hilden. Casaub. vocem πρῶται omiserunt. Sylburgius eam uncinis inclusit, quas nos tamen sustulimus, cum vox πρῶται salvo integro sensu hic abesse nequeat. Hac paragrapho non explicavit Aristoteles, cur primae substantiae dicantur *substantiae* κατ' ἐξοχήν, cuius quidem appellationis rationes §. demum undecima proponuntur, sed ostendit, cur primae substantiae dicantur *primae* substantiae. Igitur ad vocem *primae* omnis paragraphi sensus redit, qui, illa e textu electa, turbatur.

Τὰ ἄλλα [πάντα] Abest πάντα a MS. Pacii, & edd. Ald. Camot. Iunt. Hild.

Ὑπόκειται γὰρ τὸ εἶδος) Post ὑπόκειται γὰρ ed. Basil. Isingrin. insertum habet πῶς.

§. 9. Οὐδὲν γὰρ) Sic recte Codd. q. Pac. Vulgo male οὐδὲ γάρ.

§. 10. Εἰκότως οὖν) Ed. Bas. Isingr. εἰκότως δέ. Verba καὶ γνωριμώτερον ποιήσει ἄνθρωπον ἢ ζῶον ἀποδιδοὺς glossae suspicionem incurrunt, quare ea uncinis circumdedimus. Codd. q. habent καὶ γὰρ γνωριμώτερον —.

Ἡ τρέχει) Ita edd. Ald. Camot. Iunt. recte legunt. Vulgo ἢ ὅτι τρέχει.

Τῶν ἄλλων οὐσίαι λέγονται) Ut sensus exeat integer, post ἄλλων inserendum esse puto δεύτεραι. Non enim Aristoteles contendit, sola genera & species dici posse *substantias*, sed vult potius eadem sola esse substantias *secundarias*.

§. 11. Κυριώτατα οὐσίαι) In commentario Ammonii Hermeae (fol. 17, a. lin. 6) & in edd. Ald. Camot. Iunt. legitur κυριώταται, non adverbialiter. Lectio forte melior est vulgata, quam tamen non mutavi, cum sensus, utram lectionem sequaris, idem maneat. Vetus interpres Latinus: *dicuntur* proprie *substantiae*.

Τὰ εἰδη καὶ τὰ γένη) Ed. Isingr. τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη. Aptius utique.

Κατὰ τούτων γὰρ πάντα) Codd. q. Pac. κατὰ τούτων γὰρ πάντων. Minus bene.

§. 12. Οὐ γὰρ) Male vulgo οὐδὲ γάρ, quod Casaubonus iam correxit.

Κατηγορ. καὶ ὁ λόγος κ. τ. ὑπ. καὶ τοὔνομα) Codd. q. Pac. κατηγ. τοὔνομα καὶ ὁ λόγος κατὰ τοῦ ὑποκειμένου.

§. 13. Λέγεται τοῦ τινος ἀνθρώπου) Ita habent edd. Graecae omnes, praeter Casaubonianam, in qua legitur τοῦ ἀνθρώπου.

Οὐδὲ γὰρ) Ed. Isingr. οὐ γάρ. Eadem mox habet: ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ἀνθρώπῳ.

Οὐδὲ τὸ πεζὸν) Codd. q. Pac. ἢ τὸ πεζόν.

§. 14. Τὰ ὡς μέρη) Sic legitur in edd. Ald. Camot. Iunt. Hilden. Vetus interpres Latinus: *quae tanquam partes insunt.* Recte utique. Male vulgo: ὡς τὰ μέρη. Cf. Ammon. Herm. ad Categ. fol. 18, b. lin. 19, & Simplic. ad easd. fol. 24, b.

Ὑπάρχοντα ἔν τινι) Absunt verba ἔν τινι ab editione Aldina maiori.

§. 15. Ἀπ' αὐτῶν) Vulgo ἐπ' αὐτῶν, quod mutatum iam est in ed. Isingriniana.

Καὶ κατὰ τῶν εἰδῶν καὶ κατὰ τῶν ἀτόμων) Edd. Ald. Camot. Iunt. Hilden. singulariter κατὰ τοῦ εἴδους καὶ τοῦ ἀτόμου.

Λόγον ἐπιδέχεται) Edd. Ald. Camot. Iunt. pluraliter ἐπιδέχονται.

§. 16. Ἄνθρωπος ἢ ζῷον) Reposui ἄνθρωπος pro vulgato ἄνθρωπον in edd. Pac. & Casauboniana. Nominativus casus enim melius convenit, & agnoscunt eum edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Hilden.

§. 20. Οὐδὲ μᾶλλον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Hilden. οὐδὲν μᾶλλον. Minus bene, notante iam Pacio.

In Cod. Palat. post ultima paragraphi verba καὶ τὸ ἧττον, teste Pacio, adduntur haec: οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο ἴδιον τῆς οὐσίας τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι αὐτὴν τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. καὶ γὰρ τὸ ποσὸν οὐκ ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· quae tamen verba, ut recte Casaubonus monuit, ex ora libri in textum irrepserunt; nam excerpta sunt ex Ammonii Hermeae commentario, quem vide fol. 20, b. lin. 27. Διατί δὲ, inquit interpres, μὴ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἰδίων ἔλεγε (Aristoteles) πρὸς τῷ τέλει, ΟΥΚ ΙΔΙΟΝ ΔΕ ΤΟΥΤΟ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ; — ἔδειξε δὲ μικρῷ πρότερον, μήτε τῇ οὐσίᾳ, μήτε τῷ ποσῷ ὑπάρχειν τὶ ἐναντίον, ἡμῖν κατέλειπε τοῦτο συναγαγεῖν, καὶ προσυπακοῦσαι, ὅτι οὐ μόνῃ οὐσίᾳ ὑπάρχει τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, ἀλλὰ καὶ τῷ ποσῷ.

§. 21. Ὅσα μή εἰσιν οὐσίαι) Sic emendasse videtur Iul. Pacius, & hoc loco, & paulo infra, ubi eadem verba iterum occurrunt: nam in prioribus edd. utrobique legitur singulariter ὅσα μή ἐστιν οὐσία. Vetus interpres Latinus lectionem Pacianam expressit. Mihi altera magis arridet.

Οὐκ ἔστι) Edd. Ald. Camot. Iunt. οὐ λέγεται. Baſ. & Iſingr. οὐκ ἔσται.

§. 22. Τοῦ καθῆσθαι) Ed. Iſingr. τὸ καθῆσθαι. Melius forſitan.

Ἀληθῶς δοξάζῃ) Repoſui ἀληθῶς ex edd. Iſingrin. & Hilden. pro vulgato ἀληθές. Vetus interpres: vere *putat*; ſequitur etiam ψευδῶς.

Δεκτικά ἐστι) Edd. Ald. Camot. Iunt. δεκτικά εἰσι. Minus bene.

Ἐκ θερμοῦ γενόμενον μετέβαλλεν· ἠλλοίωται γάρ· καὶ μέλαν ἐκ λευκοῦ, καὶ σπουδαῖον ἐκ φαύλου) Edd. Ald. Camot. Iunt. ἠλλοιοῦται γὰρ καὶ μ. ε. λ. κ. σ. ε. φ. ita ut ἠλλοιοῦται non ad antecedentia, ſed ad ſequentia referendum ſit. Edd. Baſ. Iſingr. Hilden. & Sylb. habent ἐκ θερμοῦ γενόμενον, μετέβαλεν, ἠλλοίωται (Iſingr. ἠλλοίωτο) γὰρ κ. τ. λ. Edd. Pacianae & Caſaub. ἐκ θ. γινόμενον μεταβάλλει· ἀλλοιοῦται γάρ. καὶ μ. κ. τ. λ. Vetus interp. Lat. ante oculos habuit lectionem, quam ſecundo loco adduximus; vertit enim: *frigidum de calido factum mutatum eſt; alterum enim factum eſt nigrum ex albo* &c. in qua eius verſione poſterius membrum cum antecedenti plane non cohaeret, & ſenſu paene deſtitutum eſt. Nos tamen hanc ipſam lectionem exhibuimus ut optimam nobis viſam, verum interpunctione ad mentem Pacii facta, qui τὸ ἠλλοίωται ad antecedentia ſpectare recte animadverterat, & mutato tempore aoriſto μετέβαλεν in imperfectum. Eodem modo lectionem iam conſtituerat Ammonius fol. 21, b. lin. 23. Senſus totus loci noſtra ſententia hic eſt: *Frigidum enim e calido factum mutabatur; nam alteratum eſt; & nigrum ex albo* (factum muratur), *& bonum e malo*, quoniam nempe utrumque mutatione alteratur.

Κινουμένου) Ita Ammon. Herm. & omnes editt. Graecae, praeter Iſingrin. & Hildenianam, in quibus legitur κινηθέντος. Pro πάντη Sylburgius maluit πάντως.

Τὸ ἐναντίον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. τὰ ἐναντία.

Κινηθέντος) Codd. q. Pac. κινουμένου.

Ψευδὴς γίνεται) Edd. Ald. Camot. Iunt. ψευδὴς λέγεται. Vetus tamen interpres Latinus: *falſa fit.*

Τὸν λόγον) Ed. Iſingr. ante τὸν λόγον inſerit articulum τό.

Τῷ αὐτὸν δεκτικὸν εἶναι τῶν ἐναντίων) Sic recte legitur in margine editionis Iſingrinianae. Lectionem recepit Pacius, quem Caſaubonus ſecutus eſt. Edd. Ald. Camot. Iunt. Ba-

sil. Hilden. Sylburg. τῷ αὐτὸς δεκτικὸς εἶναι τ. ε. In MS. Pacii: τῷ αὐτὰ δεκτικὰ εἶναι τοῦ ἐναντίου.

Μηδενὸς [ἐναντίου] Abest ἐναντίου a MS. Pacii. Recte. Vetus quoque interpres illud non expressit.

Ὑγείαν) Ed. Hilden. incontracte ὑγίειαν.

CAP. IV.

§. 2. Vox οἷον, quae bis in hac paragrapho occurrit, abest a MS. Pac.

§. 3. Οἷον τὰ πέντε εἰ ἔστι τῶν δέκα μόρια) Pro μόρια edd. Ald. Camot. Iunt. Hilden. habent μόριον. Pristinam tamen lectionem solus expressisse videtur vetus interpres Latinus; is enim vertit: *ut quinque* & quinque *cum sint ad decem particulae.* Igitur μόρια retinendum erit numero plurali, verum post τὰ πέντε inserendum καὶ τὰ πέντε, sicuti in sequentibus: πρὸς οὐδένα κοινὸν ὅρον συνάπτει τὰ πέντε καὶ τὰ πέντε, quae quidem verba καὶ τὰ πέντε cum hic statim repeterentur, supra facile a librario dormitante praetermitti potuerunt.

Ἀλλ' ἀεὶ διώρισται) Ita emendavit Pacius, secutus edit. Isingrinianam. Eandem lectionem agnoscit quoque vetus interpres. Edd. Ald. Camot. Iunt. Hilden. ἀλλὰ διώρισται, omisso ἀεί.

§. 4. Τὸν μετὰ φωνῆς λόγον γινόμενον) Codd. q. Pac. αὐτὸν τὸν μετὰ φωνῆς λεγόμενον.

§. 5. Συνεχὴς) Codd. q. Pac. συνεχές.

Λαβεῖν κοινὸν ὅρον) Ed. Isingr. post λαβεῖν addit καὶ ἀποδοῦναι, ut §. 9.

Πρὸς ἣν) Codd. q. Pac. πρὸς ἅ.

§. 8. Κεῖταί που) Pro ποῦ quidam Codd. Pac. habent οὗ· ed. Isingr. ὅπου.

Κεῖται ἐν τῷ ἐπιπέδῳ) Ed. Isingr. post κεῖται inserit ἐν τῇ γραμμῇ.

Ἕκαστον ποῦ κεῖται) Codd. q. Pac. οὗ κεῖται.

Ἐπιδεῖξαι) Sic habent edd. Hilden. Basil. Pacianae, Sylburg. & Casaub. Edd. vero Ald. Camot. Iunt. ἀποδεῖξαι. Vetus interpres lectionem expressit, quam etiam Codd. q. Pac. habent, ἐπιβλέψαι. Vertit: *in numero nemo poterit perspicere.*

Θέσιν τινὰ ἔχοι) Codd. q. Pac. addunt τῶν μορίων.

Ὁμοίως) Edd. Hilden. Sylburg. Pac. ὡσαύτως.

Ὑπομένει τῶν μορίων) MSS. Pac. addunt αὐτοῦ (τοῦ λόγου).

Ἀλλ' εἴρηταί τε, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι τοῦτο λαβεῖν) *Nescio vox missa reverti.* Plerique interpretes sensum non cepertunt.

§. 9. Ὅσῳ — εἴη, τοσοῦτον — φήσειεν ἂν εἶναι) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. ᾖ pro εἴη habent, omisso etiam sequente ἄν. Codd. q Pac. φησὶν εἶναι.

§. 11. Λέγοιτο) Codd. q. Pac. ἐλέγετο.

Πολλῷ πλείους αὐτῶν ὄντας) Abest αὐτῶν a MS. Pacii.

§. 12. Θεωρεῖται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν) Ed. Isingr. ϑ. καὶ τὸ μέγα.

§. 14. Συμβαίνει γὰρ τὸ αὐτὸ) Ed. Isingr. συμβαίνει γάρ ποτε τὸ αὐτό.

Δεκτικὴ μὲν γὰρ) Abest γὰρ a MS. Pac.

Ἀλλ' οὐ τις) Ita legunt edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. & Pac. Reliquae, Basil. Hilden. Sylb. habent οὔ τι. Casaubonus iam priorem lectionem praetulit.

Τῶν ἄλλων οὐδὲν) Ed. Isingr post οὐδὲν inserit relativum ὃ, subaudito ante relativum substantivo verbo ἐστίν.

§. 15. Ὑπαρχειν) Codd. q. Pac. εἶναι.

Τὸ γὰρ ἄνω τῷ κατω) Sic habent Ammon. Herm. Simplicius, & editt. Graecae omnes. Codd. q. Pac. πρὸς τὸ κάτω, quam lectionem quoque ante oculos habuit vetus interpres, qui vertit: *Sursum nam* ad id quod deorsum est *contrarium ponunt* —.

Τοῦ μέσου) Codd. q. Pac. τῷ μέσῳ dativo casu.

§. 16. Ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον διπηχυ) Ed. Isingr. μᾶλλον καὶ ἧττον διπηχυ.

Οὐδ' ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ· οἷον τὰ τρία τῶν πέντε οὐδὲν μᾶλλον πέντε ἢ τρία λέγεται, οὐδὲ τὰ πέντε τῶν τριῶν) Quamvis in lectione vulgata & interpretes Graeci & editiones Graecae omnes conspirent, locus tamen mendo aliquo laborat: aut luxatus est, aut verba transposita sunt, aut irrepsere quaedam huc non pertinentia. Aristoteles exempla afferre vult, quibus illustretur assertum, Quantum nec magis nec minus recipere, ne in *numero* quidem. Iam vero quae in textu leguntur, ad assertum illud plane non quadrant, neque etiam verbis sensus integer satis inest. *Tria*, ita textus verba sonant, *non magis, quam quinque, dicuntur quinque vel tria, nec quinque magis quam tria.* Dicendum potius fuisset: *quinque non magis aut minus, quinque dici, quam tria, tria.* Locum corruptum esse, apparet insuper ex lectionis dissensu in Codd. q. Pac. & in vetere Latina versione. Codd. habent: οἷον τὰ τρία τῶν πέντε οὐδενὶ μᾶλλον

τρία τῶν πέντε λέγεται, οὐδὲ τὰ τρία τῶν τριῶν. Vetus interpres ita vertit: *neque in numero, ut ternarius & quaternarius. Nihil enim magis ternarius dicitur, quam quinarius, nec tria potius quam tria dicuntur.* Non ausus sum aliquid in textu mutare, cum non nisi ex mera coniectura mutari possit; legendum tamen esse puto: οἷον τὰ πέντε οὐδὲν μᾶλλον πέντε λέγεται, οὐδὲ τὰ τρία τῶν τριῶν.

§. 17. Ἕκαστον γὰρ) Codd. q. Pac. ἕκαστα γάρ.—

Ἴσός τε) Dictionem encliticam τε addiderat Sylburgius e MSto Pacii: quam igitur, cum eam Casaubonus omisisset, restituimus.

Ἴσά τε καὶ ἄνισα) Edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Hilden. Sylburg. singulariter ἴσόν τε καὶ ἄνισον. Vetus quoque interpres: *aequale & inaequale dici.* Secuti tamen sumus Pacii emendationem, Codicum auctoritate factam, & Casaubono approbatam, cum antecedat in plurali: ὅσα μή ἐστι ποσά.

Τὸ λευκὸν ἴσόν τε καὶ ἄνισον οὐ πάνυ, ἀλλὰ μᾶλλον ὅμοιον ἢ ἀνόμοιον) Post οὐ πάνυ. Codd. q. Pac. & editt. Isingr. Hilden. addunt λέγεται, vix ab Aristotele adiectum, sed probabiliter ex antecedentibus a librario quodam repetitum. Nos illud non recepimus, quoniam facile subintelligitur. In sequentibus deest μᾶλλον in edd. Ald. Camot. Iunt.

CAP. V.

§. 2. Ἐπιστήμη, αἴσθησις) Deest vox αἴσθησις omnino apud vet. interpretem Latinum & in editt. Ald. Camot. Iunt. Pac. Bas. pr. Inserenda tamen utique erat, cum eam in Codice suo legerit Ammonius, qui locum ita affert fol. 26, b. lin. 35: Οἷον ἕξις, διάθεσις, ἐπιστήμη, αἴσθησις, θέσις. In edd. Isingr. Hilden. & Casaub. αἴσθησις ante ἐπιστήμη exhibetur, quem verborum ordinem Ammonii auctoritate mutavi. Ceterum, quo tibi magis adhuc persuadeas, vocem vix abesse debere, cf. infra § 8. 19.

Αὐτὰ, ἅπερ) Sic habent edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Vulgo: τοῦτο, ὅπερ. Minus bene. Legitur & paulo inferius αὐτὰ, ἅπερ.

§. 3. Ἔστι δὲ) Codd. q. Pac. ἔτι δέ.

Ἡ δὲ θέσις) Edd. Ald. Camot. Iunt. pluraliter αἱ δὲ θέσεις, minus apte. Singularem agnoscunt omnes editt. reliquae, nec non Ammonius & vetus interpres Latinus.

§. 4. Ἑκάτερον τῶν πρός τι ὄν) Sic dedi Ammonium secutus, qui habet hanc lectionem fol. 27, a. lin. 15. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. ἑκάτερον ὂν τῶν πρός τι. Bas. pr. Pac. Sylb. Casaub. ἑκάτερον αὐτῶν πρός τι ὄν. Hild. ἑκ. αὐτ. τῶν πρός τι ὄν. Lectionem Pacianam expressit vetus interpres Latinus.

§. 5. Ὑπάρχει ἐναντιότης) Hanc lectionem tuentur Ammonius (fol. 27, a. lin. 22: οὐ πάντα δὲ τὰ πρός τι ἐπιδέχεται ἐναντιότητα), & vetus interpres Latinus: *non autem in omnibus relativis inest* contrarietas. Receperunt eam edd. Isingr. Pac. Hilden. & nos quoque restituimus, cum in edd. Bas. pr. & Sylb. legeretur minus recte τὰ ἐναντία secundum fidem edd. Ald. Camot. Iunt. Omisit Casaubonus articulum τά.

§. 6. Ἴσον καὶ ἄνισον) In hac lectione omnes edd. consentiunt. Argutatur Simplicius, ubi legi mavult ἀνισαίτερον, quod antiquiores Codd. quidam agnovisse videntur, nam Iamblichus quoque in explicando comparativo versatus est. V. Simplic. fol. 45, a. lin. 40. Cf. Ammon. fol. 27, b. lin. 10.

Ἑτάτερον τῶν) Ita reposui pro vulgato αὐτῶν. V. supra §. 4.

§. 9. Τὸ πτερὸν αὐτῆς) Vulgo τὸ πτερὸν αὐτοῦ. Nos tamen femininum restituimus, quod etiam Pacius iubebat, & legitur in edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr.

§. 11. Λάβοι) Ammonius fol. 28, a. lin. 45, λάβῃ.

§. 12. Ἀποδιδῶται) Casaub. in marg. ἀποδιδῷ τις. Eadem pro ἀποδιδῶται infra etiam habet ed. Isingr.

Πρὸς αὐτὸ, ὃ) Abest αὐτὸ a MS. Pacii, quare Sylburgius illud uncis compescuit.

Ὅτι οὐδὲ) Excidit οὐδὲ in edit. Casaub. haud dubie operarum peccato.

Πρὸς αὐτὸ, ὃ) Ammonius fol. 28, b. lin. 12, pluraliter πρὸς αὐτὰ, ἃ.

Τῶν τοιούτων, οὐκ ἀντιστρέφει) Post ἀντιστρέφει edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. addunt: οὐδὲ γὰρ δυνατὸν λέγειν, ὁ ἄνθρωπος δούλου ἄνθρωπος. Desunt tamen haec verba apud veterem interpretem Latinum, & eiecit ea quoque e textu Pacius, nec ceteri editores ea receperunt. Utique salvo sensu abesse possunt, quippe quae facile subintelligantur.

§. 13. Ἐὰν μέντοι) Edd. Bas. & Sylburg. μέν.

Πρὸς τὸν δεσπότην λέγηται) Sic recte edd. Ald. Camot. Iunt. Vulgo aut omisso articulo τὸν, aut verbo λέγεται in indicativo, qui vix ferendus, cum praecedat ἐάν.

Ἁπάντων) Abest a MStis, teste Pacio.

Πρὸς αὐτὸν ῥηθήσεται) Edd. Ald. Camot. Iunt. Bas. pr. Sylb. πρὸς αὐτό. Quod nos dedimus, tuentur edd. Pac. Hilden. Casaub. Requiritur masculinum αὐτὸν, quoniam hoc ad antecedens δεσπότην referendum est.

§. 14. Πρὸς αὐτὸ) Casaub. in margine: πρὸς αὐτόν. Minus bene.

Οὐδὲ δοῦλός ἐστιν) Edd. Isingr. Hilden. δοῦλος ἔτι ἔσται.

Πτερωτὸν εἶναι) Edd. Ald. Camot. Iunt. πτερωτῷ εἶναι, quod Sylburgius praetulit, qui etiam, ut lectio vulgata sensum praebeat integrum, post πτερωτὸν saltem αὐτὸν inserendum esse, arbitratus est. Mihi autem haec additio non necessaria videtur.

§. 15. Ἀποδιδόναι) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. ἀποδοῦναι.

Λέγεται) Edd. Isingr. δέδοται.

§. 16. Ἀληθές ἐστιν) Post haec verba edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. Sylb. addunt: ἐπ' ἐνίων δὲ οὐκ ἀληθὲς, quae, ut glossam, eiecit Pacius. Cf. §. 17.

Οὐκ ἔστιν ἥμισυ — οὐκ ἔστι διπλάσιον) Ald. Camot. Iunt. Isingr. utrobique ἔσται.

§. 17. Γινομένην) Ald. Camot. Iunt. Isingr. γενομένην. Vulgatum melius convenit.

§. 18. Οὐδενὸς γὰρ ἔτι ἔσται ἐπιστήμη) Absunt haec verba ab editt. Bas. pr. Hilden. Pac. Sylb. Casaub. nec vetus interpres Latinus ea expressit; verum leguntur in MStis Pacianis, & in edd. Ald. Camot. Iuntina, & Isingr. quare equidem, cum insuper argumentatio proposita iis aegre careat, non dubitavi quin ea in textum revocarem.

Οὐκ ἔστιν οὐδέπω, αὐτὸς δὲ) Restitui pristinam lectionem edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Male vulgo: οὐκ ἔστιν οὔπω, αὐτὸ δέ. Spectat αὐτὸς ad antecedens τετραγωνισμὸς, non ad subsequens ἐπιστητόν.

Οὐκ ἔσται) Isingr. οὐκ ἔτι ἔσται.

§. 19. Ἀναιρεῖται) Codd. q. Pac. in praeterito ἀνῄρηται, uti & bis paulo post pro praesenti eiusdem verbi praeteritum agnoscunt.

Αἰσθητῶν καὶ τὸ) Omissum est καὶ in edd. Ald. Camot. Iunt.

Αἴσθησις μὲν ἀναιρεῖται· αἰσθητὸν δὲ ἔσται, οἷον σῶμα) Ad haec verba notat Sylburgius: Conſentiunt hic Camotiana & Paciana editio, ſed procul dubio verior eſt lectio, quam vetuſtior editio Veneta (Ald. mai.) & Iſingr. habent: αἴσθησις μὲν ἀναιρεῖται, αἰσθητὸν δ' οὐ. αἰσθητὸν δέ ἐστι σῶμα, οἷον θερμὸν κ. τ. λ. Equidem iſtam lectionis diverſitatem in ed. Ald. maiori & in Iſingr. non reperi, adeoque Sylburgium, virum κριτικώτατον, errore quodam oculi, in aliam textus lineam directi, deceptum eſſe puto. Neque etiam medicina ad vulgatam lectionem opus eſt. Pro ἔσται, οἷον σῶμα, ut dedi ſecundum Caſaubonum & reliquos, ed. Ald. habet ἔσται σῶμα, οἷον κ. τ. λ. qua tamen vocis σῶμα tranſpoſitione ſenſus perit.

Ὅσα ἐστὶν) Codd. q. Pac. ἅπερ ἐστί.

§. 20. Ἅμα γὰρ τῷ ζώῳ γίνεται καὶ ἡ αἴσθησις) Ita habent edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. melius utique, quam quod vulgo legitur: ἅμα γὰρ ζῴον τε γίνεται καὶ αἴσθησις.

§. 23. Οὐ μήν γε ταὐτόν ἐστι τὸ πρός τι αὐτοῖς εἶναι τῷ αὐτὰ, ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων λέγεσθαι) Senſus eſt: *Non idem eſt, alicui ineſſe aliquid relati*, &: *aliquid id ipſum, quod eſt, de alio dici. Etwas kann in Beziehung auf ein anderes relativ ſeyn, ohne daſs es darum ſelbſt von dem andern praedicirt wird.* Noſtram lectionem ſequuntur edd. Pac. Baſ. pr. Sylb. & Caſaubon. Tranſmutato caſuum ordine in edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. legitur: οὐ μήν γε ταὐτόν ἐστι τῷ πρός τι αὐτοῖς εἶναι τὸ αὐτὰ κ. τ. λ. Senſus eodem redit. Ammonius fol. 31, a. lin. 3 a fine pro γε ταὐτὸν habet τοῦτό γε· quod paulo durius eſt; non enim tam facile τοῦτο iungas cum τῷ αὐτὰ λέγεσθαι, quam ταὐτόν. Hanc tamen lectionem expreſſit vetus interpres Latinus: *non tantum* hoc *eis eſt eſſe ad aliquid, quod ea ipſa, quae ſunt, aliorum dicuntur.*

§. 24. Εἰ πρὸς τί πως ἔχει) Ed. Camot. Iunt. Iſingr. Baſ. pr. Sylb. πρὸς τί τό πως ἔχει. Pacius pro τό πως legit τοῦτο. Enimvero τὸ ante πως omnino eiiciendum: deeſt in Aldina, & omiſerunt illud iam Hildenius & Caſaubonus.

§. 25. Εἰ ἔστι διπλάσιον ὅλως) Ald. Camot. Iunt. Iſingr. εἰ διπλάσιόν ἐστιν ὅλως.

Εἰδέναι. [διὰ ταὐτὰ] Ita legi & interpungi debet ſecundum Ammonium (fol. 31, b. lin. 38), apud quem διὰ ταὐτὰ abeſt, quo ſenſus turbatur. Editt. Ald. Camot. Iunt. Baſil. pr. Hilden. Sylb. habent διὰ ταῦτα. Edd. Iſingr. Pac.

Casaub. contra exhibent διὰ ταὐτά. Enimvero, sive illo modo, sive hoc scribas, sive ad antecedentia, sive ad sequentia, verba δια ταυτα referas, semper oratio illis redditur impedita. Quare equidem ea e textu exsulare oportere censeo. Totus omnino locus inde ab his verbis usque ad ὥστε φανερὸν, interpolationem redolet argutantis cuiusdam interpretis, quem ex antiquissimis fuisse probabile est, cum iam Ammonius locum in Codd. suis invenerit. Desideratur etiam locus, quod ad coniecturam meam haud levis momenti est, in *vetusta versione Latina*. Quod si legendo eum omiseris, omnem orationem multo melius procedere senties. Nolui tamen mihi tantum sumere, ut suspecta uncis secluderem. Ceterum ante οὐκ ἐπιστήμη Ammonius & aliae editt. καὶ inseruerunt, quod Casaubonus expunxit, uti quoque pro ὡρισμένως passim ἀφωρισμένως legitur.

§. 26. Οὐκ ἀναγκαῖον) Isingr. αὐχ ὡρισμένως ἀναγκαῖον εἰδέναι.

§. 27. Περὶ τῶν τοιούτων) Edd. Ald. Camot. Iunt. ὑπὲρ τῶν τοιούτων.

Ἐπεσκεμμένον) Codd. q. Pac. ἐπεσκεμμένους. Ed. Hilden. post ἐπεσκεμμένον addit περὶ αὐτῶν, quod abundat.

CAP. VI.

§. 1. Εἶναι λέγονται) Abest εἶναι a MS. Pacii, quare iam Sylburgius illud uncinis circumscripsit.

§. 4. Τῷ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον) Ed. Isingr. in margine habet: τῷ μονιμώτερον εἶναι καὶ πολυχρονιώτερον.

Τῶν παραμονιμωτέρων εἶναι καὶ δυσκινήτων) Ammon. fol. 33, b. lin. 10, τῶν παραμονίμων εἶναι καὶ δυσκινήτων. Sic etiam margo ed. Isingr. & vetus interpres: *Scientia videtur esse permanentium, & eorum, quae difficile moventur*. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. τῶν παραμονιμωτέρων εἶναι καὶ χρονιωτέρων. Non tanti est, ut lectionem vulgatam mutemus.

Οὐκ εὐκίνητον δοκεῖ εἶναι, οὐδ' εὐμετάβολον) Ita dedit Pacius, quem Sylburgius & Casaubonus secuti sunt. In. edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. pluraliter οὐκ εὐκίνητα δοκεῖ εἶναι οὐδ' εὐμετάβλητα. Minus bene, si ea ad ἡ ἀρετὴ referas. Ed. Hild. pro εὐμετάβολον habet εὐμετάβλητον.

Ψυχρότης) Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. κατάψυξις: minus apte, ut recte monuit Sylburgius.

Συμπεφυσιωμένη καὶ ἀκίνητος) Edd. Ald. Camot. Iunt. συμπεφυομένη, (*affectio*) *connata*; ed. Isingr. συμφυομένη, *connascens*; male. Ceterum omnes agnoscunt verba καὶ ἀκίνητος. MS. Pacii, & Hilden. habent πεφυσιωμένη, *in naturam versa*, sive, ut vetus interpres, *in naturam translata*: recte igitur Pacius & seriores editores legunt συμπεφυσιωμένη· nam τὸ σὺν facile excidere potuit. Iidem autem una cum vetere interprete tuentur καὶ ἀνίατος, *insanabilis*, pro καὶ ἀκίνητος, quod ferri posset, si de solo *morbo*, ut affectione, loqueretur Aristoteles; cum tamen de *affectionibus omnino* loquatur, lectio καὶ ἀκίνητος utique praeferenda est. Interea explicatione non indiget, qui factum sit, ut καὶ ἀκίνητος in καὶ ἀνίατος mutaretur; mentio enim iniecta est *morbi*, ut affectionis, paulo ante, qua inductus aliquis & hoc loco pro καὶ ἀκίνητος censuit καὶ ἀνίατος scribendum esse, quandoquidem ἀκίνητος de morbo non videbatur dici concinne satis posse.

Προσαγορεύοι) Ald. Camot. Iunt. προσαγορεύσει.

§. 5. Τῷ τὴν μὲν εὐκίνητον εἶναι, τὴν δὲ) Ita habent edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. Hilden. Casaub. Edd. Bas. pr. & Sylb. τῷ τὸ μὲν εὐκίνητον εἶναι, τὸ δὲ πολυχρονιώτερον, καὶ δυσκινητότερον.

§. 6. Διάκεινταί γέ πως) Addidi dictionem encliticam γε ex editt. Isingr. & Hild. quoniam sensus meus eam requirebat. Ald. Camot. Iunt. διάκεινταί γε, neglecto πως. Reliquae habent διάκεινταί πως.

Κατ' αὐτὰς) Subiunxit his Boëthus verba, quae etiam paulo ante §. 5 leguntur, ἢ χεῖρον, ἢ βέλτιον. Eadem in Codd. quoque occurrisse, testatur vetusta versio Latina, quae habet: *qui enim retinent habitum, ad ea* (κατ' αὐτὰ, ut in ed. Bas. pr.) *quodammodo dispositi sunt* vel peius, vel melius.

§. 7. Μηδὲν πάσχειν ῥᾳδίως) Abest μηδὲν a MS. Pacii.

Δύναμιν ἔχειν τοῦ) Ed. Isingr. post δύναμιν ἔχειν addit φυσικήν.

§. 8. Καὶ πάθη) Margo ed. Isingr. ἢ καὶ πάθη.

Τοιοῦτα) Codd. q. Pac. τοιάδε.

§. 9. Αὐτὰς) Ita reposui pro vulgato αὐτὰ, quod ut aperte vitiosum Pacius iam emendaverat.

Γλυκύτητα δεδέχθαι — λευκότητα δεδέχθαι) Sic utique legendum est, non ut vulgo in praesenti, δέχεσθαι. Mel non dicitur dulce, quod dulcedinem *recipiat*, sed quod eam iam *receperit*; nec corpus album dicitur album, quod albe-

dinis *capax* sit, sed quod ea iam *praeditum sit*. Agnoscunt quoque praeteritum δεδέχθαι edd. Ald. Camot. Iunt. Isingrin. Hilden.

Τῶν ἄλλων ἕχει) Abest ἕχει ab edd. Ald. Camot. Iunt. idcirco iam uncis seclusum a Sylburgio.

§. 11. Εἰρημένοις) Codd. q. Pac. προειρημένοις.

Ἀπὸ πάθους) Ald. Camot. Iunt. Isingr. ὑπὸ πάθους. Sed lectio vulgata bene se habet: occurrit & infra §. 13, ἀπὸ παθῶν γεγένηται, ἀπὸ συμπτωμάτων γεγένηνται.

Γεγονέναι) Codd. q. Pac. γεγενῆσθαι.

Ὅτι μὲν οὖν) Ald. Camot. Iunt. Isingr. ὅτι μὲν γάρ.

Ἐρυθρὸς ἐγένετο) Codd. q. Pac. γίνεται. Melius forte.

Τοιούτων τι παθῶν) Ald. Camot. Iunt. Isingr. ante παθῶν inserunt συμπτωμάτων, ἤ· & Hilden. post πέπονθεν addit: ἔκ τινων φυσικῶν συμπτωμάτων.

Γίνεσθαι) Ald. Camot. Iunt. Isingr. γενέσθαι.

§. 12. Ποιότητες λέγονται) Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. singulariter ποιότης λέγεται, nescio an melius.

Κατὰ ταύτας) Codd. q. Pac. κατὰ ταῦτα.

Ἢ διὰ καῦμα ἤ τι τοιοῦτο) Hic locus mendo laborabat, quod veteris Latini interpretis ope feliciter me sustulisse puto. In edd. Bas. pr. & Sylb. legitur: διὰ καῦμα τὸ αὐτὸ τοιοῦτο, & in ed. Hilden. τοῦτο pro τοιοῦτο, sensu inepto, ut statim apparet. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. Casaub. habent: διὰ καῦμα τῷ αὐτῷ συμβέβηκε, parum concinne, quandoquidem nec in antecedentibus, nec in iis, quae sequuntur, occurrit, ad quod ὁ αὐτὸς referatur. Igitur lectionem in textum recepi, a vetere interprete Latino expressam, quam unice veram esse, ipsa res docet. Verba vetustae versionis sunt: *sive propter aegritudinem longam vel propter aestum*, aut aliquid tale, *contingit* &c.

Παραμένουσι ποιότητες) Ald. Camot. Iunt. Isingr. post παραμένουσι addunt παθητικαί.

Κατ' αὐτὰς) Ald. Camot. Iunt. Isingr. Bas. pr. Hilden. κατὰ ταύτας.

Ἀλλὰ μᾶλλον πεπονθέναι τι) Sic recte lectionem constituit Pacius. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Bas. pr. Hilden. τῷ πεπονθέναι τι. Perperam.

§. 13. Ποιότητες λέγονται) Ambae edd. Venet. Iunt. Isingrin. Hilden. addunt καὶ αὐταί.

Κατ' αὐτὰς) Codd. q. Pac. καὶ κατὰ ταύτας.

Ἀκίνητοι) Ald. Camot. Iunt. Isingr. Bas. Hild. δυσκίνητοι.

Ταχὺ ἀποκαθισταμένων) Ita edd. Isingr. Pac. Casaubi. Reliquae habent καθισταμένων· sed legitur supra quoque: ῥᾳδίως ἀποκαθίστανται — ταχὺ ἀποκαθισταμένων.

Ὀργιλώτερος γίνεται) Codd. q. Pac. ἐστὶν pro γίνεται.

Ἀλλὰ μᾶλλον πεπονθέναι τι) Edd. Ald. Camot. Iunt. Bas. pr. Isingr. Hild. iterum τῷ πεπονθέναι τι. Male; v. supra §. 12.

§. 14. Ὑπάρχουσα μορφὴ) Post μορφὴ addendum censuit Pacius, οἷον τριγωνον καὶ τετράγωνον, quoniam infra Aristoteles his figuris, ut exemplis, utitur ita, quasi earum iam meminisset. Verum nec interpretes Graeci, nec Codd. nec vetus interpres Latinus, nec edd. haec verba agnoscunt; quare ea textui inserere non ausus sum, etsi locum illis in textu deberi ipse non dubitem.

Εἴ τι τούτοις) Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. post εἴ τι addunt ἄλλο.

§. 15. Διαιρέσεως) Ald. Camot. Iunt. διαθέσεως. Minus bene. Nostram lectionem tuentur quoque Ammonius fol. 36, a. lin. 4, & vetus interpres Latinus: *aliena haec putantur esse a* divisione, *quae circa qualitatem est.*

Πυκνὸν μὲν γὰρ) Addunt λέγεται edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. quod tamen non necesse est ut addas, cum πυκνὸν & reliqua iungenda sint cum antecedentibus δέσιν φαίνεται δηλοῦν.

Σύνεγγυς εἶναι ἀλλήλοις) Codd. q. Pac. ἀλλήλων.

§. 16. Οὗτοι εἰσὶ) Ald. Camot. Iunt. Bas. Hilden. Sylb. τοσοῦτοί εἰσι. Ut nos dedimus, legitur in marg. ed. Isingr. & in Pacianis; melius utique.

§. 17. Ταῖς ποιότησιν) Ald. Camot. Iunt. Isingr. singulariter: τῇ ποιότητι. Male. Sequitur ἀπ' αὐτῶν.

Οὐκ ἐνδέχεται παρωνύμως) Post ἐνδέχεται insertum habent τὰ λεγόμενα edd. Ald. Camot. Iunt. Bas. pr. Isingr. Hild. Sylb. quod tamen cum abundet, & insuper a MStis absit, Pacius & Casaubonus illud e textu eliminarunt.

Ταῖς δυνάμεσι) Ed. Isingr. addit ταύταις, non itidem edd. Venetae, ut Sylburgius monuit.

Πυκτικὴ γὰρ) Ed. Isingr. cum articulo, ἡ πυκτική.

Οἱ διακείμενοι) Codd. q. Pac. διάθεσιν ἔχοντες.

§. 19. Συμβαίνει) Codd. q. Pac. pro συμβαίνει habent ἐστί. Ab aliis, ut & ab edit. Hildenii utrumque abest, quare illud uncinis compescui.

§. 20. Προχειριζομένῳ) Codd. q. Pac. προχειριζομένων, ut ſupra cap. III, §. 5: φανερὸν δὲ τοῦτο ἐκ τῶν καθέκαστα προχειριζομένων.

Οἷον, εἰ ἔστιν) Iidem omittunt εἰ.

§. 21. Τὰ ποιὰ) Iidem ſingulariter τὸ ποιόν. Sic & Ammon. fol. 37, a. lin. 21.

Καὶ αὐτὰ) Codd. q. Pac. & ed. Hilden. καὶ ταῦτα. Ammon. l. l. habet καὶ αὐτὸ δὲ ἑαυτῷ.

Ἐπίδοσιν) Ita interpretes Graeci & editt. omnes praeter Hilden. quae habet ἐπίτασιν.

§. 22. Ἑτέρου ἔχειν) Ἔχειν abeſt a MS. Pac. Sylburgius uncinis iam circumſcripſit.

Γραμματικὴν) Ed. Iſingr. Hild. γραμματικὴν γραμματικῆς.

§. 25. Ἢ καθ' ὃ ποιόν ἐστιν) Edd. Iſingr. & Hild. ἀλλ' ἢ καθό.

§. 26. Ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων) Sic Ammon. fol. 37, b. lin. 48, & edd. Baſ. pr. Pac. Sylb. Caſaub. Vetus interpres: *paene omnibus talibus*. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. ἐπὶ πασῶν τῶν ποιοτήτων. Hilden. vitioſe ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων ποιοτήτων.

Λεγόμεθα δὲ ποιοὶ) Edd. Iſingr. & Hilden. λεγόμεθα δέ γε π.

Ταύτας γὰρ καὶ ἔχομεν) Eaedem addunt τὰς ἐπιστήμας.

Εἰ τυγχάνοι) Ald. Camot. Iunt. Hilden. τυγχάνει. Ed. Iſingr. τύχοι.

CAP. VII.

§. 5. Ἐν ἀγορᾷ) Abſunt haec a MS. Pac.

§. 6. Τὰ εἰρημένα) Codd. q. Pac. τὰ προειρημένα.

CAP. VIII.

§. 2. Λέγεται δὲ) Ald. Camot. Iunt. Iſingr. λέγεται γάρ. Minus bene.

§. 4. Διπλάσιον τοῦ ἡμίσεος — διπλάσιον λέγεται) Abſunt verba τοῦ ἡμίσεος & λέγεται a MS. Pac. Λέγεται non agnoſcunt quoque edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Igitur exemplum Sylburgii, qui uncinis ea compeſcuit, ſecutus ſum.

§. 5. Ἐναντία μέντοι) Codd. q. Pac. ἐναντίως μέντοι.

Οὔτε τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος λευκὸν, ἀλλὰ ἐναντίον) Deſiderantur haec in edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. & ſane abundant.

§. 6. Θάτερον ὑπάρχειν) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. Ἑτέρων αὐτῶν ὑπάρχειν. Eadem lectio mox bis repetitur.

Ἐν τῷ τοῦ ζώου) Ald. Camot. Iunt. Hilden. omisso ἐν.

Ἐν σώματι πέφυκε) Edd. omnes, praeter Sylburg. & Casaub. ἐν σώματι ζώου πέφυκε· ζώου tamen, cum a MStis Pacii, & a vetere versione Latina absit, recte Casaubonus e textu eiecit. Apparet, fuisse illud ab imperito vel dormitante librario ex superioribus repetitum; nam in sequentibus semper de corpore simpliciter sermo est, in quod quidem non cadat, ut necessario aut album aut nigrum sit.

Ὧν κατηγορεῖται) Edd. Isingr. & Hilden. ὧν ἂν κατηγορεῖται. Non hanc, ut Sylburgius monet, sed vulgatam lectionem sequuntur edd. Ald. Camot. & Iunt. Eaedem tamen agnoscunt praepositionem ἐν ante ἐκείνοις, quod praecedit, ut supra §. 6.

Ὅσα ἄλλα χρώματα) Ed. Isingr. ὅσα ἄλλα τοιαῦτα χρώματα. Conf. §. 7.

§. 8. Πέφυκεν ἡ ἕξις γίνεσθαι) Abest γίνεσθαι a MS. Pacii.

§. 9. Ἢ ὅτε) Ed. Isingr. & Hilden. καὶ ὅτε.

Τὸ μὴ ἔχον) Ita legunt vetus interpres Latinus & editt. Bas. pr. Pac. Sylb. Casaub. tam in hoc versu, quam in subsequentibus, ubi eadem verba bis repetuntur. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. & Hild. τῷ μὴ ἔχειν, minus apte meo sensu.

§. 10. Τίς ἡ τυφλότης ἐστὶ) Sic restitui ex edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. & Hilden. Vulgo mutato verborum ordine, τίς ἐστιν ἡ τυφλότης.

Οὐ στέρησις) Vulgo additur ἐστὶν, quod ego tamen textu eieci, tum quod abundet, tum quod absit a MS. Pacii & ab editt. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Uncis illud iam circumdederat Sylburgius.

Εἰ γὰρ ἦν) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. ἔτι εἰ ἦν. Verum vulgata lectio melior est. Vetus quoque interpres: *nam si idem esset* &c.

§. 11. Καὶ ταῦτα) Codd. q. Pac. κατὰ ταῦτα. Minus bene. Repetitur etiam καὶ ταυτα paulo post §. 13.

§. 12. Τὸ ὑπὸ τὴν κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν) Codd. q. Pac. ταὐτὸ τῇ καταφάσει καὶ ἀποφάσει. Male.

Ἀλλὰ πρᾶγμα) Sylburgio haec verba iam suspecta fue-

runt, adeoque ab eo uncinis incluſa ſunt. Abundant utique, & deſiderantur in vetuſta verſione Latina, ut & in edd. Iſingr. & Hilden.

§. 13. Τὸ κάθηται τῷ οὐ κάθηται) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. τὸ κάθηται πρὸς τὸ οὐ κάθηται.

[Οἷον] τὸ καθῆσθαι, [τινα πρὸς] τὸ μὴ καθῆσθαι) Verba uncis ſecluſa abſunt a MS. Pacii, quare ſuſpicionem interpolationis incurrunt.

§. 14. Πρὸς αὐτὸ) Equidem mallem πρὸς αὐτήν. Refertur enim ad τυφλότητα. Verumtamen in lectione πρὸς αὐτὸ omnes edd. conſentiunt; igitur eam mutare nolui.

Τυφλότης λέγεται) Ed. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. λέγοιτ' ἄν.

Τυφλότης δὲ ὄψεως οὐ λέγεται) Poſt haec verba addunt in edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. & Sylburg. οὐδ' ἡ ὄψις τυφλότητος, quae, cum haud dubie e gloſſa in textum irrepſere, neque enim expreſſit ea vetus interpres Latinus, Iulius Pacius & Caſaubonus iure textu exſulare iuſſerunt. Sylburgius pro modeſtia ſua uncas tantum adhibuit.

§. 16. Ὧν μηδὲν) Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. οὐδέν.

Ἐν οἷς πέφυκε) Codd. q. Pac. ἐν ᾧ πέφυκε.

Ὑπάρχειν ἀεὶ) Uncinis compeſcuit v. ἀεὶ Sylburgius, forte haud immerito.

[Τὸ] θερμῷ εἶναι — [τὸ] λευκῇ) Abeſt articulus τὸ ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. quapropter uncas adieci.

Ἐπὶ δὲ τούτων) Ed. Iſingr. ἐπὶ γάρ.

Ἀλλὰ μόνον) Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. μόνοις.

Οὐδὲ γὰρ) Eaedem, οὐ γάρ.

Ἀλλ' οὐδὲ ὧν ἔστιν ἀνὰ μέσον) Eaedem, ἀλλ' οὐδὲ ὧν τι ἀνὰ μέσον ἐστίν.

Ἐπὶ δέ γε τῶν ἐναντίων) Inſerui dictionem encliticam γε ex edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. & Hilden.

§. 17. Μεταβολὴν γίνεσθαι) Recte ita vulgo legitur. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. & Hilden. γενέσθαι. Male. Equidem & in ſequentibus aoriſtum γενέσθαι in praeſens mutavi, quod ſenſus neceſſario requirit.

[Τὸ] θερμῷ εἶναι) Abeſt iterum articulus τὸ ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden.

[Καὶ τὸ θερμὸν ψυχρὸν] Abſunt haec ab edd. iiſdem.

Ἀποκατάστησει) Eaedem edd. ἀποκαθίστησιν. Minus apte;

[Πάλιν] ἀνέβλεψεν) Abeſt πάλιν & hoc verſu & in ſubſequentibus a MS. Pacii.

§. 18. Τὸ διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ, ὡς τὰ πρός τι, ἀντίκειται) Codd. q. Pac. clauſa poſt καὶ τὸ ἥμισυ periodo, ita pergunt: ταῦτα γὰρ ὡς τὰ κ. τ. λ. Mihi tamen vulgata interpunctio & lectio melior videtur.

Ὅλως δὲ) Codd. q. Pac. ἁπλῶς δέ.

§. 20. Ἐπὶ δὲ) In ed. Caſaub. ἐπεὶ δὲ, operarum peccato.

§. 22. Quamvis inde ab hac paragrapho quae ſequuntur, ſecundum partitionem in Codd. & editt. plerumque receptam, caput per ſe, περὶ τῶν ἐναντίων inſcriptum, conſtituant, equidem tamen ea cum antecedentibus coniunxi, quandoquidem diſputatio eodem tenore progrediens minime, ut arbitrati ſunt librarii, in alia deflectit. Veneror etiam in hoc magni Sylburgii exemplum, ſubiicientis hunc locum *de contrariis* doctrinae *de oppoſitis*, nulla ſeparatione facta.

§. 24. Ἐὰν θάτερον) Ita edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. Vulgo ἐὰν τὸ ἕτερον.

§. 26. [Πέφυκε γίνεσθαι] Abſunt a MS. Pacii.

§. 27. Ἀναγκαῖον δὲ) Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Hilden. ἀνάγκη δέ.

CAP. IX.

§. 2. Κυριώτατα) Ita ex Codd. quibuſdam dedit Pacius, cui Caſaubonus adſtipulatur. Reliquae edd. habent κυριώτατον.

Καθ' ὃν) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. & Hilden. καθ' ὅ. Male.

§. 4. Διαγραμμάτων τῇ τάξει) Ed. Iſingr. addit ἐστίν. Notante Caſaubono in margine, nonnulli poſt haec interpolarunt quoque: αἱ γὰρ ἀρχαὶ πρότεραι τῶν θεωρημάτων τῇ τάξει.

§. 5. Ἔστι μὲν δὴ) Reſcripſi μὲν pro vulgato δὲ ex edd. Ald. Camot. Iunt. & Iſingr. — Edit. Hilden. habet ἔστι δὲ, ſed omiſſo δὴ, quod certe, iuxta δὲ ſi ponatur, vix ferendum eſt.

Προτέρου [σχεδὸν] Abeſt σχεδὸν a MS. Pacii.

CAP. X.

§. 1. Οὐδέτερον γὰρ πρότερον οὐδὲ ὕστερον αὐτῶν ἐστιν) Sic vulgo. Eandem lectionem expreſſit vetus interpres Latinus: *Neutrum enim neque prius neque poſterius eſt eorum.* Edd.

Ald. Camot. Iunt. Isingr. Hilden. paulo aliter: οὐδέτερον γὰρ τῶν τοιούτων πρότερόν ἐστιν, οὐδ' ὕστερον.

Ταῦτα λέγεται) Ed. Isingr. addit καὶ ἐστί.

§. 3. Κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν) Supple: ὑπάρχοντα.

[Εἰς ταῦτα,] εἴς τε τὸ πτηνὸν) Glossema quoddam in his verbis apertum est. Equidem puto, in verbis εἰς ταῦτα, utpote quae abundant, illud latere. Sylburgius verba εἴς τε uncis inclusit. Ceterum omnes editt. quin etiam vetus interpres Latinus, vulgata tuentur.

§. 4. Ἀεὶ πρότερα) Ed. Isingr. & Hilden. πρότερά ἐστιν.

§. 5. Χρόνῳ [ἐστὶ] Abest ἐστὶ ab edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. & Hilden.

CAP. XI.

§. 2. Οὐδὲ ἡ ἀλλοίωσις κατὰ τόπον μεταβολὴ) Omissa est vox ἀλλοίωσις in omnibus editionibus; excidisse tamen eam iam exinde patet, quod locus, ut vulgo legebatur, cum antecedentibus non satis arcte cohaereret. Desiderabatur motus species, cum mutatione secundum locum collata, nec illa esse poterat alia, quam *alteratio*. Articulus ἡ quoque lacunam prodebat. Igitur iure meo vocem ἀλλοίωσις inserui. Accedit veteris interpretis Latini auctoritas, apud quem legitur: *neque* alteratio *secundum locum mutatio*.

§. 3. Ἀλλοιοῦσθαι ἡμᾶς) Codd. q. Pac. ἡμῖν, ut regatur a finito verbo συμβέβηκε. Vetus quoque interpres: *nobis alterari contigit*.

§. 4. Ἔδει ἀλλοιοῦσθαι) Abest ἔδει a MS. Pacii.

§. 5. Τῇ μὲν κινήσει ἡρεμία ἐναντίον) Codd. q. Pac. transmutatis nominum casibus, ἡ μὲν κίνησις ἠρεμίᾳ ἐναντίον.

Γενέσει μὲν φθορὰ) Additur ἐναντίον iterum in edd. Ald. Camot. Iunt. Bas. pr. Isingr. Hilden. Sylb. quod autem e textu eiecit Pacius, cum a MStis absit.

§. 6. Ἀντιθείη, ἢ τὴν εἰς τὸ ἐναντίον τοῦ ποιοῦ μεταβολήν.) Ita dedit Pacius, & probavit lectionem quoque Casaubonus. Veram eam esse, docent sequentia. Vetus interpres Latinus: *nisi quis secundum qualitatem quietem opponat, aut in contrarium qualitatis mutationem*. Edd. Ald. Camot. Iunt. Bas. pr. Isingr. Hilden. Sylb. ἀντιθείη τῇ εἰς τὸ ἐναντίον τοῦ ποιοῦ μεταβολῇ. Male.

Ἀντίκειται) Ita repoſui ex edd. vetuſtioribus pro vulgato ἀντικείσεται.

CAP. XII.

§. 1. Πλείους) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Hilden. πλείονας.

§. 7. Οἶνον γὰρ ἔχειν λέγεται) Codd. q. Pac. ſimpliciter ἔχει.

Μέδιμνος πυροὺς) Ed. Iſingr. cum articulo τοὺς πυρούς.

Ταῦτ' οὖν πάντα) Ald. Camot. Iunt. ταῦτ' οὖν γὰρ π. Iſingr. ταῦτα γὰρ π.

§. 9. Λέγεται δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ γυναῖκα ἔχειν) Codd. q. Pac. λεγόμεθα δὲ καὶ γυναῖκας ἔχειν, quae lectio ad ſequentia non quadrat. Quid Graeci innuant proprie τῷ, γυναῖκα ἔχειν, de eo v. Mureti Var. lect. lib. VI, 7. Notum eſt Ariſtippi Cyrenaici dictum: Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. Cf. Menag. Obſervatt. ad Diogen. Laërt. lib. II, ſ. 75.

Τρόπος [τοῦ ἔχειν] Abeſt τοῦ ἔχειν a MS. Pacii.

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA

EXTERI ET EMBSERI.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Наукова бібліотека
ОДЕСЬКОГО ... УНІВЕРСИТЕТУ
імені І. І. МЕЧНИКОВА

296393 1948


38р

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова


HF City Inst. f. Mehrsprac


HOUGHTON LIBRARY, HARVARD UNIVERSITY


НБ ОНУ імені І.І. Мечникова